




PHRASES

LINGVAE LATINAE: RATIOQ; Obſeruandorum eorum in authoribus legendis, quæ præcipuam, ac ſingularem uim aut uſum habent.

ANTONIO SCHORO *autore*.



BASILEAE. ANNO

M. D. LVII.

DE RATIONE TOTIVS
Obſeruationis, ad Lectorem.



QVoniam Obſeruatio-
ni à pleriſq; aut parum
tribuitur, aut præcla-
ra opera nulla in ea po-
nitur: uiſum omnino
eſt, & quâti ea res mo-
menti ſit demõſtrare:
& quemadmodum ſuſcipienda & exco-
lenda cuiq; ſtudijs eſt, antequam ad in-
ſtitutũ accedamus, paucis hoc loco ex-
plicare. Itaq; primùm, quæ Obſeruatio-
nis nomine complectimur, ſuis hic ter-
minis circumſcribemus. Percipiendæ
linguæ omnis ſuperiore libro duas uias
oſtendimus unam, quà artis & rationis
quaſi ueſtigijs, ad plurimorum cogni-
tionem peruenitur: alteram, quà tan-
quam angiportis, ad quoſdam recon-
ditos receſſus adducimur. Illud præce-
ptorum doctrina, hoc obſeruatione tan-
tum perfici diximus. Ea igitur obſer-
uationi ſubijcimus, quæ ſeiuncta à præ-
ceptis, ſeparatim aut ſignificatione, aut
uſu, quaſi propriam quandam uim ha-

bere existimantur. atque ita propriam, ut notatione atque animaduersione omni, quomodo tamen disciplinæ plurimæ sunt constitutæ ad genera quædam cogi, atq; ad artem redigi nũquam posśint. sed semper singulorũ quasi notæ, studioso sunt præcipuo labore considerandæ, & ad imitandum semper in oculis ferendæ. Quod non solum linguis accidit, sed etiam rep. quæ certos tamen ordines perpetuamq; naturam habent, quibus longè à uerbis discrepant. Quis medicus herbarum formas, earumq; uirtutes arte aut uulgaribus potius signis, quàm singulis separatim aspectu notandis, ac sensibus & usu explorandis unquam animo comprehendit? Habent quidem & historiæ suas perpetuas tanquam leges: quibus & consilia & euentus, & acta describant. sed tametsi tenemus, quibus se finibus rerum scriptores continere debent, non tamen iam aut scribere, quæ non percepimus, aut intelligere quæ gesta sunt, quæq; à summis uiris administrata, ipsi possumus, nisi uel lectione attenta, uel auditione

auditione certa ante omnia acceperimus. Sed in linguis longè difficilior ac molestior obseruandi labor est: quòd eæ omnes plebis quasi temeritate & leuitate gubernentur, ac unà cum temporibus commutentur: illa uerò aut ratos ordines, perpetuamq; ingeneratam uim conseruant: aut prudentissimorum ac sapientissimorum uirorum industria & consilio diriguntur. quod, ne longius discedamus, in hac ipsa lingua in qua nunc uersamur, perspicuè apparet. Quàm seuerus & horridus est priscorum sermo? Quàm politus, quàm purus, quàm suauis contrà eorum, qui dicēdi gloria unà cum Roma floruerunt? Pòst uerò, cum barbarorum sentina omnis impuritas omnesq; sordes in purissimam, castissimamq; urbem influxisse uidentur. Neque ulla gens est, aut populus, cuius tantus est linguæ & orationis consensus, ut uel familiæ singulæ, quibusdam quasi uernaculis & uerbis & loquendi modis non diuulsæ inter se esse putentur. Mirandum itaque non est, ea præceptis omnia comprehendi


ac tradi non poſſe, quorum inconſtan-tia & uarietas in deligendo prudentiſ-ſimum: multitudo uerò in diſcendo la-borioſiſsimũ requirat. Sed hæc ex ora-tionis partibus ipſis planius intellige-mus. Linguarum igitur diſcendarum ratio aut in uerborum ui perſpicienda, aut in commutandis & faciendis nomi-nibus. ijsq; aptè collocandis poſita eſſe uniuerſa uidetur. Quod uerborum ſi-gnificatio arte nulla, obſeruatione tan-tum poteſtatis & uſus cuiuſque cogno-ſcatur, quid attinet pluribus rem etiam in uulgus notam comprobare? Notis enim res inter ſe diſcernuntur & con-ſignantur, non natura, ſed hominum ar-bitrio & uoluntate impoſitis, ut antè diximus. Mutandorum & faciendo-rum nominum uia expedita ſatis & pla-na eſt à grammaticis demonſtrata: ſed tamen non ita omnibus partibus abſo-luta, ut non ſtudijs cuiuſque multa, de-lectui uerò plurima inueſtiganda reli-querint. Nam ut omittam infinita, quæ præceptis excluduntur quæq; ab ipſis artificibus ſingula ſeparatim notantur,

nomina

nomina quæ comparandi uim habent, tametsi docent, quemadmodum mutentur: tamen quænam ea sint, quæ ijs quos prescribunt, quasi gradibus ascendunt, eadem opera, nisi infinita persequi uoluissent, tradere nullo modo potuerunt. In quo cum Cicero Antonium reprehenderit, quòd Pijssimum ut nouum uerbum in linguam latinam induxerit: non minus uituperandi essemus, si Absonius, non absurdius, Abditior, non occultior diceremus. Cuius generis cum consuetudo præstantissimorum authorum sit unica magistra, ab ea qui singulorum mutationem nòn didicerit, in purissimorum latinorum reprehensionem meritò incurret. Neque hic commemorabo, quàm non literis solum plurimis, & syllabis, sed uniuersa uerborum & orationis forma antiquitas à recentioribus, poëtæ ab oratoribus discrepent: tametsi præclarissima hæc scientia obseruatione, non præceptis comparetur. Quis sciet eos qui integrè & purè locuti sunt, Conuelli, auelli, diuelli, reuelli, non auulsi, con-

uulsi, diuulsi, reuulsi, item. Accersere non Accersire dixisse, nisi is qui id pręcipua quadam diligentia animaduerterit memoriæq; mandarit? Collocatæ uerò orationis ratio, cum & in apta coniunctione uerborum, & in consecutione casuum, temporum, & modorum uersetur: illud præceptis nulla, huius uerò ne sexentesima quidem pars est arte consignata. Nam cum uerba aptè iungere, similis artificij sit, quod est, uestes singulis bene accommodare: quid cuiq; conueniat, quid minus, nemo intelliget, nisi qui diu multumq; uocabulorum uim & usum expenderit, styloq; ea diligenter triuerit. Sciscere enim & asciscere, etsi legibus rogandis utrunq; tribuitur, tamen ijdem qui sciscebant, non asciscebant: & qui asciscebant, non sciscebant. Accessio & accessus ab eodem uerbo quidem fiunt: dissimilem tamen apud authores prorsus uim habere inueniuntur. Sic adoptio consuetudine latina, non adoptatio, quomodo ex arte dici deberet, est peruulgatum. Casus quidem qui se-

quuntur nomina, quoad fieri potuit, grammatici arte sunt complexi: at tametsi Vtor ablatiuo iūgitur, nō tamen rectè quis dixerit, utor uoluptate, sed fruor: neq; fruor instrumento, sed utor. Sic & latinè poscimus & flagitamus aliquem pecuniam, uestem: sed non rogamus neq; obsecramus aut oramus pecuniam, si eos sequamur, qui emendatè sunt locuti: cum tamen eorum exemplo benè loquamur, si dicamus, oro, rogo, obsecro te hoc, illud, hāc rem. Tantum enim momentum habet aptè accommodata translatio, ut ne Tiro, quidem Ciceroni, quem tamen canonem scriptorum suorum uocat, in omnibus satisfecerit. Cuius certè uerecundiam seruare non possumus: nisi quid deceat, ab optimis authoribus multa lectione didicerimus. Quod uerò infinita sint, quæ consecutionis uulgaribus præceptis non continentur, id unum satis confirmat, quòd nullum penè uerbum sit, cuius eadem in omnibus collocandi & iungendi sit ratio. neq; solum pro multiplici significandi ui, uaria est etiam



eiusdem consecutio, sed eadẽ sæpe po-
testate, diuersis casibus idem nomẽ con
iungitur. Alienus eadem significatione
quatuor consecutionis rationes habet.
Comparo, & confero alicui, & cum a-
liquo Romani dixerunt. item Abstineo
manus, oculus, animum ab aliqua re: &
abstinere ab aliqua re, uel aliqua re, sine
præpositione, omisso nomine manus,
aut simili. Quæ si omnia persequi uel-
lem, quæ nobis argumento sunt, attenta
solum animaduertione linguã latinam
perdiscendã esse, singula fere uocabula
huc essent conferenda. Sed hæc quę at-
tulimus, satis declarãt, nullam esse Lati-
ni sermonis partẽ, cuius sciẽtia non ob-
seruatione maxime comparetur. Quin
potius præcepta ipsa, quę nunc in scho-
lis uulgò puerorum manibus tractãtur,
quàm obseruationis momenta deside-
rent, pene pro sese ipsa loquuntur: quòd
ex ijs, quæ adeò commixta atq; confusa
sunt, ex omnium scriptorũ generibus,
nemo se explicabit, nisi qui magno iudi
cio, summo studio pceperit, quid cuiq;
generi orationis conueniat, quidq; re-
pugnet,

pugnet. Sed de his alio loco. Neq; pluribus argumentis colligendis longior esse uolo, cum una oratione eorum qui ex præceptis tantum loquũtur, aut scribunt, tanquam certissimo testimonio, tota hęc res aperte teneatur. nam cum multos annos, multosq; labores in his studijs consumpserint, uix inchoatio aliqua, si conferuntur, cum integris castisq; autoribus, nedum perfectio in eorum sermone & scriptis apparet. Quæ hic non excutio, ne reprehendendi studio potius quàm monendi, quid obseruationi sit tribuendum, huc prouectus esse uidear. Neq; tamen ita Obseruationem amplector, ut præcepta reijciam, & ab ijs studiosos deterream: sed hoc unum potius persuasum omnibus uellem, aditum præceptis tantum ad linguas aperiri: obseruatione uerò solum ad exitum perueniri. Sed de his satis. Ad ea quæ obseruationis sunt iam, transeamus: & qua uia progrediendum, & ad exitum perueniendum sit, ostendamus. Qnod ijs tanquam uestigijs faciemus, quæ in re ipsa impressa

extant. ne his quisquam quæ olim mihi notaui & collegi potius, se alligari patiatur, quàm ipse, quod necessarium est. in euoluendis authoribus singula eodem modo inuestigatione persequatur. Cum itaque omnis linguarum doctrina in uerbis potissimum sit occupata, in ijs aut uim, aut mutationem, aut collocationem solũ inquirit. Quare quid communiter in his tribus, quid separatim in singulis proponendum, animaduertendumque sit, paucis hic quod sentimus explicabimus. Quęcunque igitur legas uel audias, aut cum præceptis auditis, aut cum usu intelligentiaque uulgari conferas. Quæ uel præceptis excluduntur, uel distinctè satis non traduntur, ea uel imprimis notanda studioso sunt omnia, & in imitatione sua oratione effingenda. Quæ cum suprà innumerabilia esse diximus, nisi quisque ea diligenter & prudenter undique tanquam flosculos, carpat atque delibet, & in suas tabulas tanquam in fauos comportet, serò admodum aut nunquam, huius linguę fructus pręclaros aliquos
in lucem

in lucē edet. In quibus uerò diſcrimen animaduertitur authorum, ſummæ uir‑ tutis eſt, poſſe perſpicere, quid cuiq; ge neri ſcriptorum accommodatum, quid alienum exiſtimetur. Præclari enim & magni artificis eſt, decorum poſſe in omnibus ſeruare, & quanque rem ſuis uerbis tanquam proprijs ornamentis exornare. Alia uerba ſæpè atque aliam formam orationis poëtæ, aliam orato‑ res requirunt. Comici à Tragicis in mul tis ut re, ſic & tractatione, antiqui à re‑ centioribus, ut temporibus, ſic & uer‑ bis diſcrepant. cuiq; tamen ſuus orna‑ tus, ſuusq; ſplendor: quem ſi alijs gene‑ ribus adhibeas, non ornare, ſed defor‑ mare orationem uideberis. Cum itaq; in præceptis uulgaribus ſint, quòd in libro de Arte iungendæ orationis de‑ monſtrabimus, quæ non ſatis hæc gene ra diſtinguunt & notant: eius eſt, qui utiliter uelit in lingua hac uerſari, notis quæque ſuis diſcernere, & in ſua tan‑ quam ſede unumquodque collocare. Sed nihil eſt quod adeò conturbet ſtu‑ dia, impediatq; plurimos, ut uſus &

consuetudo uulgaris: quam qui emen-
dare cupit, duo hæc sibi in authoribus
legendis, suisq; conferendis proponat.
Primùm, ut animaduertat eos loquendi
modos, in quibus latina lingua à uerna-
cula discedat, aut etiam superet: dein-
de, ut usitatæ nunc in scolis linguæ la-
tinæ barbariem corrigat. Solent enim
ij plerunq;, qui proprios cuiusq; linguæ
modos consignatos non habent, ser-
uatis temporibus, modis, casibus &
ordine, quem à Grammaticis accepe-
runt, omnia ad suam linguam deflecte-
re, & accommodare. Hinc uulgò uo-
ci Videor, Quòd coniungitur: sic e-
nim à matre loqui didicerunt. Si uerò
optimos authores imitemur, non Vi-
detur mihi quòd sis doctus, quomodò
Germani: sed Videris mihi doctus, ut
Latini loquũtur, dicemus. Huius enim
plurima exempla in libro de Ratione
discendæ linguæ Latinæ proposuimus:
quibus planè satis ostendimus, quem-
admodum Germanicam latinitatem
corrigamus. Quodsi quisq; simili mo-
do cum suę gentis uel nationis lingua,
quæ

quæ latinæ sunt tanquam propria comparet latine apud Latinos, sua uero lingua inter suos loqui cum ex usu sit, poterit. Superare autem latinũ sermonem, & significandi ui, & copia uerborum cum ij omnes uideant, qui intelligunt, quantum præstet exculta & polita lingua, rudi & impolitæ, non necesse est multis uerbis id cõprobare. Satis est si sciamꝰ ea uel maxime esse notãda, quæ uulgari lingua non efferamus. Artiũ enim & doctrinarũ uocabula, earũ præsertim quæ liberalioris sint cognitionis, doctis tantum linguis, non uulgaribus trita inueniuntur. neq; eruditio uocabula solum propria peperit, sed etiam copiam, qua una res uarijs modis significetur, & illustretur. Quã nemo cõparabit, nisi qui penitus retrusas & abditas linguæ latinæ opes in authoribus perspexerit, seseq; lõge ab omni plebeio sermone abduxerit. Vitiosæ consuetudinis emendãdæ, si authores & magistros Romani sermonis principes adhibeamus, dubiũ nõ est, quin barbariẽ corruptũq; morem pura & integra oratione commutabimus,

mutabimus. Quos ut quiſque magis, quàm aut me, aut quenquam de recentioribus imitaretur, unum Ciceronem tanquã præſtantiſsimum ducem in his Obſeruationibus ſum ſecutus non quo alios non legendos putem, ſed quòd optimos in diſcendo, omnibus præferendos, in imitando etiam exprimendos eſſe debere exiſtimem. Quæ uerò præcipuo ſtudio, aut in uerbis, aut mutationibus ſunt obſeruanda & notanda, ex ĳs facilè quæ attulimus intelliguntur. Sed quemadmodum quiſq; ea animaduertat, & conſideret in authoribus euoluendis, huius loci eſt, ut declaremus. Verborum itaq; ſimplicium uis maximè æſtimatur, aut rebus quibus tribuuntur: aut contrarĳs, quibus opponuntur: aut finitimis, quibus adiunguntur: aut ĳs quibus explanantur. His quatuor ſi ſingula expendas, & legendis latinis, ubi occurrunt, conſideratè notes, propriè & planè quæcunq; uelis latino ſermone efferre diſces. Ex ĳs quibus tribuuntur de uocabulorum poteſtate conſtituitur, ſi ſpectemus,
rebus

rebus an personis, an temporibus, an locis, animo an corpori, an rebus externis sit attributum. Si rebus, quibus nam: non enim quoduis nomen quæuis res admittit. Annalis enim, solum legi à Cicerone iungitur. Venerij, ij apparitores tantum appellantur, qui erant Prætoris Siciliæ, quòd Veneri quasi dicati essent. Sic amœnitas suauitatem & uoluptatem, quæ in locis est, notat: quam si rebus accommodes, uim nominis perspexisse non satis uidebesris. Sic non satis est scire quid uocabulis Contemplor, & Aspicio, significetur, nisi & hoc adiungamus, & corporis & animi oculis utrumque attribui. Idem de Expeto & appeto. Aegrotatio & corporis & animi à Cicerone dicitur. Aegritudinis uocabulo animi morbum tantum significat. Perscribebantur Senatus consulta & authoritates, aderant scribendo Senatores, qui eas sua sententia comprobarant: intercedebant tribuni, rogabat magistratus, sciscebat populus, refertur ad Senatum: quorum omnium uim ex eo

 discimus,

discimus, quòd ad alia transferri ea nomina non liceat. Sic & oppositio nominum reconditam potestatem, quoties apud authores animaduertitur, tanquam lumen aliquod illustrat. Nam quibus rationibus melius intelligemus, quid sit Asseuero, & quibus notis Affirmo sit dissimile, quàm quod Ciceronem uidemus ei Iocor ut contrarium opposuisse? Sic Abiudico & adiudico, Appositum ad aliquid, & Aduersor, Asporto & abripio, quia Cicero ut contrarium contrario opponit, alterum alterius uim & usum planissimè ostendit. ut si quis intelligere uelit quid sit sine, aut cum Adiunctione, Ciceronem attendat, qui contrario tanquam digito id monstrare, in libro de Inuentione uidetur. Sic enim ait: Atque etiam hic mihi uideor uidere esse quasdam cum adiunctione necessitudines, quasdam simplices & absolutas. item: Homines mortales necesse est interire, sine adiunctione:

functione: ut cibo utantur, non necesse est; nisi cum illa exceptione extra quam, si nolint fame perire.

Ita & apposita & finitima sese inter se explicant & illustrant. ut in hoc loco Ciceronis: Propter se autem uitanda sunt, non ea modò, quæ his contraria sunt, ut fortitudini ignauia, & iustitiæ iniustitia: uerùm etiam illa, quæ propinqua uidentur, & finitima esse, absunt autem longissimè: quod genus Fidentiæ contrarium est Diffidentia, & ea re uitium est: Audacia non contrarium, sed appositum est, ac propinquum, & tamen uitium est.

Hæc qui attendit, non'ne uim uocabulorum eorum quæ recenset, penitus perspiciet? Eodem modo & ea diligenter omnia sunt consideranda, quæ authores ipsi aut notatione, aut comparatione explicant. ut cum Cicero quid atomus quid sumptio, quid careo sit, interpretetur eius autori-

tatem perfectissimi grammatici magni facere, & audire prorsus debemus. Item si in hunc Ciceronis locum incidamus, Sidera autem æthereum locum occupãt: qui quoniam tenuissimus est, quod animal in eo gignatur, id & sensu acerrimo, & mobilitate celerrima esse: quare cum in æthere astra gignantur, consentaneum est, &c. nonne Cicerone ipso magistro commodè discemus, latinis tam astrum quàm sidus eadem significatione esse usitatum? Sic si in Tusculanis legamus, Obtrectare uerò alteri, aut illa uitiosa æmulatione, quæ riualitati similis est, æmulari, quid habet utilitatis? cum sit æmulantis, angi alieno bono, quod ipse non habeat: obtrectantis autem, angi alieno bono, quod id etiam alius habeat? ex his quid Obtrectare, quid æmulari sit, & quemadmodum differant, perspicuè uideri potest. Ita & discrimen, quod est inter animam & spiritum, ex his uerbis aucupari licet, quæ apud Ciceronem in libro de Natura deorum leguntur. Quæ spiritu in

ʃtu in pulmones anima ducitur, ea caleſcit primùm ab ipſo ſpiritu. Quis grammaticorum clarius oſtenderet differentiam, quæ eſt inter arbitrium & iudicium, quàm Cicero faciat in oratione pro Roſcio Comœdo? Quid enim mehercule eſt, quo planius uerba quæ eiuſdem ſunt poteſtatis, notemus, quàm quòd obſeruemus Ciceronem, non ſolum eadem pagina, ſed ſententia, uel uerſu etiam, eandem rem diuerſis uerbis ſæpe ſolere efferre? ut homines omnia uoluptatum genera ſtudioſe conſectãtes, & luxurioſos, & aſotos, eodem loco appellat. ſic Committo & admitto facinus, Miror & admiror, appello & admoneo debitorem, idem ualere, ut plurima alia, Cicero ipſe oratione ſua demonſtrat. Sed in omni uerborum obſeruatione hoc tenẽdum eſt, ut animaduertamus, uſu ne tantum, an etiam ui ſignificandi, in omnibus ne, an quibuſdam tantum, idem ualere uocabula uideantur: quod qui non fecerit, recte de ijs nunquam iudicare poterit. Sed plu-

ra exempla huius generis non affero: quòd in Opere illo magno de Lingua latina, in quo nunc noctes & dies uersamur, uel in omnibus etiam uerbis declarabimus, quantum adiumentũ, quàm insignem utilitatem hæc obseruandi ratio studijs sit allatura. Tum quoque in libro de Differentijs, quasi proprius locus notæ cuiusque uocabuli consignandæ nobis dabitur. Nos certè his tractandis, & cognitionem auctam, & orationem emendatam paululum ipsi iam sentimus. Ea uerò de quibus in hoc libro potissimum agimus, aut in collocatis uerbis, aut mutandi rationibus maximè sunt sita. nam cum aut uitiosam & deprauatam consuetudinem emendare, aut quæ temporibus ferè extincta erant, excitare constituimus, in uerbis simplicibus tantum ea in primis obseruemus, quæ aut ignorat uulgus, aut barbaris nominibus obscurat: cætera coniunctioni & mutationi omnia tribuat. Coniunctorum nominum duplicem obseruationem antè diximus.

ximus. Primùm ut animaduertamus, quæ nomina sint iuncta inter se: deinde qui casus quodque uerbum consequantur. Exempla utriusque suprà posuimus. Hoc solum monendum hic uidetur, tantum momentum esse in apta coniunctione nominum, ut ne Antonius quidem, ciuis Romanus, Ciceroni eisdem temporibus uisus sit latinè locutus, cum scripserit, facere contumeliam, & denunciare timorem: quod uulgò iungi tum ea non solent. Cuius cum nulla penè, aut exigua ualde & loquendo & scribendo ratio habeatur, nisi aures & oculos prorsus ab inueterata nunc & corrupta consuetudine ad integrorum & politorum Romanorum orationem traducamus, puritatem & castitatem sermonis nunquam consequemur. Quod si coniunctorum uerborum obseruatio rectè instituatur, & consecutionis utilior opera, & minor est futura. Casuum, modorum, temporum notæ magis apparent, quàm rationes nominum inter se iungendorum.

In consecutione ea cum notari debent, quæ & à præceptis, & consuetudine sunt aliena, singulorum uerborum usum considerare in authoribus legendis debebimus. Nullum enim ferè est, ut antè diximus, quod non consecutionis ratione ab alijs, eiusdem tamen generis, discedat. Quin etiam inueniuntur, quæ præceptis comprehendi possunt, in uulgus nunc minimè nota. ut uerba stringendi, finiendi, & metiendi, ablatiuus consequitur. item & alia plurima, quæ in libro nostro de Ratione iungendæ orationis exemplis declarabimus. Mutandorum & faciendorum uerborum ars, ita est capitibus à doctis deuincta, ut præcipuis studijs paulullum loci relictum uideatur. Nam quod Cicero nomina propria tertij ordinis, uocatiuo per e, ut secundi, effert, quod Adoptio, non adoptatio, quod accersere, non accersire: quod uehens. etiam pro eo qui uehitur, præstantissimi authores dixerint, id etiam à Grammaticis memoriæ proditum uidemus.

Hoc

Hoc tamen obseruationis omnino esse arbitror, attendere, quæ uerba supina in u, quæ tempora participiorum omnia admittant. nam omnibus ea tribui, ab optimis authoribus, non uidemus. Item & à uerbis quædam nomina in ns, finientia fiunt, quæ cum genitiuo iunguntur: non tamen id omnibus, sed certis quibusdam tantum uerbis accidere constat. Quæ cum uel singula suo loco persequar, longior hic authoritatibus enumerandis esse nolo. Quod restat, ut hanc meam operam studiosis commendem, id eo modo faciam, quo animo ea est à me suscepta: ut nimirum magis uias ad discendum aperiam & commonstrem, quàm ut alicui mea obtrudam & uenditem. Pueris tamen, qui iudicio obseruationis ob ætatem carent, author essem, non minorem laborem in his quibus lingua perficitur, quàm in præceptis, quibus tantum inchoatur, ediscendis etiam singulis, quæ singularem uim habent, omni studio consumerent. Quod si quo-

tidie certa quædam nomina præscripta memoriæ mandarent, usuꝗ tererent, pucrili ætate, & paucis annis linguam hanc perfectè discerent. Quod si in scholis hoc studium excitetur, & literarum magistris in primis id persuadeatur, id quod hoc meo labore quæsiui consecutus tum abundè uidebor.

ANTONIUS SCHO-
rus, Hermanno Me-
rano S.



Anta uis est eius amicitiæ, mi Hermanne, quæ ueris certisq; uirtutibus coniungitur, ut neque temporibus, neque locorum interuallis, neq; ullis rebus ea unquam dirimatur, aut etiam imminuatur. Diu & longè abes: scribis rarò, memoria tamen, aut desiderium potius tui non minus est, quàm amor, quo te præcipuè semper præ cæteris complexi sumus. Cuius nunc testimonium, & quasi pignus id ad te mitto, quod apud me discedens reliquisti, & toti orbi terrarũ aliquando cõiunctionis nostræ, quasi momentum perpetuum extare uoluisti.

luisti. Itaq; quod promisi, præstiti: si, quod tu tibi persuasisti. alijs inde accesserit, gratulabor hoc nomine communibus studijs: tibi uero nunc hæc, nec usui, nec subsidio erunt: quod & ante annos aliquot Parisijs didiceris, & à me sæpe audiueris, & ipse ingenij acumine perspexeris, quemadmodum uitiosa & corrupta consuetudo Latini sermonis emendari posset. Præclarè & rectè iudicas, ciuilium rerum scientiam, iurisq; cognitionem, cui te dedisti, sine literis obscuram, & quasi mutam esse: nihilq; dignius esse ingenuo homine ijs ornamentis, quæ uera sunt reconditarum uirtutum tanquam insignia. Te igitur neque moneo: neq; hortor, ut animum hunc

&

& studia retineas & augeas: sed certum persuasumq; planè mihi hoc de te est, ut cum quaestuosissimam atq; copiosissimam mercaturam studiorum amore abieceris, de tua & patriae salute & gloria cogitare, dies & noctes non desinas. Plura iam non scribo: quod eum breui ex Italia redeuntem expectemus, qui nostros homines suo exemplo docturus est, ingenij & animi cultum homini libero omnibus rebus esse praeferendum. Vale, 12, Calend. Februarij, Anno

1550.



DE PHRASIBVS LINGVAE LATINAE ANTONIO Schoro Autore.



A Vulgarem cognitionē & usum omnino uidetur fugere. Latini hac præpositione idem significarunt, quod uoce Pro, cui cōtra opponitur: præsertim cū ea quæ aut prosint alicui, aut in defensionem sint, exprimere uelint. Quis enim de uulgo sic loquitur, Hoc à me facit: quo modo elegātius multo id quod uolumus red dis, quàm si diceres, Hoc me est: quod tamē latinū est, & tritum satis. Sed uarietatis causa non solum, Ab aliquo facere: sed, Cum aliquo facere, eodē sensu etiam Ciceronē efferre, obseruare licet. A quo itaque sic purè & emendate loqui discamus: Si Cassius respondisset, idem sentire & secum facere Syllam. pro Syl. 174. a

Demosthenes iā cū φιλιππίζειν Pythiam dicebat: id est, quasi cum Philippo facere. de D. 133. a

Defensor autem de æquitate nitatur: & ea cū secum faciat, nō re, sed deprauatione uerbi se urgeri queratur. Par. 241. b

Cū ille secū illos facere clamitabat. pro Plan. 277. a

Rem & sententiam interdicti mecum facere fatebatur. pro Cecin. 300. a

Veritas cum hoc facit. pro Quin. 17. a

Populus cum illis facit. de Fin. 73. b

Ab aliquo stare.

Aut à se potius, quàm ab aduersarijs stare. de In. 37. b

Stare à mendacio contra uerum, ut nemo contra ciuium perditorũ popularẽ demẽtiam à senatu, & à bonorum causa steterit constãtius. de In. 42. b

Stare à uoluntate scriptoris. de Clar. 190. a

Stare à sententia De In. 78 b

Cum aliquo stare.

Si quid de æquitate ea, quæ cum aduersario staret, derogasset de In. 80. a

Non stantem cum ijs, qui &c. de Fin. 116. b

Ab aliquo esse.

Sed uide ne hoc totũ Scæuola sit à me. de Ora. 89. b

Qui sunt ab ea disciplina. Thus. 176. b

Locus communis à translatione. & cõtrá eum, qui translationem inducit. de In 69. b

Loci communes sunt à testibus, contra testes: à quæstionibus, cõtra quæstiones: ab argumẽtis, contra argumenta: à rumoribus, cõtra rumores. ad Her. 8. a

Habere secum aliquem.

Brutus uidetur mihi & plebeculam urbanã & (si fidem fecerit) etiam bonos secum habiturus. At. 257 b

Hoc non modo non est contra me, sed maximè meam causam, defensionemq; confirmat. pro Clu. 38. b

Ab aliquo solu..., repræsentare, dare, numerare dicebant Latini, cum significare uellent, nõ ipsum debitorem,

debitorem, sed aliū eius nomine creditori pe/cuniam numerare: quod nostri homines, non Romano, sed suo more proferunt his modis: Alicui satisfacere per aliquem, Alicui soluere a/licuius nomine.

Frater laborat, ut tibi quod debet ab Egnatio, soluat. At.114.a

Hac emptione factâ, pecunia soluitur à Cesen/na pro Cec.228.a

Homines non modo non recusare, sed etiam hoc dicere, se à me soluere At.85.a

Sinite me, quod uobis fretus, huic sæpe pro/misi, id à uobis ei persoluere. Cic.

Ab Aulo Seruilio dicit se dedisse, & à suis fratri bus pro Flac.155.b

Quod enim prætori dare consuessent, quoniā ego non acceperam, se à me quodammodo dare. At.85.a

Reliquæ pecuniæ usuram Silio pendemus, dū à Faborio repræsentabimus. At.194.b

Si prætor dedit, à quæstore numerauit, quæ/stor à mēsa publica, mensa aut ex uectigali, aut ex tributo. pro Flac.155.b

Sumptum haurit ex ærario, suppeditat à so/ciis contra Rul.72.b

Misimus qui ab illo pecuniam depositam no/stris recuperarent contra Rul.74 b

Sic firmus, paratus, imparatus, instructus, inops, nudus, solitudo, inuictus, impunitas ab aliqua re dixerūt ueteres: quas locutiones cū nostri homines ignorent, inuexerūt nouas in linguā Latinam: ut, Quantū pertinet ad equi/

tatum, ſumus ualde firmi, ualde inſtructi. Quę Latini ſic protulerunt:

Antonius ab equitatu frmus eſſe dicebatur. Cice. Epiſt. 152. b

Paratus ab exercitu. Cic. Ep. 120. a

Sumus flagitioſe imparati, cum à militibus, tũ à pecunia. At. 112. a

Ille Græcꝰ ab omni laude fælicior. de Cla. 170. a

Mediocriter à natura inſtructus. de Cla. 186. a

Nudus à propinquis, nulla cognatione munitus. de Clar. 199. b

Tam inops eram ab amicis: tam nuda reſpub. à Magiſtratibus: pro Dom. 225. a

Inops ab amicis. At. 1. a

Tum erat ab oratoribus quædam in foro ſolitudo. de Cla. 185. a

Nunquam à cauſis & iudicijs diſtrictior fui. Qu. fr. 317. a

Qui inuictum ſe à labore præſtiterit. Off. 14. a

Quorũ impunitas fuit nõ modò à iudicio, ſed etiam à ſermone. pro R. P. 126. b

Nihil tibi à me defuit. pro Mur. 125. b

Tibi ò T. Anni nullũ à me amoris, nullũ ſtudij, nullum pietatis officium defuit. pro Mil. 121. a

ABDICO.

Vſi ſunt priſci Romani tã ornatè, quàm proprie, hoc uerbo, cũ ſignificare uellent, aliquem magiſtratum, aut munus ſuũ deponere: quod uulgus nũc potius effert per, Tradere ſuũ imperium, magiſtratũ, aut munus alij: hoc enim propius accedit ad uernaculam linguam.

Magiſtratu ſe abdicare. de D. 124. a

Antonius

Antonius eo die non modò consulatu, sed etiã libertate se abdicauit. I. Anto 185. b
Abdicare se prætura. in Cat, 119. a
Abdicare se tutela. At. 85. a

ABDO.

Quàm obscurata sit latini sermonis integritas, cum multa alia, tum hoc uerbum declarat. Quotusquisq; enim nunc est, qui cum accusatiuo iungit? Vix tamen aliter usum Ciceronẽ inuenias, à quo igitur licet sic loqui discas. ut:
Ille se in interiorem partem ædium abdidit. At. 56. a
Itaq; abdidit se in intimam Macedoniam. Epistol. 217. a
Abdo me in bibliothecam. Epist. 108. a
Et sese abdiderit in classem. Epist. 130. b
Natura eas partes texit atq; abdidit. Off. 25. b
Neq; me in Arpinum hoc tẽpore abdam. Off. 138. a
Cum se ille fugiens in scalarum tenebras abdidisset. pro Mil. 109. b
Si qui literis se ita abdiderunt. pro Ar. 183. a
Qui luci ediderat genitor Saturnius, idem abdidit. de. D. 121. b
Is domum se abdidit. I. P. 99. b

ABDVCO.

Vulgus uidetur omnino ignorare usum huius uerbi, cum nimis religiose se simplici astringat: quasi solũ ad animata mouentia sese referretur, & significaret ducere aliquem ab aliquo ad aliquẽ locum: cum Cicero toties, & alij Romanæ puritatis periti, pro auertere, amouere

usurparint, animo, sensibus, & similibus attri buerint.

Abducere cogitationem à cõsuetudine. Tusc. 156 a

Aciem mentis à consuetudine oculorum. de Natur. 54. b

Animum à cogitationibus.

Animum à sollicitudine. Epist. 48. a

Animos à defensione. de Ora. 136. a

Aliquẽ à meretricio quæstu. pro Quin. 15. b & in Anto 169. a

Se ab angoribus & molestijs. Epist. 70. a

Seruum ab aliquo. pro Deiot. 149. b

Discipulum à doctore de Ora. 112. a

A religione ad quæstum. de D. 99. b

ABEO.

Elegãter attribuitur hoc uerbum & alijs rebus motum non significantibus, cum usurpatur pro eo quod nos dicimus, desinere, desistere, aut cessare. ut,

Nausea iam plane abijt. At. 226. a

De loco quidem nunc abijt pestilentia. Epist. 231. b

Illa mea quam solebas antea laudare. ò hominem facilem, ò hospitem non grauem, abierunt. Epist. 138. a

Singularem quandam significationem habet hoc uerbum, cum Latini utuntur pro accedere, aut ut uulgò loquuntur, Demittere se ad uulgi opinionem, ad ineptias. ut,

Abire ad uulgi opinionem. Off. 68. b

Quid ad istas ineptias abis, inquies. pro S. R. 25. b

Sic lon

Sic longè abire Latini, quod alio modo dicitur, alte repetere, aut ut Barbari dicunt, petere aut sumere aliquid à longinquo, remotiora exempla petere ut,

Audi, ne longè abeam, moriens quid dicat Epicurus. P.1.84.30.b

Multos nominatim proferre possum, ne lõgius ab eam, uel tribuleis, uel uicinos meos. O.1.25.24.b

Vt ne longius abeam, declarat ista ascriptio esse aliquid. O.1.303.5.b

Non longè abieris: num ius ciuile uestrum ex ex libris cognosci potest E.104.13.b

Latini quoq; solent hoc uerbo uti, cum significare uellēt, ea quæ cõ mota sunt, non permansura in eo statu, aut ut uulgus loquitur: Non hæc ita transibunt, tu plus de hac re audies. ut,

Non poterit sic abire. P.1.125.24.b

Ad summũ, nõ possunt isthæc sic abire. A.222.b

Mirabar, si hoc sic abiret. Teren.

Non hoc tibi sic abibit.

Abire à sensibus, Abire ab homine, pro discedere, & aliò transire. ut,

Sed ab eo à sensibus, quid est quod ratione percipi possit?

Sed ab hoc parumper abeamus, quandoquidem de genere, non de homine quærimus.

Significatur etiã hoc uerbo, defungi aut abdicare se magistratu, deponere magistratũ. ut,

Abire magistratu. Epist.60.b

Abire consulatu. At.11.a

A iure non abire: pro, non discedere à iure. Ita di-

cimus Abire ab emptione aliqua: quod uulgò dicitur, non tenere emptionem aliquam, non habere pro rato.

Male precabantur quoque ueteres Latini hoc uerbo alicui. ut,

Abi in malam crucem. Teren.

Quin tu abis in malam pestem, malumq́ cruciatum. In Anto. 257.

Pro his Latinis germanicolatini dicũt, I ad patibulum: I, quòd pestis, aut ignis Sancti Antonij, aut simile te perdat.

ABHINC.

Neque uim, neq; usum nostræ ætatis homines ij intelligũt, qui futuro tẽpori quoq; attribuunt, semperq́ cũ ablatiuo iũgunt. Cum Cicero semper ea uoce & tempus præteritũ notet, et tã accusatiuo, quàm ablatiuo cõiungat. ut,

Quæstor Cn. Papirio consuli fuisti abhinc annos quatuordecim. In Ver. 82. b

Etenim si Cn. Pompeius abhinc annos quingẽtos fuisset. pro Cor. 57. b

Sosippus & Epicrates, fratres sunt Agyrinenses, horum pater abhinc duo & uiginti annos est mortuus. In Verr. 113. a

Abhinc annos prope uiginti, negaui posse mortẽ immaturã esse consulari. in Ant. 183. a

Repromittis tu abhinc triennium. pro Quint. Ros. 51. a

Demosthenes fuit abhinc annos prope trecẽtos. de Diui. 133. a

Cum Ablatiuo.

Roscius cũ Flauio pro societate decidit abhinc annis

annis quindecim.pro Q.Rof.51.a
Herodotus offendit eum mēfem comitialem, comitijs iam abhinc triginta diebus habitis.In Ver.154.b
Gratū fecisse,quod pro Cornificio me abhinc amplius annis.25.spopondisse dicit Flauius. At.190.b

ABIICIO.

Veteres illi Latini, quos non satis laudare possumus, præcipue adhibuerūt hoc uerbū, cum uel contemptum, uel desperationem significare uellent, hoc pacto.ut,
Famam ingenij abijcere.Epist.135.b
Abijcere spem alicuius rei.in Ver.87.b
Abijcere uoluntatem discendi, simul cum spe discendi.de Orator.121.b
Omnem curam de repub.cogitationem de dicenda sententia, commendationē causarum abijcere.Epist.138.b
Abijcere consilium profectionis.At.156.a
Hastas abijcere,pro desperare.pro Mur.134.b
Sic abijcere cogitationes in rem humilem. pro res paruas & leues cogitare.ut,
Abijcere suas cogitationes in rem tam humilē. de Am.102.a
Abiectus, contemptus, uulgaris, humilis. uulgatum non satis est.ut,
Non quòd illi causam pecuniæ publicæ cōtemptam & abiectam putarent.pro Clu.57.a
Senatum abiectum excitaui.At.12.a
Cum ipsi inter nos abiecti neglectiq; sumus.de Finib.104.a

Verba non abiecta, res compositæ diligenter. de Clar.156.a
Exanimata uxor, abiecta metu filia .I.C.115.b
Hic abiectus non tam ad pedes, quàm mores, sensusq; nostros. pro Cæl.54.a
Sæpe in quibusdā est animus abiectior, & spes amplificandæ fortunæ fractior. Am.107.a
Sum animo perculso, & abiecto. At.40.a
Homo contemptus & abiectus. cōtra Rul.85.a
Desertus & abiectus. Epist.5.b
Humilis & abiectus de Finib.138.b
Abiectus & semiuiuus. 1.P.86.a
Comicorum senarij abiecti. Or.215.a
Summissus & abiectus.) (se efferens. Off.25.a

ABIVDICO.

Huius uerbi non est ualde abdita & retrusa significandi uis. Sed à multis nunc negligitur. & ignoratur. ut,

Abiudicare aliquid ab aliquo.

Nulla res cuiusquam tam patria atq; auita fuit, quæ non ab eo imperio istius abiudicaretur. in Verr.68.b
Tanta pernicies fortunis omnium non potest accidere, quàm opinione populi Ro. rationē ueritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abiudicari. in Verr.77.a
Rullus iudicabit Alexandriam regis esse à populo Romano abiudicabit. cōtra Rull.74.b

ABIVRO, periurio nego quod debeo. Quod uerbum cum uulgus ignoret, dicit: iurare se non debere, iuramentum præstare.
Mihi abiurare certius est quàm dependere. At.5.a

Abiurare creditum. Plaut.

Pecuniam in iure abiurare idem.

ABROGO. Verbi huius uis & usus prorsus nũc ignoratur uulgo: quis enim est, qui eo utitur, cum significare uelit, rogãdo autoritatem alicui detrahere? aut solũ autoritatẽ alicui detrahere? nam cũ imperiti significare uelint magistratus autoritatem alicui detrahere, dicũt: Deponere aliquẽ de officio, de magistratu q̃d barbarum est, pro, Legi, aut legẽ abrogare, recentiores dixerũt abolere legem: sic abolere fidem. Cicero uerò, & alij suæ ætatis autores, abrogare: quod exempla comprobabunt.

Si tibi magistratum abrogasset, minore ignominia te affecisset. in Ver. 156. b

Brutus collegæ suo imperium abrogauit. de Cla. 169. a

Qui collegæ magistratum per seditionem abrogauit. pro Mil. 115. a

Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. Qu. Fr. 508. a

Eiq; imperium est abrogatum. pro Dom. 250. a

Legem, aut legi abrogare.

M. Octauius legem Semproniam frumentariã populi frequentis suffragijs abrogauit. de Cla. 184. b.

Abrogare legem, derogare aliquid de lege, & commutare legem. de In. 79. a

Lex illa neque tolli, neque abrogari potest. de Leg. 172. a

Eas tu leges rogabis, uidelicet quæ nunquam abrogentur: ibid.

Cum lex abrogatur, idipsum rogatur, quomodo eam abrogari oporteat. At. 50. b
Cui legi abrogatum, uel derogatũ sit. ad Her. 9. a

Potestatem, fidem abrogare.

Gracchus potestatem intercedēdi collegæ abrogauit. de Leg. 188. b
Si tibi deliberatum est, quibus abroges fidē iurisiurandi, pro Qu. R. 52. a
Aequaliter omnib. abrogatur fides. Aca. 10. a
Quæ res fidem abrogat orationi. ad Her. 4. a.
Abrogare fidem famæ. ad Her. 8. b

ABSTINENTIA. Multi hoc nomine ea efferũt, quæ Cõtinentia significat: nimirũ temperantiã in uoluptatibus, sed inepte ualde. Nã abstinentia ijs tãtum tribuitur, qui manus ab alienis abstinent: cui Rapacitas opponitur.

Nulla autem re conciliare facilius beneuolētiam multitudinis possunt ij, qui reipub. præsunt, quàm abstinētia & cõtinētia. Off 49. b
Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus teruncius insumatur in quenquam. At. 77. a
Iusticia, abstinentia, clementia tui Ciceronis reuiuiscunt. At. 76. b
Nunc deniq; incipiunt credere fuisse homines Romanos hac quondã abstinentia. pro Põ. 11. b
Traducere munus extraordinarium summa. abstinentia. At. 72. a
Possum multa dicere de prouinciali eius in eo magistratu abstinentia. pro Sest. 4. a

ABSTINEO. Latius multo patet quàm abstinentia. Ex quo intelligimus, latine discere nihil fere esse, nisi obseruare quemadmodũ optimi autores sunt locuti. Operæprecium igitur est uariũ usum huius uerbi uidere, nam & ablatiuo sine præpositione, & cum præpositione, & omisso aliquãdo accusatiuo Se, aliquando addito, iungitur.

Imperatorẽ debere cohibere manus, oculos, animum à coniugibus, à liberis, ab auro, gazaq; regia. pro Pom. 16. b

Domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. de Or. 101. a

Manus abstinere ab alienis pecunijs. in Verrem. 236. b

Qui cum in conuiuium uenisset si quicquã cælati aspexerat, manum abstinere non poterat. in Ver. 211. a

Confugis ad physicos eos qui maxime in Academia irridentur: à quibus ne tu quidem iã te abstinebis. Acad. 14. b

Quid autoritas nostra, qui à cæteris coniurationis causis abstinuimus. pro Syl. 182. b

Abstineãt in hoc iudicio manus, animosq; ab hoc scelere nefario. in Ver. 73. a

Postulatur ab omnibus, ut ab ijs se abstineant maxime uitijs, in quibus alterum reprehenderunt in Ver. 148. b.

Ab obscœnis uoluptatibus abstinere, minime difficile est. Tus. 246 b

Homines tenebras & solitudinem nacti, nullo dedecore

dedecore se abstinent. de Fin. 98. a
Iurgijs & litibus abstinere. de Diu. 101. b
Maledicto, aut maledictis abstinere. in A. 161. b At. 287. a
Faba quidem Pythagorei utique abstinuere. de Diu. 135 a
Cōsilium est, suffocare urbem & Italiam fame: deinde agros uastare, urere, pecunijs locupletum non abstinere. At. 140. a
Manus abstinere ab aliquo: pro non percutere, & occidere aliquem.
Nihil ægrius factum est multo labore meo, quàm ut manus ab illo appellatore abstinerētur. in Ver. 234. a
Vix homines manus à te abstinere possunt. pro Sest. 31. a
Alexander cum interemisset Clytum familiarem suum, uix à se manus abstinuit, tāta uis fuit pœnitendi. Tus. 226. b
Quòd me ad uitam uocas, unum efficis, ut à me manus abstineam. At 41. b
ABSVM. Varijs & multis rebus coniungitur. Quæ uero minus in usu & ore uulgi sunt, ea tantū conquiremus & eligemus. Primū pro pius abesse locum, aut tēpus aliquod, quid sit, ij ignorant qui dicūt: Propius, aut propior est Spira Heydelbergā, quàm Vuormacia, aut, propinquior est ut, Cicero uero sic est locutus:
In his locis, quæ à Brundusio absunt propius quàm tu, biduum aut triduum, nihil auditur noui. At. 232. a
Tu illā manum mihi cura ut præstes: quoniā propius

propius abes. At. 1. b
Propius a morte abesse. Cic.
Antiquitas, quæ quo propius aberat ab ortu, & diuina progenie, hoc melius ea cernebat. Tusc. 153. b
Abesse aliquid, pro desiderari, requiri. & aliquē abesse alicui homini, cui opponitur adesse, defendere: peruulgata non sunt.
Crassum hic uolebat imitari: Cotta malebat Antonium: sed ab hoc uis aberat Antonij, Crassi ab illo lepos. paulo post, Istis cū summi essent oratores, duæ res maximæ altera alteri defuit, de Or. 183. a
Cum immolare quispiam uelit, tum fieri extorum mutationem, ut aut absit aliquid, aut supersit. de Diu. 115. b 105. a
Neq; enim est quicquā aliud præter mūdum, cui nihil absit, quodq; undiq; aptū. perfectū, expletumq; sit omnibus numeris de N. 35. a
Quid enim abest huic homini, quod si adesset, iure hoc tribui & concedi putaremus? pro Cæl 56 p
Quid huic abest, nisi res & uirtus? de or. 135. a
Quamobrē quid est quòd mirere, si cum ijsdē in hac causa uides adesse, cum quibus in cæteris intelligis abfuisse? pro Syl. 168. a
Mirari desinat Torquatus, me qui Antronio abfuerim, Syllam defendere. pro Syl. 169. b
Quæ ablata dixi, pscripta erāt hoc mō: Quod ex æde Mineruæ hoc & illud abesset. q ex æde Iouis, quod ex æde Liberi, paulo post.
Petiuerunt ut sibi ignosceretur, quod hæ res abessent.

abessent. in Ver. 232. b

Omnia genera animalium cõplexu teneat oportet, ut ex eodem ne quid absit. de Vni. 202. a

Vulgus quid absit à perfecto, fere non ex toto intelligit. de Off 53. a

Aliquem abesse ab aliqua re, pro alienum & disiunctũ esse, & abhorrere, ut à uitijs à uirtutibus, quia satis percrebuisse puto, exemplis nõ declarabo. Sed, Non abesse quin ut, peruulgatũ nõ est. ijs cũ uerbis significabant Latini, quod nostra lingua dicimus, *Es fehlt nichts, es uuirt kaum fehlen*: quod cum uulgus ignoret, quomodo recte latine dicatur, à Cicerone id discat.

Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit probos improbare, qui improbos probet. Orat. 220. a

Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus. At. 180. a

Aberit non longe: quin hoc à me decerni uelit. At. 145. b

Tantum abest, ut. Prorsus nunc ignoratur, quẽadmodum Romani illi ueteres hoc genere loquendi sint usi. Idcirco lõge aliter uulgus nũc ea quæ olim per Tãtũ abest ut, proferre consueuit. Vsum igitur uerũ quisq; ab ipso Cic. discat, seseq; ipse emendet: primũ animaduertat quomodo bis Vt cõiunxerit, cum Tãtum abest. nam aliquando alterũ omittitur. Sed altero Vt, cõtrarium ferè antecedentis redditur.

Tantum abest ut libertatis inimicos ornẽ, ut effici nõ possit, quin eos tam oderim, quàm rempub.

Rempublicam diligo in A.238.a
Tantum abeſt ut aliquam bonam gratiã mihi quæſiſſe uidear, ut multas etiam ſimultates intelligam me ſuſcepiſſe. pro Clu.17.b
Tantum abeſt ut id cõſentaneum eſſet, ut maximè etiam repugnaret. Ac.8 b
Is enim qui occultus & rectus dicitur, tantum abeſt ut ſe indicet, perficiet etiam ut dolere alterius improbè facto uideatur. de Fin.76.a
Tãtum abeſt ut malum mors ſit, ut uerear ne homini nihil ſit non malum aliud certè, ſed nihil bonum aliud potius. Tuſ.164.b
At philoſophia quidem tantũ abeſt, ut perinde ac de hominũ uita eſt merita, laudetur, à pleriſq; neglecta, à multis etiã uituperetur. Tuſ.164.b
Tantum abeſt ut ſcribi contra nos nolimus, ut id etiam maximè optemus. Tuſ.175.b
Tantum abeſt ut hæc beſtiarum cauſa parata ſint, ut ipſas beſtias hominum cauſa generatas eſſe uideamus. de N.58.a
Tantum abeſt ut amicitiæ propter indigentiã colãtur, ut ij qui opib. & copijs, maximeq; uirtute præditi liberaliſſimi ſint & beneficentiſsimi. de Am.106.a

Tantum abeſt ne, ut. pro, ut non poſito, Ne.
Tantum abeſt, ne (quod ij qui hoc aut magiſtrorum inopia, aut ingenij tarditate, aut laboris fuga nõ ſunt aſſecuti, ſolent dicere) enervetur oratio compoſitione uerborum, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec uis eſſe poſſit. Or.219.b

Alterum Vt,hoc eſt,conſequentis,omiſſum.

Itáq; tantum abfuit, ut inflãmares animos noſtros, ſomnum iſto loco uix tenebamus de Cla.190.b

Tantum porrò aberat, ut binos ſcriberẽt, uix ſingulos confecerunt. At.211.a

Tantum abeſt ut,in propoſitione conſequenti.

Dixerim me uel plurima uincula tecum ſummæ cõiunctionis optare, & ſunt amoris arctiſsima:tantũ abeſt, ut ego ex eo quo aſtricti ſumus,laxari aliquid uelim. At.89. b

Interpoſitum orationi.

Qui altiore animo ſunt, totos ſe ad ſtudia doctrinæ conferunt: qua in uita tantũ abeſt, ut uoluptates conſectentur,etiã curas,ſolicitudines,uigilias ſuſcipiunt.de Fin.138.b

A ſole abeſſe iubentur ij qui apricanti officiũt.

Qđ noſtri barbare dicũt, Stare ex ſole.Ire ex ſole.Eodem modo recte poſſe dici puto Abeſſe à lumine:ut cũ ij qui officiunt, iubentur diſcedere:pro quo uulgus ineptè, Stare ex lumine.

At uerò Diogenes liberius,ut Cynicus,Alexandro rogãti, ut diceret ſi quid ſibi opus eſſet. Nunc quidem paululum à ſole abſis.offecerat uidelicet apricanti. Tuſ.246.b

ABVTOR, nõ ſolum uitij,quod uulgus putat,ſed laudis quoq; eſt.ut,

Quæ igitur ſtudia magnorum hominũ ſententia uacationem habẽt etiã publici muneris, ijs,concedente repub. cur non abutamur? E.129.a

Hic tu fortaſſe eris diligẽs, ne quã ego horam

de meis

de meis legitimis horis remittã: nisi omni tẽpore quod mihi lege concessum est, abusus ero, quærere. in Ver. 80. b

Lepidus obsequio meo, si ita faceret, ad omnia abuteretur. E. 152. b

Nos elephantorum acutissimis sensibus, nos sagacitate canum ad utilitatem nostram abutimur. de N. 56. b

Annij Tribunatu, reb. omnibus pro salute Reipub. gestis, ad huius criminis defensionẽ nõ abutemur. pro Mil. 103. b

ACCEDO. Latè admodum hoc uerbũ patet. Quæ uero alieniora sunt ab usu quotidiano nostrorum temporũ, ea solum indicabimus. Vsurparũt Latini hoc uerbum, cũ significare uellẽt, ex ijs quæ proponebãtur aliquid eligere. & ut uulgò loquũtur, in aliquid consentire.

Demõstrare per amplificationẽ, ad utram potius legem accedere oporteat. de In 80. b


Cum rem cõmuni uerbo appellaris, leuius dixisse uidearis: cum ad electius uerbum accedas, insigniorem rem facias ad Her. 12. b

Nec illos congressuros, nec si cõgressuri essent. Pompeium ad ullam conditionem accessurum putabam. At. 135 a

Condemnari malebant, quàm ad eius conditiones pactionesq́ accedere. in Ver. 162. b

Cur ex tot creditoribus alijs ad istam rationẽ nemo accesserit: pro Quint. 14. a

Similitudinẽ notabãt quoq; Latini hoc uerbo, præsertim adiuncta uoce Propè: quam cũ semper nostri homines eodem modo, hoc est



nomine Simile proferunt, discant à Cicerone, quemadmodum Similius, & Simillimum alijs quoq; uerbis commutare poterunt.
Potest accidere ut existat aliquid, quod & ueri simile uideatur, & absit lōgissime à uero. q̊' modo, si magna ex parte ad uerum ipsum, aut quàm proxime accedant. Aca.10.b
Alexidis manum amabam, quòd tam prope accedat ad similitudinē literæ tuæ. At.100.a
Sanè dubitare uisus est Sulpitius et Cotta, utrius oratio propius ad ueritatem uideretur accedere. de Or.108.a
Ad similitudinem deorum propius accedebat humana uirtus, quàm figura. de N.20.b
Qui tolerabiliores uolunt esse, & ad ueritatem uitæ propius accedere. de Or.105.b
In utramq; partem dicendo & audiendo eliciant, & tanquā exprimant aliquid, quod aut uerum sit, aut ad id quàm proximè accedat. Ac.5.a
Præsensio & scientia rerum futurarum proximè ad deorum uim natura mortali accedit. De Diu.80.a
Ad sapientiā proxime accedere. de Am.105.b
In dicendo numerosum putatur, nō quod totum constat è numeris, sed quod ad numeros proximè accedit. Or.218.b

Cum datiuo.

Duobus igitur summis Crasso & Antonio L. Philippus proximus accedebat: sed lōgo interuallo tamē proximus. de Cla.180.a
Velim tibi persuadeas, cū cōstet excellere hoc genere

genere uirtutis, ut nunquã extimescas, nunquã perturbere, me huic tuæ uirtuti proxime accedere. E.177.b

Accessio. Vulgare iam non est significasse olim Latinos hoc nomine ea quæ tanquam honoraria adijciebantur ad uectigalia, decumas, aut ea omnia quæ dominis & principibus ex pacto pendebantur.

Ait enim, dum Sabinio pecuniã Posthumis cogeret ex decumis imperatorũ, pecuniã sibi coegisse, non intelligo hoc quale sit: utrũ accessionẽ decumæ, ut nostri facere coactores solẽt centesima, aut decessionem de summa fecerit. Si accessionem, undecim millia talentum ad Sabinium peruenerunt. at non modo abs te decẽ millia obiecta sunt, sed etiã ab his æstimata. addo illud etiã, qui tandẽ conuenit, aut tam graui onere tributorũ ad tãtam pecuniam cogendam mille talentum accessionẽ esse factã: aut in tãta mercede hominis, ut uis auarissimi, mille talẽtum decessionem esse concessam, neq; enim fuit Sabinij remittere tantum de suo, nec regis imponere tantum pati suis. pro Rab. Post. 127.b

Populus publice coactus est ei cõferre lucri tritici modium XXVI: accessionem HSMM: de accessione. O.1.16.& 1.b. Deccumas addixit ei dẽ illi Docimo, hoc est, tritici modiũ quinq; millia: accessionẽ ascripsit HSMD. in Ver. 166. 5.a. Ad singula medimna multi HS duo, multi HS quinq; accessionis cogebantur dare: qui minimũ singulos nimos. in Ver 173. 7.a

Nec minorum accessionem cogebatur arator dare, nec ternas quinquagesimas frumenti addere. ibid. Iste homo amẽtissimus in uẽdũdis decumis, nummorũ faciebat accessiones ad singulas decumas, neq; multũ, bona aut terna millia addebat. b

Accessionem adiungere ædibus, Latinè dictum est: quod barbare dicitur, partem aliquã ædificare ad ædes, aut addere partem aliquã, ampliare ædes.

Hanc Scaurus demolitus, accessionem adiunxit ædibus. Off. 28. a

ACCIDIT. Gratum, iucundum, & eius generis alia accidere alicui, diuulgata satis nõ sunt. Efferimus enim solum istiusmodi sentẽtias per uerbum Est: ut, Gratum, iucundum mihi fuit. Latini etiam hoc modo:

Omnia enim secundissima nobis: aduersissima illis accidisse uidentur. At. 162. b. At. 85. a. Quod uideo, tibi etiam nouum accidisset, tanquã mihi. Epist. 40. b. Quæ scribis ad me minimè mihi mirãda, & maxime iucunda acciderũt. Epist. 50. b. Cognoui omnia, quæ à me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima. p Pla. 271. b. In quibus ipsi aculei, si quos habuisti in me reprehendendo, tamẽ mihi non ingrati acciderũt. Att. 3. b. a. Nã mihi omnia, quæ iucũda ex moribus alterius, homini accidere possunt, ex illo accidebãt. Epist. 41. a. Illud mihi permirũ accidit, tantã temeritatẽ, &c. At 100. b. Hoc mihi accidit iucundissimum.

ACCIPIO. Plurimis & uarijs rebus hoc uerbum

uerbum tribuitur: sed in quibus aut reconditus aliquis sensus est, aut ignoratio uulgi. ea tantum in lucem proferemus. Et in primis ignorari uulgò uidetur, notasse Latinos idem hoc uerbo, quod p Tracto, siue uerbis, siue uerberibus, siue eos quos aut hospites, aut conuiuas adhibemus. ut,

Spartæ uerò pueri ad aram sic uerberibus accipiuntur: ut multus è uisceribus sanguis exeat: nonnunquam etiam ad necem: quorum non modò nemo exclamauit unquã, sed ne ingemuit quidem. Tus. 182. a

Nunquam fuit crudelis Verres: hominem (Sopatrum) leniter clementerq; accepit. cum in statua C. Marcelli diuaricari ac deligari iubet, &c. in Ver. 220. b

Qui ciues Romani quemadmodum essent accepti, audistis ex ipsis, bona sibi erepta esse dixere. 20. a

Hunc ego accepi in Senatu, ut soleo. At. 17. a

Si inuitauerit, id quod solet, sic hominem accipiemus, ut molestè ferat se de uia discessisse. pro Clu. 20. 52. b

Quo te modo, inquit Architas uillico iratior, accepissem, nisi iratus essem? Tus. 226. b

Accipitur Pompeius satis malè à Curione, & totus eius secundus consulatus exagitatur. Epi. 121. b

Epicurum Stoici malè accipiunt. E. 107. b

Copiolæ meæ sunt extenuatissimæ, aut inopia omnium rerum pessime acceptæ. E. 174. a

Exclusus ab Antiochia Dolobella, & in oppu/

gnando malè acceptus, nulla alia cōfisus urbe, Laodiceam se contulit. E. 190. b
Stomachari, cōtumeliose uexare, maledicere, totis uoluminibus concidere, malè accipere, figere maledictis aliquem. de N. 20. a
Esto qui aliquanto plus cogitasset, malè accipit uerbis Rabonium. in V. 104. b
Quintū puerum accepi uehementer. At. 159. b
Non multi cibi hospitem accipies, sed multi ioci. E. 143. a
Magnificentissime accipi ab aliquo hospitio de D. 125. a
Hospitio agresti aliquem accipere. At. 32. b
Sicilia ciues Romanos omnes suis ipsa sedibus libentissimè semper accepit. in Ver. 268. a
Regio apparatu accipere aliquē. de Som. 126. b
Tribus tricliniis accepti, οἱ περὶ αὐτὸν ualde copiose: libertis minus lautis seruisq; nihil defuit: nam lautiores eleganter accepti. At. 222. a
Sic accipere aliquem, ut uc. in A. 228. a
Honorifice aliquem accipere in Ver. 214. a
Nos Asia accepit admirabiliter. At. 75. b
Hilare à te acceptus sum. de Or. 135. b
Hilaris & bene acceptus. At. 252. b
Sensibus quoq; tribuitur, idemq; fere ualet, quod audire, uel intelligere: ut ad uerbum aliquid, non ad sententiā accipere: quod imperiti sic efferūt: Accipere aut interpretari aliquid ut uerba sonant, non respicere sententiam. Sed latè ualde in hoc sensu patet. ut,
Vt contra ac dicat accipi ac sentiri uelit. Or. 209. b. 170. a
Vim

Vim uerbi in aliud atq; cæteri accipiant, posse ducere. de Inuen. 58.b
Ea quæ parum acceperis quærere. Ep. 156.b
Hunc locū, siquidē ego te accipio, dicere Arpinum germanā patriā esse uestram. de Leg.
Sed quē accipio ipse oculis atq; animo sensum, hunc uerè apud uos, ut potero planissimè exponam. I. V. 157.a
Vt de Socrate accepimus. Off. 18.b
Accepissentq; fama & auditione esse quoddā numen. &c. de N. 45.a
Cum græcas literas M. Catonem in senectute didicisse acceperim. Aca. 2.a
Cerimoniæ ab omni uetustate acceptæ. de Ar. 250.a
Sic eñ à maiorib. nostris accepimus. I. V. 64.a
Sic etiam Accipere aliquid in bonā aut malam partem, aut aliquo modo aliquid accipere, idem quod interpretari, ut,
Non tam interest, quo animo aliquid scribatur, quàm quo accipiatur. E. 85.a
Tento enim te quo animo accipias. 255.a
Sed quonam modo accipiēs seueritatem meam. in A. 245.b
Tu autem uelim ad eum scribas de his rebus, ut sciam quomodo hæc accipiat. At. 86.a
Periculose dico, quemadmodum accepturi sitis horreo. in Ant. 210.b
Quemadmodum hoc accepturū nationes exteras, quemadmodum huius tui facti famā in regna aliorum, atq; in ultimas terras peruenturum putasti. in Ver. 215.b

Tecum ago, ut iã ab ipsa commiſſione ad me, quemadmodũ ij ludi accipiantur. At. 249. a
Audebo hoc dicere, & tu, ut ſoles, accipies. At 200. b
Timere quomodo accipiant. ad Her. 55. b
Si es natura φιλαίτιος, hoc aſſequere, ut in quam partem accipias, minus laborem. E. 56. a
Quæ quidem in eam partem accepta ſunt Cæſar, ut eum ampliſſimo honore & nomine affeceris. in Ant. 146. a
Accipiet in optimam partem C. Panſa, etenim dicam animo amiciſſimo In Ant. 210. a
Proſpicio nobis in hac calamitate tabeſcendũ eſſe: neq; enim (ſed bonam in partẽ accipies) At. 52. a
Quòd rogas ut in bonam partem accipiam, ſi qua ſunt in tuis literis, quæ me mordeant, ego uerò in optimam. At. 175. a
Illud enim non accipio in bonam partẽ, quod ad me refers. At. 204. b
Quod dicam, in bonã partẽ accipias. At. 275. b
Cæſar mihi ignoſcit per literas, quòd nõ uenerim, ſeſeq; id in optimam partem accipere dicit. At. 156. b
De tua fide & beneuolentia in nos, niſi perſuaſum eſſet nobis, non conſcripſiſſemus tibi hæc, quo profecto, quando iſtum animum habes, in optimam partem accipies. E. 168. a
Durius accipere hoc mihi uiſus eſt quàm uellem, & quàm homines belli ſolent. At. 2. a
Vberiores erimus, ſi & ille libenter accipiet, & ij ſubiungentur: qui uillã me moleſtè ferunt

habere.

habere. At.58.a
Monendi amici sæpe sunt,& obiurgādi: & hæc accipienda amice, cū beneuole fiunt. de Am. 112.b
Monere & moneri proprium est amicitiæ: & alterum libere facere, non aspere: alterum patienter accipere, non repugnanter. de Am. 113.a
Ea te moderate accepisse, neq; temere credendum iudicasse à meis procuratoribus certior sum factus. E. 167.a
Velim mi Attice, fortiter hæc accipias, ut ego scribo. Att. 247.a
Quanto nūc hoc idē accipiet asperius. At. 135.b
Quod facinus in alienum hominem illatum seuere acciperet, id omisisset curare in hospite? pro Cæl, 49.a
Beneficium accipere in contumeliam. At. 242.b
Singuli casus humanarum miseriarum grauiter accipiūtur, si dicātur, dolēter. de Or. 228.a
Quicquid in eum, iudicij officijq; contuleris, existimabis id ita me accipere, ut in me ipsum te putem contulisse. E, 144.a
Id tu, ut uidebitur, ita accipies At. 101.a
Habes à patre munus Marce fili, mea quidem sententia magnum, sed perinde erit ut acceperis. de Off. 76.b
Vt uolet quisq;, accidit: ego tamē frugalitatē iudico maximam esse uirtutem. in A. 148.b
Id tu si me aliter ac debuit, acceperit, lenies. At. 165.b
Contra accipi aliquid uelle ac dicat. Or. 209.b
Item, *Accipere dolorem*, damnum, iniuriam, & ea om-

ea omnia quibus quis afficitur. ut.
Non mehercule criminis augendi causa dicã Iud. sed quę accepi ipse oculis, animoq; sensum. hunc uerè apud uos, & ut potero planissime exponam. in V.157.a
Quid tu existimes esse in amicitia mutuum? nescio, equidem hoc arbitror, cũ par uoluntas accipitur & redditur. E.60.a
Voluptatem hanc esse omnes sentiũt, quã sensus accipiens mouetur, & iucunditate quadam perfunditur. de Fin.65.a
De uirtute & grauitate Cæsaris, quã in summo dolore adhibuisset, magnam ex epistola tua accepi uoluptatem. At.327.a
De aliquo falsam opinionem accipere. E.15.b
Accepi Pontifices magnum atq; incredibilem dolorem pro Dom.252. b
Si uoluptatis sensum capit, doloris etiam capit. quod autem dolorem accipit, id accipiat etiam interitum necesse est. de N.66.a
Animaduerti te dolorem quẽ acceperis, tum summi uiri, tum amicissimi morte, ferre moderate. de Am.97.a
Quantum dolorem acceperim, & quanto fructu sim priuatus, & forensi, & domestico Lucij fratris nostri morte &c. At.5.a
Magnum dolorem accipere, si aliquid accidat. At.56.a
In oppido aliq̃ mallẽ resedisse, quoad accerserer, minus sermonis subijsse, minus accepissem doloris, imò hoc me nõ angeret. At.175.a
Omne animal ad accipiendã uim externam et ferendam

ferendam paratum est·de N·65·b
Nihil igitur hūc uirum sagittæ,quas ab Hercu le acceperat,tum consolabantur· Tus.178·b
Vulnus accipere in capite ab aliquo·in Verrē· 256·a
Ille etiā graue tum uulnus accepit, ne quid de summa dignitate reip.minueretur.in C.121·a
Tanquam fortis in pugna uir,acceptis à forti aduersario uulneribus,aduersis & honestis cadere uidetur.pro Dom·253·a
Ob constantiam uoluntarium uulnus accipe re.pro Plan·278·a
Tribunū plebis plus uiginti uulneribus acce ptis,sublatus è prælio,reipub.uitā reserua uit.pro Sest.21.b
Sp. Caruilius grauiter claudicans ex uulnere ob rempub.accepto·de Or.131·b
Qua in fuga magna autoritate Osatesdux Par thorum,uulnus accepit,eoq; interijt paucis post diebus. At.79.b
Sestius multis in templo Castoris uulneribus acceptis,subsidio Bestiæ seruatus est·At 309.a
Plagam. Ego uero, si mihi uni pereundum fuis set,ac nō accipienda plaga mihi insanabilis, illi mortifera, quam reipub. imposuisset,se mel perire tamen iudices maluissem. quàm bis uincere· pro Cæl. 12.b Translate semper Cicero utitur·
Iniuriam. Etenim si plurimas à tuo prætore iniu rias accepisses,tamē eas ferendo,maiorē lau dem q̃ ulciscendo merere.in Ver·64.a
Accipere ignominiā & cōtumeliā.in Ver·120.b
Flamma

Flamma ex ipso incendio nauium,& calamitatem acceptam,& periculum reliquũ nunciabat. in Ver.254.b

In cæteris rebus cum uenit calamitas, tũ detrimentum accipitur. pro Pom.15.b

Post acceptam illam cladem explicatũ est. de D.101.a

Marius duabus ædilitatis acceptis repulsis,septies consul est factus. pro Dom.269.b

Plagam accipere sæpius trãsfertur à Cicerõe ad dãna aut mala,quæ aut nos,aut resp. accipit.

Ille locus inductus est à me diuinitus, ne una plaga accepta patres conscripti cõciderent, ne deficerent,uulnus esse eiusmodi At.12.a

Plagam aliquam in aliquo loco. At.180.b

ACCOMMODO, pro Commodo uulgò quidem usurpatur: sed Dare, Accipere accommodato,aut commodato, quomodo quidam loquũtur, apud eos autores q̃s imitari debem9, nõ inuenitur. Mutuari,aut mutuo dare, Latini dixerunt, & utendum accipere: nõ accommodato accipere. Sed quemadmodum per Accõmodare id efferatur latinè,quod uulgò per Accommodare,aut Commodato dare: ex Cicerone nunc ipso uideamus. ut,

Iste hospites domũ deducit, ait se ædes maximas amicó cuidam ad nuptias accõmodasse,nunciat interea puer argentũ repeti: pertimuerat enim qui accommodarat. Apage te,inquit,ædes commodaui de In.40.

Peto à te maiorẽ in modũ, quod sine tua molestia fiat,& C. Aniano Euãdro de habitatione ac-

ne accommodes. Nam propter opera insti-
tuta multa multorũ, subitum est ei remigra
re Calend. Quintilib. E.205.
Si quid iste suorũ Aedilibus accommodauit.
in Ver.229.
ACCVMBO. *Accubãs.* Quoniam imperiti uim
& usum huius uerbi ignorant, dicunt pro eo
Sedere ad mensam, sedere ad edendum: quod
Latini significarunt uerbo Accumbo. ut,
Accubueram hora nona, cũ ad te harũ exem-
plũ in codicillis exaraui. dices, ubi? apud Vo
lumnium Eutrapelũ: et quidẽ supra me At
ticus, infrà uerius familiares tui. E.142. & pòst:
Infra Eutrapelum Cytheris accubuit. E.143.
Tum ille, ut aliquid responderet, negauit mo-
ris Græcorum, ut in conuiuio uirorum ac-
cumberent mulieres. in Ver.89.b
Accubans participium, non Accumbens apud
Ciceronem.
Ille erat in tribunali proximus, in cubiculo soci
us, in cõuiuio dominus, ac tum maximè, cũ
accubãte prætextato prætoris filio, in cõui
uio saltare nudus cœperat. in Ver.152.
Ebriosos sobriis insidiari, dormiẽtes uigilanti
bus, qui mihi accubantes in conuiuiis cõple
xi mulieres impudicas, uino languidi, cõfe-
cti cibo, sertis redimiti, unguẽtis obliti, debi
litati stupris eructãt sermonibus suis cædẽ
bonorum, atq; urbis incendia. in Ca.106.
Hæc conscripsi 10. Calend. accubans apud Ve-
storium. At.22.7.
ACCVRATVS, a, um. Cicero. & qui ante
cum

eùm fuerunt, hoc uerbo significarunt, quòd recentiores per Exactus: ex quo unà cum tēporibus & linguam mutatā esse intelligimus. Sic enim ille est locutus. ut,

Sin ex circumspectiōe aliqua, & accurata cōsideratione, quod uisum sit, id se dicent sequi, tamen exitum non habebunt. Aca. 10.

Caluus accuratius quoddam dicendi & exquisitius afferebat genus. de Cla. 191.

Graue incensum inimicitijs. Quid enim aut tā uisendum, aut audiendū fuit quàm summorum oratorū in grauissima causa, accurata & inimicitijs incensa contentio. de Op. 245.

Intellectum est, quātam uim habeat accurata, & facta quodammodo oratio. de Cla. 167.

Erat enim cum incitata & uibrans, tum etiam accurata & polita oratio. de Cla. 196.

Accuratè. Quia scribis dialogos, & desiderari à Varrone, & magni illū æstimare, eos confeci & absolui, nescio quàm bene. sed ita accurate, ut nihil possit supra. At. 209.

De aliquo crimine exquisite & accurate disputare. de Cla. 190.

Quæ fecisset honoris eorum causa, studiose accurateq́; fecisse. At. 172.

Diligenter apud Cottam familiarem meum accurate sane & diligenter de dijs immortalibus disputatum est. de Nat. 5.

Causam pro publicanis Lælius accurate eleganterq́; dixit. de Cla. 172.

Quæ uero accurate cogitateq́; scripsisset, ea sic uidi probari, ut ad ueterū scriptorū laudē

peruen-

peruenirent. pro Arch. 189.

ACQVIESCO. Vulgo minus notum est, cum animo attribuitur, quo nos quasi in re aliqua quiescimus.

Tam moueor, quàm tu Luculle: neq; me minus hominem, quàm te putaueris. tãtum interest quòd tu cum es cõmotus, acquiescis, assentiris, approbas. Aca. 35.

Attica me ualde angit. Sed crebrò regusto tuas literas: in his acquiesco. At. 208.

Sed cum me ægritudo non solum somnio priuaret, uerũ ne uigilare quidem sine summo dolore pateretur, tecũ ut quasi loquerer, in quo uno acquiesco. At. 144.

Habeo enim nihil tẽtatis reb. omnibus, in quo acquiescam. nam dum illud tractabam, de quo antea scripsi ad te, quasi fouebam dolores meos. At. 190.

Nulla est respub. quæ delectet, in qua acquiescam. At. 65.

Vicissim autem senes in adolescentium charitate acquiescimus: ut in uestra. & Q. Tuberõis equidem admodum adolescentis, & P. Rutilij Virginij familiaritate delector. de Sen. 115.

Non enim ut tum me à repub. mœstum domus excipiebat, quæ leuaret: sic nunc domo mœrens ad rempub. cõfugere possum, ut in eius bonis acquiescã. itaq; & domo absum, & foro, quòd nec eum dolorem, quẽ à repub. capio, domus iam consolari potest, nec domesticum respub. E. 51.

Cuius in animo improbitas uersatur, nunquã

c finit

finit eum respirare, nunquam acquiescere. de Fin. 60.

His uero temporibus habemus aliud nihil in quo acquiescamus. E. 48.

Artes nostræ, nescio quomodo nūc uberiores fructus ferre uidentur, quàm olim ferebāt. siue quia multa nunc in re alia acquiescimus: siue quòd grauitas morbi facit, ut medicinæ egeamus. E. 127.

Dico intra domesticos parietes: dico extra cōuentum, & eam frequentiā, in qua oratorū studia niti solēt: in tuis oculis, in tuo ore uultuq́; acquiescere: te unum intueor, ad te unū omnis mea spectat oratio. in Ant. 127.

Neq; ut ea cognoscas, quæ tibi notissima ad te mitto, sed quia facillimè in nomine tuo acquiesco, & quia te habeo æquissimū eorum studiorum quæ mihi cōmunia tecum sunt, æstimatorem & iudicem. de Fin. 91. a

Equidem ex his etiam fructum capio laboris mei, qui iam ætate prouecti in nostris libris acquiescunt. de D. 109. a

Quare cū aures extremum semper expectēt, in eo acquiescant, id uacare numero non oportet. Or. 216. b

ADAEQVO. Et uis, & usus huius uerbi uulgò ignoratur: significatur enim eo, quod par esse aliquid alicui: iungiturq́; ut comparationes omnes præpositioni Cum, nonnunquam etiam accusatiuo, ut,

Cognouit adolescens: placuit homini prudentissimo: in summa amicorum copia cū familiarissimis

liarissimis eius est adæquatus. Pro Cor. Bal. 68.a

Quid noster hic magnus, qui cum uirtute fortunam adæquauit. pro Arch. 190.b

Insidet quædam in optimo quoque uirtus, quæ noctes & dies animũ gloriæ stimulis cõcitat atque admonet, nõ cum uitæ tempore esse dimittẽdam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate esse adæquandam. pro Arch. 191.a

Quæ à me ipso effecta sunt, deorum uitã possint adæquare. de Vni. 202.a

Senatorum enim urna copiose absoluit, equitum adæquauit, Tribuni ærarij condemnarunt. At. 311.b

ADDICO. Verbũ hoc nunc sermone quotidiano nõ satis tritum est: præsertim cum in cõmercijs, res quæ alicui promittũtur & traduntur in uẽditionibus, Addici dicũtur. ut,

Thermitani miserunt, qui decumas emerẽt agri sui. appositus erat Venuleius quidã qui emeret, is liceri nõ destitit. illi, quod uidebatur ferri aliquo modo posse, cõtenderũt: postremo liceri destiterunt. Addicitur Venuleio tritici modijs 7. C. Legatus Posidorus renunciat, cum omnibus hoc intolerandũ uideretur, tamen Venuleio dantur, ne accedat tritici. in V. 169.a

Ebutio negotiũ datur, adest ad tabulam: licetur Ebutius, deterrẽtur emptores, multi partim gratia Cesennæ, partim etiã precio: fundus addicitur Ebutio: pecuniam argentario

 promittit

promittit Ebutius, quo testimonio nūc uir optimus utitur, sibi emptū esse: quasi uero aut nos ei negemus addictum, aut tum quis quā fuerit qui dubitarit, quin emeretur Cesenniæ pro Cec.287.b

Cur iam addictis & uēditis decumis subito noua nascebantur edicta? in V.156.a

Si doceo pluris aliquanto te potuisse uēdere, neq; his uoluisse addicere, qui cōtra Apronium licerentur: & Apronio multo minoris quàm alijs potueris, tradidisse. in V.181.a

Vendebas authoritatē huius ordinis: addicebas Tribuno pl. consulatū tuū. in Vat.91.b

Frequens senatus agendo te de uēdita atq; addicta sententia mouere nō potuit. in A.170.b

Vnius agri decumas 30. modijs minoris uēdidisse quàm potuerit: Minutio ideo te nō tradidisse, quod iam addixisses Apronio. in V.181.b

Neminē inuenire potuit, cui sedes meas addiceret, cui traderet, cui donaret. p Dom.234.b

ADDO. In aliquid addere aliquid dixerunt Latini quoq; ut addere alicui, sed minus illud peruulgatum. ut,

In illam orationē Metellinam addidi quædā. At.8.a

Cur ergo in illud quotidianū interdictum, unde ille me ui deiecit, additur, cum ego possiderem. pro Cec.302.b

Misi ad te epistolas ad Martianum & ad Mōtanum, eas in eundem fasciculum uelim addas. At.205.b

ADDVCO

ADDVCO. Latè admodum hoc uerbum patet: Generatim itaq; complectemur formas nobis non usitatas, ut ueteribus. Primum huic uerbo opponi Remitto, & dici de ijs quæ contenduntur, uulgaris consuetudo ignorat, ut,

Quum autem ille respondisset in agro ambulāti ramulū adductū, ut remissus esset, in oculum suū recidisse, tum Socrates. de D. 105, b

Commodissimum esse quàm laxissimas habenas habere amicitiæ: quas uel adducas, cum uelis, uel remittas. de Am. 104. b

Balistæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eo grauiores emissiones habent, quo sunt cōtenta atq; adducta uehemētius. Tus. 187. a

Deinde, idem ualere quod commouere aliquem ad aliquid, & quasi persuadere, omnes latinè loquentes norunt.

Tribus rebus homines maximè ad beneuolētiam, atq; hæc suffragādi studia ducūtur, beneficio, spe, adiunctione animi uel uolūtate. pòst, Minimis beneficijs adducuntur homines ut satis de Pet. 208. a

Si spe, si metu, si iracūdia, si misericordia impulsi, si præmio, si gratia adducti. Par. 254. a

Vt ad sceleratorum pœnā amore reipub. sum adductus, sic ad salutem innocentium uolūtate deducere. pro Syl. 184. a

Tu tuas inimicitias, ut reipub. donares te, uicisti: alienas ut contra rempub. confirmes, adduceris. E. 62. a

Hoc necesse est, ut is qui nobis causam adiudicaturus sit, aut inclinatione uoluntatis pro-

 pendeat

pendeat in nos,aut defensionis argumentis adducatur,aut animi permotione cogatur. de Or.120.a
Ista enim me res adducebat. At.216.b
Causa reipub. me adducit. At.119.b
Summa necessitudine,& summa coniunctione adductum commendare aliquem. E.215.b
Ego enim,si aut ostẽtatione aliqua adductus, aut studio certandi ad hãc potissimum Philosophiam me applicaui. Ac.16.b
Neq; id magis amicitia adductus Clodij fecit, quàm studio perditarum rerum. At.9.b
In mala,ut discrimen,pericula,& similia, *adduci aliquem*,inculcatum sanè omnibus non est.
Aliquem in summas angustias adducere. pro Qu.5.b
A Lepido in summam solicitudinem adducti sumus. E.187.a
Vectius ille noster iudex, Cæsari pollicitus est, sese curaturum,ut in aliquam suspicionem facinoris Curio filius adduceretur. At.38.a
In odium,in inuidiam,in contemptionem aduersarios adducere. de In.47.a
Aliquem in seruitutem adducere. de Pro.97.b
Illos mei tam cupidos, non modò ad certam mortem,sed in magnum uitæ discrimen adducere. Pro Cæl.13.a
Homo nequam,turpis,improbus,multis flagitijs cõtaminatus, in iudicium est adductus. pro Clu.38.a
Reum condemnatum in iudicium adducere. in Ver.144.a

Aliquem

Aliquem in ius adducere. pro Qu. 5. b
Alicuius fidem in suspicionē adducere. E. 121. a
Dignitatem alicuius in discrimē adducere. pro Plan. 260. b

ADEO. Frequenter Cicero hac uoce orationem auget & exaggerat: idemq́ ferè significat, quod quin, aut imò etiā: quæ cū rarius in orationibus nostrorum hominum appareat, reuocandam & restituendam esse cum aliјs innumeris censebam.

Non habere domum clausam pudori & sanctimoniæ patentem, atq; adeò expositam cupiditati & uoluptatibus. pro Qu. 17. b
Hoc consilio, atq; adeò hac amētia impulsi, eū iugulandū uobis tradiderunt. pro Q. R. 23. a
Hoc timent homines, hoc laborant, hoc institui, atq; adeò institutum referri ac renouari molestè ferunt. in V. 5. b
Mihi si quid peterem, atq; adeò iampridem abstulissem. pro Qu. 8. a.
Quo id iure, atq; adeò q̄ id potius ore fecistis. in V. 173. b
Iunium non disceptatione dicendi, sed clamore hominū de foro, atq; adeo de ciuitate esse sublatum. pro Clu. 54. a
De huius urbis, atq; adeò totius orbis terrarū exitio cogitare. in Cat. 99. a
Etiam atq; etiam insto, atq; urgeo, insector, posco, atq; adeò flagito crimen. pro Plan. 269. a
Sed aliquod, atq; adeò multa addūt & afferūt de suo. E. 47. b
Nihil adolescente tuo, atque adeo nostro, aut

 amabilius.

amabilius. Epist. 194. a
Dij immortales, tu ne etiam atque adeò uos geminæ uoragines scopuliq́ue reipub. uos meã fortunam deprimitis? in Pis. 88. a
Si in istum animaduersum nõ sit, sibi relinquẽdas domos ac sedes suas, & ex Sicilia decedẽdum, atque adeò fugiendum esse arbitrentur. in V. 140 b
Mihimet iucunda ratio & uia reperienda est, qua ad Apronij quæstum, siue adeò qua ad istius ingentem immanemq́ue prædam possim peruenire. in V. 171. b
A D I R E in ius, peruulgatum non est. Imperiti, Ante iudicem aliquem uocare, Ad iudicium ire.
Antequam in ius aditum est, antequam denique mẽtio controuersiæ facta esset. in V. 12. a
Cum ad prætorem in ius adissemus. in V. 254 a
Direptionibus meorum bonorum in ius ad eundi potestatem non fecit. Post. 209. a
De suis controuersijs in ius adire. At. 184. b
Adire hæreditatem, Latinæ linguæ proprius modus: quem Barbari exprimunt suo more, per, Hæreditatem diuidere, partiri.
Hæredem hæreditatem adire. in Ver. 54 a
Fecit Sulpitius hæredem M. Octauiũ Ligurẽ; Ligur hæreditatem adijt. in V. 101. b
Video qui testamentum factum esse cõfirmet: autoritatem Senatus extare hæreditatis aditæ sentio. contra Rul. 74. b
Testamentum sæpe fecit nostris legibus, & adijt hæreditatem ciuium Rom. pro Syl. 187. b.
Patris

Patris hæreditatem adire. in A· 108.b
Multas hæreditates adire de In.41.a
Ii qui hæredes erant. testamento hæreditatem adeunt· At.126.a

ADHAERESCO. Nostris hominib. hoc uerbum notum nõ est, ut fuit olim Latinis: quare his uijs consuetudine teratur, usum uerò & uim exempla facilè demonstrabunt·

Olim ne Scylleio illo æris alieni in freto ad calumniam adhæresceret, in Tribunatus portum perfugit. pro Cæl 6.b
Ipse uerò utiq; fac uenias, si potes in his locis adhærescere, & Pyleam adducere· At.57.b
Sirenes neq; uocum suauitate uidentur, aut nouitate quadã & uarietate cãtandi reuocare eos solitæ qui præteruehebantur, ut homines ad earum saxa discẽdi cupiditate adhærescerent. de Fin.136.b
Ad quamcunq; sunt disciplinam quasi tempestate delati, ad eam tanquam ad saxum adhærescunt. Ac.3.a
Sanè tanquam in quodam silice iam omnia adhærescunt· E.115·a
In me uno cõsulares faces iactæ manibus Tribunitijs: in me omnia, quæ ego quondam retuderam, coniurationis nefaria tela adhæserunt. pro Dom.226 a
Nonne prouidendum Senatui fuit, ne in hanc tantam materiem seditionis ista funesta fax adhæresceret? pro Dom.215.b
Omninoq; ita iustitiæ honestatiq; adhærescet, ut dum eam conseruet, quemuis grauiter offen

ter offendat. Offic.17.b
Dixisti non tam ea quæ recta essent, probari, quàm quæ praua sunt, fastidijs adhærescere. R.107.b
Hortensius in celeritate & continuatione uerborum adhærescens, sui dissimilior uidebatur fieri quotidie. de Or.195.a
Calidij oratio ita pura fuit, ut nihil liquidius: ita fluebat, ut nusquã adhæresceret. de Or.190.a
ADHIBEO. Late huius uerbi usus patet: sed quæ à uulgari cõsuetudine aliena sunt, paucis capitibus comprehẽdi poterunt. In aliquid aliquẽ, aut aliquid adhibere, ut in conuiuiũ, cõsiliũ, & eius generis alia, non tam nota esse uidentur, quàm ad conuiuium, ad consiliũ adhibere. Sed hoc proximum apud Ciceronem nõ extat. dicit quidẽ, Ad deliberationes aliquem adhibere: sed non ad consilium.
Itaque nonnullæ mulieres ex eo numero in conuiuium adhibebantur palàm. In V.241.a
Tecum loquere, te adhibe in cõsilium, te audi, tibi obtempera. alteri qui melius dare cõsilium, quàm tu nõ facile inueniri potest. E.21.b
Aratus Sicyonius adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas cognouit. Off.50.b
Ne adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationẽ, aut timorem. E.78.a
Sed quid ego uestram crudelitatem expromo, quam in ipsum me ac meos adhibuistis? pro Dom.225.a
In id autem genus, in quo de expetendo, fugiendoque

endoq; quæritur, adhibentur ea quæ sunt aut animi, aut corporis, aut externa uel cõ-moda: uel incommoda. Top.228.a
Aliquem in auspicium adhiberi. de Diu. 125.b
Cum datiuo quoq; iungitur, ut cum accusati-uo. Sed hoc illo usitatius nostris est. Quanquã uim adhibere & negotium ad aliquem, non re ctè dicitur.
Eũ detrudi, cui manus afferuntur, necesse est, inquam, si ad uerbum rem uolumus attin-gere neminẽ statu detrusum, qui nõ adhibi-ta ui, manu demotus & actus princeps intel ligatur. pro Cec.294.b
Nulla res tanta existat, Iudices, ut possit uim mihi maiorem adhibere metus quàm fides. pro Q. Ros. Am. 25.b
Mitto adhibitã uim ingenuis, matresfamilias uiolatas. in V.227.b
Maior uis adhibita ei est, cuius animus est per territus, quàm illi, cuius corpus uulneratũ est. pro Cec.295.a
De fortunis omnibus P. Quintius deturban-dus est, potentes, diserti, nobiles oẽs aduocã di sunt, adhibenda uis est ueritati. ꝓ Qu. 8. a
Quod cum audiuisset adolescens filius negoti um adhiberi patri, accurrit Romã. Off.74. b
Quid est, quod ullos dijs immortalibus cul-tus, honores, preces adhibeamus? de N.2.b
Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda Deo, quæ adhibetur homini. de N.20.a
Hos delectat assentatio, his fictus ad eorũ uo-
luntatem

lũtatem ſermo cum adhibetur. de Am.114.a
Eadem eſt omnibus adhibenda oratio. Tuſcul.225.a
Atq; utinã his omnibus abſtergere fletum ſententijs noſtris, conſultisq; poſſemus: uel aliqua talis adhiberi publicè poſſet oratio, qua deponerent mœrorem. in A.264.b
Sicut medico diligenti, priuſquam conetur ægro medicinam adhibere, non ſolũ morbus eius cui mederi uolet, ſed etiam conſuetudo ualentis, & natura corporis cognoſcenda eſt. de Or.125.a
A philoſophia morbis animorum adhiberi. Tuſculan.222.a
Cohorrui, ut aliquando medicinã reipub. adhiberetis. non ea eſt medicina, cũ ſanæ parti corporis ſcalpellũ adhibetur atq; integræ. carnificina eſt iſta, & crudelitas. pro Cæl.25.a
Vt uinum ægrotis, quia prodeſt raro, nocet ſæpiſſime, melius eſt non adhibere omnino, quàm ſpe dubiæ ſalutis in apertam perniciem incurrere. de N.73.b
Nulla enim remedia quæ uulneribus adhibentur, tam faciunt dolorẽ, quàm quæ ſunt ſalutaria. in A.278.a
Omnibus his nulla ne eſt adhibenda curatio? Tuſ.191.a
Quapropter in adeundis periculis conſuetudo medicorũ imitanda eſt: qui leuiter ægrotantes, leuiter curãt: grauioribus autẽ morbis periculoſas curationes, & ancipites adhibere coguntur. Off.17.a

Cōſolationē tu mihi Brute adhibuiſti tuis ſuauiſsimis literis. de Cla. 196. a

Omnes eos motus, quos orator adhibere uolet iudici, in ipſo oratore impreſſos atq; inuſtos eſſe. de Or. 125. b

Iſocrates acerrimo ingenio Theopōpi frenos. leniſsimo Ephori calcaria adhibuit. de Ora. 183. a

Athenienſes omnibus ſemper publicis cōſilijs diuinos quoſdā ſacerdotes, quos mātes uocant, adhibuerūt: & Lacedæmonij regib. ſuis augurem aſſeſſorem dederunt: itemq; ſenib9 (ſic enim conſiliū publicū appellabāt) augurem intereſſe uoluerunt. de D. 100. a

ADIGERE arbitrum pro ſocio, aut omiſſo ſocio, iureconſultorū formula loquendi, qua ſignificatur, Aliquem uocare ad arbitrū, qui à magiſtratu ad conſtituendum ex æquo & bono eſt conſtitutus.

Quæ cum ita ſint, cur non arbitrū pro ſocio adegeris, Qu. Roſcium quæro? formulā non noras? poſt, Quem per arbitrū circūuenire non poſſes, cuius de ea re non erat propriū iudicium, nunc per iudicem condēnabis, cuius de re nullū eſt arbitrium? pro Roſ. 49. b

Si in urbe de finibus cōtrouerſia eſt, quia fines magis agrorū uidētur eſſe, q; urbis, finib. regēdis adigere arbitrū nō poſsis. Top. 224. a

Itaq; Calpharnius cū demolitus eſſet, cognouiſſetq; Claudiū ædes poſtea proſcripſiſſe, quas eſſet ab auguribꝰ demoliri iuſſus, arbitrum illum adegit, quicquid ſibi de ea facere oporteret.

oporteret ex fide bõa M. Cato iudex ita pronunciauit, cum in uenundãdo rem eam sciſſet, & non pronunciauiſſet, emptori damnũ præſtari oportere. Off. 65. a

ADIICERE oculos alicui rei, Latinorũ proprium loquendi genus, quo ſignificabant cupiditatem alicuius rei.

In ſacrificiũ cogitatam libidinem intulit: quo ne impudentiam oculorum quidem adijci fas fuit. de D. 177. a

An uos aliter exiſtimabitis, cum ad omnia ueſtra pauci homines cupiditatis oculos adiecissent. contra Rul. 71. a

Deinde qui iſtum noſſent, partim ſuſpicabantur, partim planè uidebant adiectum eſſe oculum hæreditati. in V. 116. a

ADIVDICO, id ſignificare, cui contrarium eſt Abiudicare, peruulgatum ſatis non eſt.

Rullus Pop. Romano adiudicabit. poſt iudicabit Alexandriam regis eſſe: à Pop. Rom. adiudicabit, primum Pop. Romani hæreditatẽ Decemuiri iudicẽt: cũ uos uolueritis de priuatis hæreditatibꝰ Centũuiros iudicare: deinde quis aget cauſam Pop. Romani: ubi res iſta agetur: qui ſunt iſti Decẽuiri, quos perſpiciamus regnũ Alexandriæ Ptolemeo gratis adiudicaturos: contra Rul. 74. b

Poſsidere agros in omnia maritima regẽ Hyempſalem, quos Publius Affricanus Po. Romano adiudicarit. contra Rul. 77. b

Nemo enim dubitat, quin domus eſſet adiudicata. At. 54. b

Quod

Quod si ipsa respub. iudicaret, aut si oẽ ius decretis ei9 statueretur, Antonio ne, an Bruto legiones Pop. Romãi adiudicaret. in A. 226. b

In medio relictũ quod erat Pop. Romano adiudicauit. Off. 7. b

Necesse est, ut is qui nobis causam adiudicaturus inclinatione uoluntatis propendeat in nos. de Or. 120. a

Iste in possessionem bonorũ mulieris mittit: ipsam Veneri in seruitutẽ adiudicat. in V. 65. b

ADIVNGO. Sæpe coniungit Cicero cum nominibus coniunctionem & amicitiam significantibus, quod minimè uulgare esse uidetur.

Illud nõ dubito, quin, si te summa mea erga te studia parum mihi adiunxerũt, respub. nos inter nos conciliatura, coniuncturaq; est. Ep. 65. b

Proprium hoc statuo esse uirtutis, conciliare sibi animos hominum, & ad usus suos adiũgere. Off. 56. a

Virtutem elucere, ad quam se similis animus applicet & adiungat. de Amic. 105. b

Adiungere sibi gratissimos optimosq; adolescentes. E. 220. a

Virum bonum tua amicitia dignũ tibi adiunxeris, mihiq; gratissimum feceris. E. 225. a

Dubiũ mihi non est, quin is qui nouas necessitudines adiungat, uetera sua beneficia conseruari uelit. E. 205. b

Cæsar solet infimorum hominum amicitias sibi qualibet impensa adiungere. E. 114. a

Prætor offensionẽ uitæ æquabilitate decernendi: bene

di beneuolentiam adiungit lenitate audien di. pro Mur. 134. a

Ego autem tibi hoc confirmo, esse neminem ni si aliqua necessitudine competitionum ali cui tuorum sit adiunctus. de Nat. 209.

Nam quid incipiat Antonius homines adiun gere atq; inuitare ad amicitiam, quos per se suo nomine appellare nõ possit? ibidem. de Pet. 209. a

Ex ijs principes ad amicitiam tuam si adiũxe ris, per eam reliquam multitudinem facilè tenebis de Pet. 210. a

Si quàm liberalissimè tractes, bonos uiros ad tuam necessitudinem adiunxeris, municipi umq; gratissimum beneficio tuo adiunxe ris. Epist. 208. b

ADMISCEO. Ad aliquid, aut aliquò aliquẽ admiscere, latinè dicitur: quod barbarè, Con numerare aliquem in numero aliquo.

In hac ego legatione sim, aut ad id cõsilium ad miscear, in quo. in A. 242. b

Trebatium uerò meum, quòd istò admisceas, nihil est. At. 219. b

ADMITTO. Idem ualere quod Committo, sceleribus & flagitijs tribui, peruulgatum non est. Sed in se aliquid Admittere dicimus, non Committere: quod cum proprium sit hu ius uerbi, hoc loco potissimum eius usum ob seruandum esse putauimus.

Siquid prætermissum à me fuerit, commissum facinus, & admissum dedecus confitebor. E pist. 40. b

Maleficia

Maleficia admittere & cõmittere. pro Rof.28.b

Quod flagitium Lentulus cum Antronio non concepit? quod fine eodem illo Catilina facinus admifit? pro Syl.176.a

Eiufdem effe, qui in illa re peccarit, & hoc quoque admififfe. de In.63.a

Quodnam concepi tãtum fcelus, aut quod in me tantum facinus admifi? pro Mil.121.b

Id te admififfe concedis, quod ne mẽdacio quidem tegere poffis. pro Qu.15.a

Quid quifq; uoluerit, cogitarit, admiferit. pro Syl.180.a

Si admififfet aliquid, quod non poffit honeftè uereq; defendere. pro Mil.115.b

Sperabam fore, ut aliquid conueniret potius, quàm aut hic tantum fceleris, aut ille tantũ flagitij admitteret. At.145.a

Deos intueri qualis quifq; fit, quid agat, quid in fe admittat. de L.172.b

Quid unquã Habitus in fe admifit, ut hoc tantum ab eo facinus nõ abhorrere uideatur? pro Clu.55.a

Ea in te admififti, quæ à uerecundo inimico audire non poffes. in A.169.b

Caufa de parricidio dicitur, per feruos admifit. pro Rof. Am.31.b

Publicus facerdos audaciam in admittẽdis religionibus fœdis damnet, atq; impium iudicet. de L.177.b

ADMONEO. Cum genitiuo & ablatiuo iungi hoc uerbum, notum fatis eft: fed cum duobus accufatiuis, non item.

Etiam illud te admoneo, ne. At. 327. a
Cleomenes admonet illud, quod istum fugerat. in V. 257. a
Illud tamē te esse admonitum uolo: primum, qualis es. pro Cæl. 38. b
Sed te illud admoneo, ut. At. 297. b
Illud tamen quod Theopompo mandaui, cū essem admonitus ab ipso. At. 301. a
Hoc me etiam Peduceus, ut ad te scriberem, admonuit. At. 3. a
Multa præterea ostentis, multa extis admonemur. de N. 59. b
Quam multi inopes digni præsidio deorum, multo somnio ad thesaurum reperiendum admonentur. de D. 136. a

Admonere debitores. pro hoc modo loquēdi barbara quædam in linguam Latinam sunt inducta. ut, Petere ab aliquo debitum, & similia, Idē uerò Latini per appellare dicebant.

Cum tibi quotidie potestas hominis fuisset admonendi, uerbum nullū facis: biennio iam confecto ferè appellas. pro Qu. 7. a
Dolobellæ procuratores fac ut admoneantur: appellabis etiam Papiam. E. 266. b
Admonitus huius æris alieni, nolui deesse, ne tacitæ quidem flagitationi tuæ. Top. 221. a

ADOPTO. Aliquem adoptare, Latinè significari hac oratione, quod barbare dicitur, Aliquem assumere, aut facere filium suum, notū est uel mediocriter literatis. Sed patronum aliquem adoptare, quod ij faciebant, qui se in clientelam alicuius conferebant, à uulgari consuetudine

ſuetudine abhorrere uidetur.

Conuentus ille Capuæ me unum patronum adoptauit. pro Seſt. 4. b

Ego autem quem potius adoptẽ, aut inuocẽ, quàm illum quo defendente uincere didici? Ep. 65. b

Atqui illum quinq; & triginta tribus patronũ adoptarunt. I. A 207. b

Adoptare ſibi aliquem defenſorem ſui iuris, et ultorem iniuriarum: & actorem totius cauſæ. I. V. 63 a & 65. a

Adoptio. Obſeruatione maximè diſci linguam Latinam, hoc nomen oſtendit: quod rationes grammaticorum non ſequitur: quibus Adoptatio potius dicendum, quàm Adoptio eſſet. Sed conſuetudo linguarum magiſtra obtinuit, ut ij etiam, qui optimè Latinè locuti ſunt, Adoptio dixerint: Adoptatio recẽtiorum uocabulum eſſe uidetur.

Quod eſt, potifices, ius adoptionis? nempe ut is adoptet, qui neq; procreare iã filios poſſit: & cũ potuerit, ſit expertus pro Do. 220 a

Quas adoptiones hæreditates nominis, pecuniæ, ſacrorum ſecutæ ſunt. ibidem.

L. Torquatus filium in adoptionem D. Syllano mancipauit. de Finib. 54. b

Quid propagatio nominis? quid adoptiones filiorum? Tuſ. 154. b

ADORNO. Non ſolũ idem ſignificatur hoc uerbo, quod per Suborno: ſed etiam eandem uim habet, quam Orno, aut Inſtruo. ut, Pompeius Italiæ duo maria maximis claſſibꝰ

ac præsidijs adornauit. pro Pom.10.b
Lætor mea consilia, measq; sententias à te probari de Decemuiris, de adornando adolescente. E.174.b
Vidi forū comitiumq; adornatum magnifico ornatu. I.V.87.b
Vt idem accusationem & petitionem consulatus diligēter adornet atq; instruat. pro Mur. 155.a
Omnis testiū copia à matre initio est adornata, à matre nunc instruitur, ac omnibus eius copijs ac opibus comparatur. pro Clu.21.a
Comparatio huius criminis ab illa est inuenta & adornata. pro Clu.58.a.

ADSVM. Adesse alicui dicebantur latine olim, cum purè Romani loquerentur, qui nunc à recentioribus stare ab alicuius partibus: aut quod pluribus uerbis explicari posset per, Iuuare aliquem in aliqua re contra aliquem. Vide præpositionem A.
Adesse alicui contra aliquem. At.1.b
Ego tamen tuis rebus adero, ut difficillimis. Epist.91.a
Semper enim absenti affui Deio. I. A.178.a
Recusabant qui aderant tum Quintio. pro Quin.5.a
Qui ad mortem propius adsum. de Sen.93.a
Pomptino ad triumphum ad 5. Nonarum Nouemb. uolebam adesse. Qu.Fr.325.a

Scribendo adesse senatores dicebantur in Senatus consultis referendis, & sententijs perscribēdis, qui in eadem fuerant sententia.

Decreto

Decreto scribendo primum uideo affuisse Lysaniam.pro Flac.155 a
Ne quis pedibus iret,ne scribēdo adesset. Post 205.b
Et eundem, id quod in autoritatibus perscriptis extàt,scribendo affuisse.de Or.143.a
Scribendo affuerunt L.Domitius,Qu. Cælius. Ep.117.a
Adesse animo iubentur,qui excitantur ad audiendum & attendendū, ut præsenti sint animo. ut,Ades,inquit,animo,timoremomitte.de Sō. 127.a
Adesse animo.pro Cecin.290.b
Adestote omnes animis, qui adestis corporibus.pro Syl.173.a
Vigilare,cogitare,adesse animo.I.A.219.b
ADVERSVS.Sunt quidam modi loquendi apud ueteres,nobis nō ut illis usitati.ut,aduerso flumine nauigare: aduersum solem intueri: aduersos nos stare:pro quibus uulgus inscitè dicit,Contra flumen, contra nos, contra solē.
Intueri solem nequitis aduersum. de Sō.129.a
Eodemq; eo quo aduersam ascendit ripam.de D.92.b
Dentes aduersi & acuti.de N.55.a
Cicatirces aduerso corpore exceptæ.I.V.256.a
Zeno cum extensis digitis aduersam manum ostenderat,uisum inquiebat huiusmodi. Acad.36.a
Caput in aduersam lecticam inferēs beneficia, quæ uidere à collega petebat.I.A.176.a
Antipodes aduersis uestigijs stant contra no

 stra ue-

ſtra ueſtigia· Aca 31.a
Sed eorũ partim obliqui partim uerſi,partim etiam aduerſi ſtant nobis. & ibidem. Qui ad uerſa nobis urgent ueſtigia.de Som.129.b

Vulnus aduerſum, aut aduerſas cicatrices uocarunt Latini,quas Barbari quæ acceperunt,aut inflictæ ſunt anteriore parte reſiſtendo, non fugiendo.

Vrbis enim celeberrimæ & maximæ partes aduerſum illud non monumentum, ſed uulnus patriæ contuentur.pro Do·243.a
Iudicibus cicatrices aduerſas oſtendere·de Or. 119.b
Acceptis à forti aduerſario uulneribus aduerſis.de Ar.255 a

Aduerſus & Auerſus latinè dicitur,quod barbare de retro,& de ante.

Aduerſus & auerſus impudicus es.de Or.132.b

ADVOCATVM alicui uenire dicuntur ij, qui in iudicijs aut litibus alicui adſunt, ut defendant contra aliquem.

Si conſtitueris te cuipiam aduocatum in rem præſentem eſſe uenturum. Off.7.a
Miloni Pompeius aduocatus uenit. At.307.b
Illi ne aduocatus uenit unquàm. pro Cæl.39.a
Aiunt ſe Ebutio cum armatis ſeruis ueniſſe aduocatum·pro Cec·289.b

AEQVVS. Aequi boni facere,impetrare, æqui us melius iungebant Latini, omiſſa præpoſitione: quod cum à noſtra conſuetudine alienum ſit, ſic loqui cum optimis autoribus aſſueſcamus:

Tranquil-

Tranquillissimus autem animus meus, qui totum istud æqui boni facit. At.105.b
Deiotarus absens quicquam æqui boni facit. pro De.178.a
Reliquorum aũt iudiciorũ hæc uerba maxime excellũt in arbitria rei uxoriæ: melius, æquius in fiducia, ut inter bonos benè agier. quid ergo? aut in eo quod melius æquius est, potest ulla pars inesse fraudis. Off.64 a
Etiam coniunctione addita, ut.
Cum de iure ciuili, cum de æquo & bono dispu tarettur de Or.177.b
Propemodum æqua & iusta dicebas in A.174.
Quoad tibi æquũ & rectũ uidebitur. Ep. 209. b
Cum se in causa putant habere æquum & bonum quod defendant. pro Cec.297.b
Aliquid fieri posse, rectè, lege, more, natura, bono & æquo ad Her.9.a
Ex æquo & bono ius constat, quod ad ueritatem & utilitatem communem uidetur pertinere ad Her.10.a

AEQVO. pro par reddo, aut confero cum aliquo, in uulgari usu non est.
Deinde ad temperationem superiorem reuertit, in qua omnẽ animum uniuersæ naturæ temperans permiscebat: superisq́ permistionis reliquias fundens æquabat, eodem modo fermè nisi quod non ita incorrupta, ut ea quæ semper idem. de Vni.202.b
Inter quos posset excellere, cum ijs se pati æquari de In.42.b
Omnium ante damnatorum scelerũ, furta, fla-

 gitia,

gitia, si in unum locum conferantur, uix cũ huius parua parte æquari conferriq; posse. in V.80.a

AES alienũ, meũ, tuũ, suum, aut alicuius, latinè est, quod uulgò dicitur. Debitum alicuius.

Quorum æs alienum contractum in popinã. in Cat.105.a

Quos uiros, quanto ære alieno, quàm ualentes. pro Syl.177.b

Aes alienum eiusdem dissolutum est. ibid.

Cuius æs alienũ uidemꝰ nõ libidine, sed negotij gerẽdi studio esse contractũ. pro Syl.178.a

Aes alienum filij dissoluere. in A.169.a

Maximum æs alienum amplissimorum uirorum. E.96.b

Quinto delegabo, si quid æri meo alieno superabit, & emptionibus ex quibus mihi etiã æs alienum faciendum puto. At.220.a

Quæ res egestati & æri alieno tuo, præter mortem Cæsaris, subuenire potuisset: in A.177.b

AESTIMO. Litẽ aut nomina æstimare, quid sit, uũlgus ignorat: quod facit, ut pro eo barbare dicat, Taxare damna, & interesse. Lites uerò æstimatas uocãt Latini (ut inquit Budæus) pecuniam mulctititiam, & nummarias sententias. Vt hodie cum iudices certa summa actorũ dispendia & incommoda æstimãtes, tant æ pecuniæ reos damnãt. Id à iuris autoribus, Quãti interest actoris, appellatur. Litis autem æstimatio ita appendix erat damnationis, ut hodie ex formula iudicandi, id est, quod, Damna & interesse uocant.

Quo

Quo damnato, tum cũ seuera iudicia fiebant. HS xuiij.milibus lis æstimata est.in V.204.b
Qua in ciuitate, C.Catoni HS xuiij.millibus lis æstimata est.in V.190.a
In æstimandis litibus non appellari.pro Rab. 124.a
De litibus æstimatis Cn. Dolobellæ.in V.96.a
Ex litib.æstimatis reportare aliqd.in V.262.a
Litem capitis æstimare.pro Cl.41.b
P.Septimio senatore damnato, Q. Hortensio prætore, de pecunijs repetũdis lis æstimata est eo nomine.in V.73.a
Septimio Scæuolæ litem eo nomine æstimatam pro Cl.41.a
Mittit in consilium eosdem illos, qui litem æstimarant iudices.E.117.a
His nominibus solis Cn.Dolobellæ HS ad tricies litem esse æstimatam.in V.95.b
Cum in eum lites æstimarentur.Pro Rab.124.b
Illarum rationũ ex ea fece legationis illa sunt nomina, quæ Dolobellæ necessariò sunt æstimata.I.V.96.b

AFFERO. Latè hoc uerbum patet. Sed capitibus cõprehendemus, quæ uulgò maximè ignorantur. Significarũt Latini hoc uerbo idẽ quod uerbo Nuncio.ut, afferre aliquid. Quod cum dissimile sit consuetudini uulgari, eam Ciceronis ipsius loquendi modis emendemus.
Noui aliquid affere.At.43.a
Aliquid certius.At.155.b
Nihil istiusmodi afferre aliquem.At.162.b
Pacem afferre.in A.242.b

Satis bella aliqua afferre. At.167.b
Tumultuosas ac molestas conciones. E.24. a
Aliquò aliquid afferre. At.117.
Odiosa afferri aliquò de aliquo. At.92.b
Noui aliquid ad aliquem. E.25.b
Mandata ad aliquem. At.115.b
Terrores Cæsarian. afferre ad aliquē. At. 96.b
Alicui aliquid noui. At.255.b
Certi aliquid alicui. in. V.127.b
Pacem, ocium, tranquillitatem reipub. afferre in hunc annum. in C.86.b
Alicui afferre aliquid de aliqua re. At.40.b
Literis aliquid afferre de aliqua re. At.98.
Alicunde quid afferre. At.184.b
Affere in patriam quid acciderit. Tus.171.a
Aliquid afferre quod quis uelit. At.177.a
Nondum satis allatum esse, quomodo. At.69.b
Odiosa afferre de aliquo. At.92.b
Omnia incerta esse, quæ isti9 afferebātur. E.55.a
Significatur quoq; hoc uerbo, quod Barbari proferunt per Allegare, & Citare.
Rationē aliquam afferre.
Rationē afferre, quamobrē aliquid fieri possit.
Rationes afferre.
Rationem afferre cur faciat.
Causam afferre, qua aliquid efficit.
Causam aliquam aliquem afferre.
Facti alicuius rationem afferre.
Aliud afferre quod oppositū sit probabilius.
In contrariam partem aliquid afferre, quod sit aut grauius, aut æque graue.
Legi legem contrariam afferre.

Sed

Sed adfers cor non fuisse.
Afferri potest, cur non omnia fato fiant.
Cur aliquid sit afferre.
Causam afferre cur.
Enumerationem exemplorum afferre.
Exemplo afferre aliquid factum esse.
Similitudines afferre.
Afferre ut.
Aliquam rem afferre.
Definitionem aliquam.
Postulationem breuem aliquam afferre.
In aliqua causa afferre aliquid.
Vim, manus, necem afferre], quid sit ipsa uerba satis declarant.
Victores armati uim & manus afferēt. At.148.b
Afferre manus suis uulneribus. At.46 a
Is manus sibi afferre conatus est. Ep.157.
Is confessus est, se Cn. Pompeio suis manibus necem afferre uoluisse. in Vat.35 b
Afferre uim matribusfamilias. in Ver 88.a
Afferre uim & manus alicui. At.148. b. pro Clu. 52.a
Vt filiæ suæ uis afferretur. in V. 89. b
Cum enim dando egere cœperunt, alienis bonis manus afferre coguntur. Off.44.a
Ego ipse senatum sibi manus afferre coegi. Oct. 330.b
Eum detrudi cui manus afferantur. pro Cecin. 294 b
Qui iniustè impetū in quempiam facit, is quasi manus uidetur afferre socio. Off.5.b
AFFECTVS Barbari pro affectus, Dispositus di-

tus dicunt, cum animi aut corporis statum significare uolunt.
Oculus conturbatus, non est probè affectus ad suum munus fungendum. Tus.195.b
Nunquid manus tua sic affecta, ut nunc affecta est, desiderat? de Fin.57.a
Qui sunt morbo graui & mortifero affecti. de D.94.a
Is graui morbo affectus est. pro Clu.24.a
Ita affectus sum, ut si ad grauem ualetudinem labor accesserit, mihi ipsi diffidā. in A.221.a
Magna desperatione sum affectus. At.254.a
Affectus optima ualetudine. Tus.227.a
Aliquem ita affectum esse, ut optimè secūdum naturam affectus esse possit. de Fin.150.a
Varie sum affectus tuis literis. E.258.a
Est enim ita affectus, ut nemo unici filij mortē magis doluerit, quàm ille mœret patris. in A.225.a
Nemo est liber, nisi q ita affectus est. Par. 122.b
Eodem modo sapiens erit affectus erga amicum, quo in seipsum. de F.65.a
Atq; hi sunt quidē ferè quasi quidam habitus animi, sic affecti & constituti, ut sint singuli inter se proprio uirtutis genere distincti. Par.256.b
Animi aūt aut quemadmodū affecti sunt, uirtutibus, uitijs, artibus, inertijs, aut quemadmodū commoti cupiditate, metu, uoluptate, molestia spectantur: Par.255.a
Animus uidetur ita fuisse affectus, ut rem cum consilio perspicere non posset. de In.64.a

Sic

Sic respub. malè affecta latinè, qđ barbarè. Disposita esse dicitur. Aetate, senectute affectũ esse, eodem modo, quo morbo affectum esse.
Nemo Agrigenti, neq; aetate tam affecta, neq; uiribus tam infirmis fuit, qui nõ. in V. 222.b
Vestibulum Mutij in eius infirmissima ualetudine, affectaq; iam aetate, maxima quotidie frequentia celebratur. de Or. 101.b
Q. Metellus senectute affectus. de Or. 149.a
Affectus, a, um. latinè quoq; dicitur. quod uulgari more, Propè factum esse.
Bellum affectum uidemus, & uerè ut dicam, penè confectum. id est, maxima ex parte gestũ. de Pro. 73.a
Vt ea quae per ipsum affecta sunt, perfecta reipub tradantur. de Pro. 74.b
Quum uero affecta iam propè aestate, uuas à sole mitescere tempus est. Oecono.
AFFIGO, Animo tribui à Latinis notum satis uulgò nunc latinè loquentibus non est.
Hoc in sensu meo penitus affixum & insitum est. in V. 264.a
Ea maximè animis affigi nostris, quae essent à sensu tradita atq; impressa. de Or.
Affixum esse aliquem alicui, latinè: quođ barbarè. Semper apud aliquem, aut apud latus alicuius esse.
Iubes illum mihi esse affixum, tanquam magistro. Q. Fr. 321.a
Habere aliquem sibi affixum. E. 9.b
AFFLICTOR. pro, ualde affligor, peruulgatum non est. ut,
Scire

Scire nihil potuit de nostris domesticis rebus, de quibus acerbissimè afflictor. At.170.b
Deinde multo grauius uehemē. iusq; afflictan tur. in C. 105.
Squalent municipia, afflictantur coloniæ. pro Mil. 105 a
Hoc etiā turpius afflictatur respub. quod &c. Ar. 155 a

AFFLIGO. Non solum tribuitur animatis, quod uulgo putatur, sed etiam inanimis ut.
Illi statuam istius deturbant, affligunt, commi nuunt, dissipant. I P. 6.b
Adolescentiam plenam spei maximè perculisse, Atq; afflixisse uideamini. pro Cæl. 54.b
Alicuius domū non solum affligere, sed etiā re ligione sempiterna obligare. pro Dom 234.b

AFFLVENS Nō tam usitatum nunc est no stris, quàm Abundans, quod idem ualet. ut,
Vrbs eruditissimis hominib9, liberalissimisq; studijs affluens. pro Arch. 186. a
Vita affluens uoluptatibus. de Fin. 85. a
Homo diuitijs affluens. de Am. 106 a
Omnium rerum affluētibus copijs ditari. Off. 31. a
Homo bonitate affluens. pro Qu. R 49. b
Affluens bonis omnibus. de Na. 12. a
Consul unguentis affluens. pro Sest. 6. b
Homo affluens omni lepore & uenustate. I. V. 265.
Domus sceleri omni affluens. pro Clu. 157. b
Homines ocio nimio, & ingenijs uberrimis af fluentes. de Or. 148. a

AGITARE

AGITARE aliquid, pro inquirere & uersare in oēs partes, Latini ueteres usurparūt.ut.

Cum Deus pulsetur agiteturq; incursione atomorum.de Na.24.a

Natura omnia ciens & agitans motibus suis. de Na.65.a

Excitare & agitare feras. Off.65.b

Atomos pellere seipsas,& agitari inter se cōcursu fortuito.de N.32.a

Agitari & perterreri furiarū tædis ardentibus.

Furiæ agitāt & insectātur impios. de Leg.165.b

Tamen eos agitant furiæ,nec usquā consistere patiuntur.pro S.R.29.a

Alias aues insectatur & agitat aquila.de d.138.a

Omnia quæ ad rem pertinēt,ex huius, & ex aliorum tabulis agitatis,tractatis. inquiritis. pro Clu.35.a

Mens agitandis, inquirendisq; rationibus alitur. Tus.241.a

Agitari scelerum pœnis.de In.77.b

Adoptio Theophanis agitata est,per quā.pro Cor.67.a

Sententia quæ erat superioribus diebus agitata in senatu.pro Dom.214.b

Agraria lex à Flauio Trib. plebis uehementer agitabatur,autore Pompeio.Att.18.a

AGITATIO linguæ & animo à Cicerone tribuitur: à nostris minimè.

Nūquam animus agitatione & motu uacuus esse potest. de D.135.a

Agitationibus & motibus linguæ cibus depellitur.de N.53.a

Ad quod

Ad quod adhibenda est quædam actio, nõ so/ lum mentis agitatio. Offic. 4. b

In omnibus his studiorũ agitatio uitæ æqua/ lis fuit. de Sen. 81. b

Ita fit ut agitatione rerum sit infinita cognitio. de Or. 151. a

Actio mentis, & agitatio in Deo. de N. 11. a

AGITATOREM. Cicero appellat, quẽ poe/ tæ potissimum aurigam. ut.

Nec est melius quicquã, quàm ut Lucullus su/ stineat currum equosq́, ut bonus sæpe agi/ tator. At. 210. b

Ego enim ut agitator callidus, priusquam ad finem ueniam, equos sustinebo. Aca. 23. b

AGO. Latè patet hoc uerbum, iungiturq́ ua riis nominibus: quod facit, ut uariã interpreta tionem habeat. Cũ aduerbiis qualitatis, ut uo cant, hoc modo iungitur: Præclarè, benè, malè cum aliquo agi: quod multi uulgari cõsuetudi ne sic efferũt, Benè tractari aut malè aliquem, Fœlicem aut beatum aliquem esse.

Cum illo quidem actum optimè est, mecum au tem incommodius. de Am. 98. a

Hæc conditio fuit aratorum, ut præclarius se/ cum agi putarent, si uacuos agros Apronio tradere liceret. I. V. 162. b

Præclarè cum illis agimus, quos pacatos esse patimur. pro Sest. 14. a

Qui hoc nõ perspicit, præclarè nobiscum actũ iri. I. V. 77. b

Cum illo quis neget actum esse præclarè? de Am. 97. b

Hisce

Hisce tēporibus non pessimè cum ijs esse actū, quibus sine dolore licitum est mortem cū uita commutare. Ep 50.a
Agiturq; præclarè. E.58.a
Vt optimè actum cum eo uideatur esse, qui q̄ leuissima pœna ab hac repub. discesserit. Epist.73 b
Cum senserit populus istum &c. intelliget secū actum esse pessimè. I. V.174.
Secum malè actum putet. I. A.161.a
Sed facilè est benè agere cum ijs, à quibus etiā tacentibus flagitari uideamur. I. A.263.b
Agi: pro, in discrimen & periculum uocari, in usu quotidiano iam non est ut,
Agitur enim salus sociorū, pro qua &c. aguntur certissima Pop. Romani uectigalia, aguntur bona multorum ciuium. pro Pom.5.a
Qui hæc palàm de loco superiore ageret, pro imperio ac potestate. I. V.211.a & 220.a
Agebantur hæc in conuentu palam de loco superiore. ibidem.
In quibus eorum aut de capite agatur, aut fama. de Am.107.a
Agitur magna res. de Fin.76.b
Aguntur iniuriæ sociorum. I. V.226.b
Sed uos moneo, libertas agitur populi Rom. quæ &c. uita & fortuna optimi cuiusq;, quo &c. autoritas uestra, quam &c. in A.213.b
Agere animam, Latini uocabant: quod uulgus nunc, In extremis esse. ut,
Nam & agere animam, & efflare dicimus. Tus. 152.a

Eodem tempore & gestum, & animum ageres. pro Q. R.48.b
Quintus Hortensius cum has literas scripsi, animam agebat. Epist.123 a
Agere festum diem. pro Celebrare: aut ut Barbari loquuntur, Solennizare, uel Festum diem facere.
Agere diem festum. I. V. 225.a
Agere diem natalem suũ, uel alicuius. At 49.a
Agere diem suũ natalẽ quotannis. de Fin. 86.a
Aetatem, annum aliquem, aut benè uel malè agere. ut.
Si octuagesimum annum agerent. de Sen. 78.b
Agere unum diem benè, uel malè ex præceptis sapientum. Tus.229.a
Agere ut, aut ne. Latini dixerunt pro quo nobis usitatius, Quærere ut, Cogitare quomodo.
Neq; enim nunc id agimus, ut explicemus. de Or.124 a
Dominatio quæ sit, ab utroq; est, non id actũ, beata ciuitas ut esset. At.125.a
Aliud agitur nihil, nisi ut &c. pro S. R.19 b
Hoc solum hoc tempore pugnatur, ut, ibid.
Nihil aliud hoc iudicio tentatur, nisi ut. pro S. R.20.b
Nonne nobis id agendũ fuit, ut materiem subtraheremus? pro Dom.215 a
Qui tum cum maximè fallunt, id agunt, ut uiri boni esse uideantur? Off.9.a
Sed quid necesse est, cum id agam, ne post mortem miseros nos putemus fore, uitam etiã efficere deplorando miseriorem? Tus.166.a
Ego enim iam non id ago, ut prosperos exitus consequar.

consequar.At.159.b
Ego id semper egi,ne bellis interessem.E.52 b
Agere alias res dicuntur, qui de eo quod propositum est,non cogitant,sed de alijs rebus potius ut,
Vsque eò animaduerti, iudices, cum iocari atque alias res agere. S.R.28.a
Itaque facio me alias res agere, ne cõuicium Platonis audiam.E.254 a
Oppius aliud agens,& nihil eiusmodi cogitãs: pro Clu.55.b
Quiescant igitur,& me hoc in lucro ponere,atque aliud agere patiantur.Pro Fla.154.b
Atqui uides,inquit Antonius, cũ alias res agamus,quàm te inuiti adiamus.de Or.147.b
Virtutem necessariò gloria, etiam si id tu non agas,consequitur. Tus.168.a
Quæ sua sponte, etiamsi id non agas, cadunt. de Or.214.a
Miror tam alias res agere populum,ut sit insano inter disertos locus.de Cla.186.a
Agere comœdiam, partes, personam aliquam: proprij sunt quidã modi linguæ latinæ,sed triti nunc satis.Sic agere cum aliquo,peruulgatũ est: quidã tamen ex uulgari consuetudine pro Agere cum aliquo, Loqui cum aliquo dicunt.
Lege,ex lege,ex iure,ex sponso,ex syngrapha agere.
Furti,iniuriarum agere.de iudicijs dicitur.
Cum miles domum reuenisset,egissetque lege in hæreditatem paternam .de Or.99.a. 58.b
Posset agi lege nec ne, pauci quondã sciebant. pro Mur.129 b

Quid agas mecũ, ex iure ciuili & prætorio non habes pro Cec. 291 a
Agere cũ aliquo ex syngrapha. pro Mur. 152.a
Agere ex sponso. pro Quint. 5 b
Agere furti cum aliquo. pro Cluen 52 a
Agere cũ aliquo tabellis obsignatis. Tus. 254. b

AIO. Opponi huic uerbo Nego, idemq; signi ficari, quod uerbo Affirmo, & Aietia dici, quæ uulgò Affirmatiua, apud paucos percrebruit.
Quasi ego id curem, quid ille aiat aut neget. de Fin. 79. a
Vt neq; neget, neq; aiat aliquid. Aca. 26. a
Diogenes ait, Antipater negat. Off. 70 a
Sunt etiam ualde cõtraria alia. quæ appellantur negãtia, ea ἀποφατικὰ Græci. cõtraria aientibus: ut, si hoc est, illud non est. Top. 224. b

ALIAS, pro alio, aut diuersis tẽporibus usurparunt eleganter & crebrò Latini. Nostri tã raro, ut prorsus ignorare uideantur.
Itaq; illi aliàs aliud ijsdem de rebus iudicant. de Or. 111. a. 111. b
Vt ijdem uersus aliàs in aliam rem, accommo dari possint. de D 131. b
Ex ijsdem illis locis interdum cõcludere, relinquere aliàs, alioq; transire. de Or. 124. b
Quorum descriptus ordo aliàs alia terminatione concluditur. Or. 216. b

Aliâ, aliàs: geminato eodem nomine significa bant, quod indocti nunc sic dicunt: Vno tempore benè, alio tempore malè habet, quod his modis Cicerone magistro emendemus.
Alias ita loquor, ut concessum est: aliàs ut ne-

cesse

cesse est. Orat.211 b
Nemo potest aliàs beatus esse, aliàs miser. de Finib.82.a
Alias contentius, aliàs remissius. de Or.162.b
Aliàs reuocabat, aliàs decernebat. I V.100.b
Ex quo intelligitur, qualis ille sit, quem tum moderatum, aliàs modestū & temperantē, aliàs constantem, obtemperantemq́ dicimus.
Atq; hic item, ut in nostra persona licebit, aliàs singilatim transire omnes argumentationes aliàs ad partitiones singula genera referre, aliàs ab auditore, quod desiderare, quærere aliòs hæc facere per comparationem suarū & cōtrariarum argumentationum. de In.60.b
Mutantur etiam sæpe hominum mores, aliàs aduersis rebus, aliàs ætate ingrauescente. de Am.102.a
Cum in eiusmodi causis, aliàs scriptū, aliàs æquitatem defendere doceamur. de Or.106.a
ALIENVS. Vis nota quidem est, at usus minime: cum ablatiuo iungi sine præpositione, uulgus omnino ignorat. ut,
Non putaui esse alienum institutis meis, hæc ad te scribere. E.73.a
Tamen amore nostro non sum arbitratus alienum hæc ad te scribere. Q. de pet.205 a
Neq; hoc dij alienum dicunt maiestate sua de D 98.a
Sed alienū mihi uidetur dignitate imperij, quo &c. de Pro.72.
ALIVS. Aliter. Obseruandum hoc loco est, quænam uocesc ōsequantur hæc nomina. Nā

non solum dicimus quàm, sed etiam Alius ac, atq;, &. Sic etiam de Aliter. Aliud atq;.
Aliud tu honestum in hac causa uideas, atque ego existimem. At. 218. b
In alijs rebus uersor atq; tu. de Leg. 172. a
Tantũ dico aliud esse illud atq; hoc. 165. a. eod.
Nec erit hæc alia ratio Planco, atq; Laterensi. pro Plan.
Mihi uideris aliud tu honestum, meq; dignum in hac causa iudicare, atq; ego existimẽ. At.
Si aliud atq; existimas pro Mur.
Non alius essem, atq; nunc sum, Lentule.
Tantum & aliud esse atq; hoc. de Or.
Si ipse A. Cluentius sententiam de iudicijs rogaret, aliam non diceret, atq; ij dixerũt: quorum sententijs Cluentium condemnatum esse dicitis. pro Clu.
Cum aliud cognosceret atq; sentiret. Aca.
Alio nomine illam rem de quo agitur, appellari oportet: atq; aduersarij dicunt. Rhe.
Longè alia ratione recuperatores ad agendũ hac actione uenio, atq; initio uenerã. pro Ce.
Nostra factum esse negligentia, ut longè alia in fortuna esset, atq; eius pietas ac dignitas postulabat. Terentiæ.
Aliud ac. Alia dicere ac significare. de Or. 162. a
Aliud mihi ac tibi uideri potest. de Or. 220. b
Nec erit hæc alia ratio Plancio ac Laterensi. pro. Pl. 269. a
potest enim non solum aliud mihi ac tibi, sed mihi ipsi aliud aliàs uideri. de Or.
Ne alio mẽse ac fas erat, comitia haberẽtur. I. V
Quod

Quod quidem agere si liceret, alio modo ac nunc agendum esset. At.
Lux denicp longè alia est solis ac lychnorum. pro M.
Quid ergo hi possunt aliud iudicare, ac iudicauerunt: pro Cor. Balb.
Alius &c. Alia & bona & mala uidentur Stoicis de Or. 149.a
Non alia causa est æquitatis in uno, & in pluribus. pro Cec 295.b
Alia causa est eius qui calamitate premitur, & eius qui res meliores quærit. de Off. 45.a
Lux longè alia est solis & lychnorum. pro Cæl. 52 a
Aliter ac. Ne sim saluus, si aliter scribo ac sentio. At. 259.a
Omnia aliter ac uos in monumentis habetis pronunciauit. pro Dom. 241.b
Quo maiorē spem habeo, nihil forte aliter ac deceat. At. 93.b
Aliter atq;. De Antonij itineribus nescio quid aliter audio, atcp ut ad te scripseram. At. 260.a
Proinde quasi isti de illo aliter atcp ego existimo sentiant. pro Dom. 219.b
Aliter &c. De puero aliter ad te scripsi, & ad matrem At. 165.a
Sunt & alij modi uere Romani, qui hoc nomine fiunt, alieni à consuetudine uulgari. Iterarūt enim Latini, alius hoc modo, alius alio melior. quod cū uulgus ignoret, aliena multa cōsuetudine triuit. ut Alius multo est melior q̄ alter: aut, Vnus meliorem sententiā dixit quàm

alius, & similibus barbaris modis utitur: quo pura & emendata consuetudine loquendi destituatur: ea enim talis olim fuit, ut,
Omnes certatim, alius alio grauius atque ornatius de mea salute dixerunt. pro Sest. 19. b
Accepi epistolas tuas, aliam alia iucundiorem, At 100. a
Habes Sardos uenales, alium alio nequiorem, hic alius de duobus dici uidetur. Ep. 107. a
Alius alius diuersitatē significat, ut alias suprà,
Orbis unamquamque partem aliā alio modo mouere atque immutare cœlum. de Diu. 126 b & alibi: Signa alia alio in loco lachrymantes intuebantur.
Itaque illi alias aliud iisdem de rebus iudicant. de Or. 111 a
Simia omnia disturbauit, & aliud alio dissipauit de. D. 96. a
Quorū descriptus ordo aliàs alia terminatione concluditur. Or. 216. b
Vt iidem uersus alias in aliam rem accōmodari possint. de D. 131. b
Res alio atque alio elato uerbo, Or. 203. b
Cum aliud uideatur esse numerus, aliud numerosum, quid intersit. Or. 217. a
Aliud aliis uidetur optimum. Or. 200. a
Multa in epistolam cōieci, aliud alio tempore, Q. Fr. 321. b
Aliud ex alio, latinè: quod barbare dicitur, Vnum ex alio,
Aliud ex alio quærere. de Leg. 158. b
Me quotidie aliud ex alio impedit. E. 138. b
Sed

Sed ut aliud ex alio, mihi nõ est dubium, quin &c. At. 260 b
Nec unquam aliud ex alio peccare destitit. At. 144, b
Hic tum alius ex alia parte. in V. 89. b
Videtis ne, quanta series rerum sit, atque ut ex alio alia nectantur. de Na. 4 a
Causæ aliæ ex aliis aptæ & necessitate nexæ. de Leg. 166. b

ALLEGO. Allegare nõ significat apud Ciceronẽ & ueteres, autorum testimonio uti, aut afferre aliquid, quo probet ea quæ sunt proposita: sed mittere in priuatis negotiis aliquẽ, aut aliquos ad aliquẽ, qui nostram causam apud eum agant. Aut quod legare est in publicis rebus, Allegare in priuatis significat.
Petit à me Rabonius, & amicos allegat, facilè impetrat. I. V. 106. b
Homines nobiles allegat iis qui peterent, ne ad Syllam adirent. S. R. 22. b
Si mihi tecum minus esset, quàm est cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipuè diligi. E. 249 b
Extremum illud est, ut ad te philosophiam allegem. E. 247. a

ALTER. Quam obscurata, & penè amissa fuerit lingua Latina, hoc nomen ostendit: quo cũ nihil sit Latinis usitatius, nullũ pene est, quod magis uulgò negligitur. Quis enim est, qui pro alter, duo, & secundum nõ semper usurpet, cum discrimẽ quod est inter Secundum et Alterum, non intelligat? Alterum enim, crebrò

optimi autores pro Secundo utuntur: at Secũdum in omnibus pro Altero poni non potest. quod illum semper Secundum natura significet: hoc uero non semper, sed etiam unum de duobus, nullo certo ordine obseruato.

Cum is unum iam & alterum diem desideraretur. pro Clu. 25. a

Equitatus qui in Syriã ducebatur bipartito: alter eũ à q̃ ducebatur, reliquit. alterũ Cn. Domitius a legato Syriaco abduxit. I. A. 227. a

Accedit ut accusatorũ alterius crudelitate, alterius indignitate perturber. pro Deio. 144. a

Necesse est enim, alterum sit de duobus. Tusc. 169. b

Ego è Formiano exiens xiiĳ. Calendarũ, ut inde altero die in Tusculanũ scripsi hæc. A. 224. b

Qui enim est tantum in uno, aut altero die. At. Vnus & alter dies intercesserat, cum res parum certa uidebatur, & paulo post:

Qui cum unum iam & alterum diem desideraretur.

Habetur una & altera concio uehemens & grauis. ibidem.

Rex primò nihil metuere, nihil suspicari, dies unus & alter, plures, non refertur. in V.

Vnum & alterum mensem, propè annum. denique domi tuæ piratæ aliquo tempore capti sunt. ibidem.

Tum repẽtè istæ pestes citari iubet. dicit unus aut alter breuiter ibidem.

Si quem tibi item unum alterumue diem abstulerit. Appio Pulchro.

Neque

Neq; alter de duobus solum dicitur, ut multi opinantur. ut,
Ad Brutum nostrum hos libros alteros quinque mittamus. Tus.251.b
Non modo his tribus, qui &c. sed etiam alteris tribus, qui &c. de D.96.b
In altero pudor, in illis libidines in A.248.a
Alterum se esse, aut fore. uulgo, Talem esse aut fore, qualis ipse est.
Meipsum accuso, deinde te, quasi me alterum. At.46.b
Ad omnia me alterum se fore dixit. A.53.b
Vide quàm mihi persuaserim, te esse me alterum, Ep.98.
Ad te, tanquam ad alterum me proficiscens. At.282.a
Quem si reliquissem, dicerent iniqui nõ me planè post annum ex prouincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem. Ep.62.a
De eodem & altero. Top.228.a
ALVMNVS. Tam cum significari hoc uerbo qui alitur, quàm qui alios alit, in uulgus prorsus ignotum. ut,
Aristoteles, cæteriq; Platonis alumni. de Finib. 122.b
Aliquis quasi alumnus disciplinæ alicuius. Ep. 133.a
Vos quoq; signa uidetis aquai dulcis alumnæ. de D.85.a
Eloquentia bene constitutæ ciuitatis quasi alumna quædam. de Cla.168.a
Ego itaq; pacis, ut ita dicã, alumnus. I. A.210.b

AMABO

AMABO te. Rogantis hic modus loquendi, priscæ & Romanæ integritatis eos qui in humanioribus literis diu multumq́ uersati non sunt, fugit. ut,

Cura, amabo te, Ciceronem nostrum. At. 23. b

Cura, amabo te, ut cũ Ticinio trãsigas. At. 24. b

Vrbanitatis possessionem, amabo, quibusuis interdictis defendamus. E. 110. a

Nostra autem negotia, quoniam Romæ commoraris, amabo te explica. At. 47.

Expecta, amabo te, dum Atticum conueniam. At. 98. b. & Qu. Fr. 305. a

Sed, amabo te, cura ac cogita nihil noui. E. 21. b

Amabo te, si quid quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiã. Ep. 116. a & 354. a

Amabo te, incumbe in eam rem. At. 77. a

Eodem modo, Si me amas. Si me diligis, ab ĳsdem usurpatur: in quibus obseruandum est, non iungi Si cum Subiunctiuo. ut. Si me ames, diligas, non inuenitur apud Ciceronem: sed, si me amas, diligis.

Tu, si nos omnes amas, confirma te. Ep. 258. a

Si me amas, cũ tu uis apud me maneas. At 67. b

Adduc, si me amas, Marium. Qu. Fr. 313. a

Pugna, si me amas. Ep. 110. a

Poteris igitur & facies, si me diligis, ut quotidie sit Acastus in portu. Ep. 256. b

Effice, si me diligis, ut ualeas. 259. a

Si me diligis, excita ex somno tuas literas. Epist. 261. b

Cura, si me diligis, ut ualeas. ibid.

AMBIGO. Non obscura est uis huius uerbi: sed

ſed monendi tantum hic ſunt indoctiores, ne Controuerto dicant & controuerti aliquid: ꝙ uerbum hoc apud probatos autores nõ inueniatur. Sed Ambigo, & ambigi pro eo ſunt uſi.
Fundus de quo ambigitur pro Cec.288.b,
In eo autem iure, quod ambigitur inter peritiſſimos, non eſt difficile de Or.106.a
Vt inter eos qui ambigunt, conueniat, quid ſit id de quo agatur de F.64.b
Nihil eſt em̃, quod inter homines ambigatur, in quo de Or.118.a
Quæ propter ſcriptum ambigũtur. de Or.118.a
Omnis res eandẽ habet naturã ambigendi, de qua quæri & diſceptari ſolet, ſiue &c. de Or.153.
Ex cõtrarijs ſcriptis ſi quid ambigitur. de Or. 118.b
Ambigunt agnati cum eo qui eſt ſecundus hæres. de In.76.b
Nihil ambigi poteſt, in quo non. Or.208.a
Niſi cum de uero ambigitur. ibidem.
Si plures ambigent &c. de In.70.a
Ambigere de aliqua re. Top.224 a
Si de hæreditate ambigitur. I. V.100.a

AMBITVS uoce Latinè ſignificari, quod Græcè periodi, ex uerbis Ciceronis, qui ſic reddidit, intelligitur.
Ille quaſi uerborũ ambitus: ſic em̃ has orationis conuerſiones Græci uocant. de Or. 160.a
Comprehenſio & ambitus ille uerborum, ſi ſic periodum appellari placet. de Cla.179.a
Arguti, certiq́; & circumſcripti uerborum ambitus. Or.200.a

Meæ aures perfecto completoq; uerborũ ambitu gaudent. Or.213.a

AMBVLO. Non solum ij dicuntur ambulare, qui spacia faciunt, aut animi causa eant: sed etiam qui proficiscuntur aliquò: quod uulgus nescit.

Si enim rectè ambulauit is qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. At 137.a

Xerxes tantis classibus Hellesponto iuncto, Athoq; perfosso, maria ambulauit, terramq; nauigauit. de Fin 88.a

Xerxes maria pedibus, classibus montes peragrans. ibid.

Sed ut philosophi ambulant, has tibi redditũ iri putabam prius. At.98.a

Eo autem modo ambulat Cæsar, ut timeã, ne citius quàm opus sit, ad Brundusium accesserit. At.132.a

Triduo septingenta millia passuum ambulare. Qu.14.b

AMO. Vis nota satis est & peruulgata. Sed Multum, aut ualde te amo: pro, Gratum mihi facis, est latinæ linguæ proprius loquendi modus à uulgari consuetudine prorsus alienus.

De Rauduscu lo multum te amo. At.101.a

Signa quæ nobis curasti, ea sunt ad Caietã exposita, te multum amamus. quòd ea abs te diligenter, paruoq; curata sunt. At.2.b

Multum te amo, quod respõdisti M. Octauio. At.

Et in Attilij negotio te amaui. E.126.b

AMPLECTOR. Eandem uim habere, quam Complector,

Complector, aut Comprehēdo, uulgo notum non est.

Hæc parui temporis memoriā, illa perpetuæ existimationis fidem & religionem amplectuntur S.R 46.a

Assentior tibi, qui non ita amplecteris artem, ut alij solent. de Or. 94.a

Quod ego pluribus uerbis amplecterer, si non &c. pro Qu. R. 51.a

Quæ si iudex non complectetur omnia consilio. pro Fon. 279.a

Amplector aliquem, aut aliquid pro diligere, aut quod uulgari modo dicitur: Ex corde amare, aut benè uelle alicui.

Cæsar fauet ingenijs, nobilitatem & dignitatē hominum amplectitur. Ep. 63.b

Me amicissimè quotidie magis Cæsar amplectitur. E. 85.a. Diligere, amare, amplecti, laudare aliquem. At. 8.a

An Antonius equites Romanos amplectetur? I. A. 213.a

Quia nimis amplecti plebem putabatur. pro M. 115 a

Paruulus filius qui mihi uidetur amplecti rē-pub. I. C. 118.b

Nam quòd ius ciuile tam uehementer amplexus es, uideo quid egeris. de Or. 105 a

Qui tanto amore suas possessiones amplexi tenebant. pro Syl. 178.a

Cum uerò ea tua sit uoluntas erga me, libenter amplector talem animum. Ep. 74.b

AMPLIO. Hoc uerbo exprimebant ueteres

Latini

Latini, quod recẽtes inscitè nostris temporibꝰ sic dicũt: Differre iudicium, aut ius, aut sententiam in aliud tempus.

Cum causam non audisset, & potestas esset ampliandi, dixit sibi liquere pro Cec. 290. a

Glaucia primus tulit, ut cõperendinaretur reus, antea uel iudicari primo poterat, uel amplius pronunciari. I. V. 81. a

Quid fuit iudices, quare istum nefariũ ampliaueritis? ad Her. 35 b

Amplius pronunciare, idem.

Cũ consules re audita amplius de consilij sententia pronunciauissent. de Cla. 172 a

AMPLIVS. Contra consuetudinem similiũ nominũ iungitur hoc cum nominatiuo, & accusatiuo. Quod etiam in uoce plus obseruandum erit: ratione enim comparationum dicẽdum tãtum esset, centum ciuibus amplius, nõ amplius centum ciues. Sed usus omni ratione in linguis potior sæpe est. Quot enim modis idem dicatur, ex hoc uno loco Ciceronis facilè discemus.

Quàm pridem hoc nomen Fanni in aduersarium retulisti? pòst: amplius sunt sex menses. quid si tandem amplius trienniũ est? tu hoc nomen trienniũ amplius in aduersarijs iacẽre pateris? hoc nomen triennio amplius, q̃d erat in primis magnum, in aduersarijs relinquebas? pro Qu. R. 46. a

Cum enim Syracusis amplius cẽtum ciues Romani cognoscerent. In V. 78. b

Qui cum amplius centum ciues Romanos haberet

beret ex conuentu Syracusarum.in V.
Qui ager ut dena iugera sint,non amplius hominum quinque millia potest sustinere.ad At. 51.b
Non amplius quatuordecim cohortes Luceri am coegi.At Pomp.ad Domiti.130.b
Hoc amplius. Proprius quoque modus Romanæ linguæ,quo accessionem significabant.
Illi se suos armatos adduxisse dixerunt:etiam hoc amplius, cum Ebutius Cæcinæ malum minitaretur,Ibi tũ Cæcinã postulasse.pro Cæc.
Cum uterque eorum docuisset, qualẽ in repub. principem cõueniret, pluribus prætera cũ scripsisset, qui esset optimus reipub. status: hoc amplius Theophrastus, quæ essent in repub.inclinationes rerum,& momenta tẽporum.de Fin 126.b
Itaque obtemperare cogito præceptis tuis: hoc amplius,nauicularũ habere aliquid.E.142 a
ANFRACTVS. Cicero anfractum uocat, quas ambages,ij qui ætate consecuti sunt, appellarunt.
Figura nihil habens incisum angulis, nihil anfractibus,nihil eminens &c.de N.35.a
Oratio circumscripta lõgo anfractu. Par. 231.b
Itaque ut ita cadat,in annuis anfractibus descriptum esto.de Leg.173.a
ANNIVERSARIVS. Hoc nomine Latini significarunt, quòd ineptè imperiti solent dicere,Singulis annis semel,unoquoque anno.
Mercurius sacris anniuersarijs apud Tyndaritanos summa religione cogebatur.I. V.219.b

Syracusani festos dies anniuersarios agunt.I.
V.225.a
Qui sacrificia gentilia anniuersaria factitarũt.
I.V.230.a
Sacra anniuersaria.At.16.b
Impetus cœli constantissimè conficiens uicissitudines anniuersarias.de N.45.b

ANTECEDO. Vis & potestas uerbi manifesta satis: sed solum hoc notandum hic fuit, Ciceronem per uerbũ Antecedo ea significare, quæ alij autores per Præcedo.

ANTIQVIOR, *us, ißimus.* pro carior, aut potior, tritum fuisse olim Romano sermone, uulgus ignorat.

Si in aduentu tuo bellum confici potest, nihil sit antiquius.Ep.178.
Me id multo magis mouet, quod mihi est sanctius ac antiquius.At.192.a
Ne dubitaris, quin quod honestius, id mihi futurum sit antiquius. At.101.b
Quod tibi & antiquissimũ esse, & ab initio fuisse omnium sermone celebratum est. Qu.
Fr.294.b
Nihil mihi antiquius nostra amicitia est. At.57.a
Antiquiorem Deiotaro fuisse laudem & gloriam, quàm regnum & possessiones suas.de
D.124.b
Nec quicquam habui antiquius, quàm ut Pansam statim conuenirem.E.170.a
De Tullia mea tibi antiquissimum esse uideo.
At.187.b
Nihil uita antiquius existimare omnia posteriora

riora libertate ducere. in A.247.a

APERIO. Significari uerbo ea quæ clausa sunt, in lucem proferre, uulgatum est. Sed quæ tecta sunt, & occulta, detegere, & in conspectu ponere, paucis & in optimis autoribus uersatis, tantum notum esse uidetur.

Verentur, ne si quo casu euenerit, ut corporis partes quædam aperiantur, afficiantur nõ dedecore. Off. 26.a

Cum mulier fleret uberius, is caput aperuit, in collum inuasit. in A.175.a

Quæ in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam, ut ea oculis cernere uideamini.

Stella tum delitescens, tum rursum se aperiẽs. de N.36.b

Altera occulta quædam, & quasi inuoluta apèriuntur: altera prompta, & aperta indicantur. de Fin. 55.a

APPARENTIA. Barbarũ est, latinè Species.

APPELLO. Latini significarunt hoc uerbo aliquid, quòd uulgarem scientiam & consuetudinem fugiat: nimirum nominatim rogarè prorsus aliquem de aliqua re: quod magis efferre solemus per Alloqui, quàm hoc uerbo. Cicero uerò cum exprimere uelit, quod Germanicè dicimus, *Einen ansprechen / oder anreden*, aut quod latinè agere cum aliquo diceretur, Appello solet dicere usitatius quàm Alloquor: quo tamen in eodem sensu quoque est usus: sed Appello in seuerioribus rebus locum habet.

Tum appellat hilari uultu hominem Balbus,

ut blãdissimè potest, quid tu inquit, Pacete? pro Clu.32.a
Tu ut me & appelles, & interpelles, & colloquare, & obloquare uelim. Qu.Fr.312.b
Salutare benignè, comiter appellare unũquẽquè. in A.246.b
Ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet. de Leg.191.b
Appellare milites blando sermone. Off.42.b
Vos ego appello, quorum de me maxima est potestas. Antequam.195.a
Cum ego illum crebrò appellãs, collegam ei suum commendarem. de Or.126.b
Appellare nomẽ alicuius identidẽ. de In.72.a
Te autem M. Antoni absentem appello, nõne, &c. I. A.158.b
Te appello Oppianice, te T. Acti, audere, negare. &c. pro Clu.31.a
Te appello Cato, nonne prospicis? pro Mur. 143.b
Marcelle te appello, num? I. V.195.b
Appellare aliquem superbius. pro Pomp.5.b
Appellare aliquem asperius. contra Rul.78.b
Appellare aliquem uerbo grauiore. I. V.178.b
Vt eum tristem Galba uidit, nomine appellauit. de Or.105.a
Me autem nomine appellabat. Aca.4.b
Deiotarus filius, qui rex ab senatu appellatus est. At.77.a
Quod tum dicendo, tum singulis appellandis rogandisq; perspexeram. Ep.5.a
Quem enim alium appellem? quem obtester? quem

quem implorem? pro Flac.146.b
Vos etiam imploro atque appello sanctissimæ deæ.I,V.274.b
Sin &c. quid agendum est? qui Deus appellandus est? cuius hominis fides imploräda est? pro Qu.17.b
Cauendum est, ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem. Off.18.a
Appellare quoque idem ualet quod admonere, hoc est, à debitore exigere solutionem, ut uulgus loquitur.
Cum tibi quotidie potestas fuisset admonëdi, uerbum nullum facis, biennio iam confecto ferè appellas. pro Qu.7.a
Appellatus es de pecunia, quam pro sectione debebas.I.A.174.a
Attiliano nomine scripsi ad Philotimum, ne appellaret Messalam. At.78.b
A me petere quod debeo, meipsum appellare debetis. contra Rul.86.b
Cocceium uelim appelles: quod enim dixerat, non facit. At.189.b
Dolobellæ procuratores fac ut admoneantur. appellabis etiam Appiam. Ep.266.b
Tulliola tibi diē dat, sponsorem apellat. At.6.a
Tulliola tuum munusculum flagitat, me sponsorem appellat. At.5.a
Possumus enim, ut sponsores appellemus, procuratores introducere. At.261.a
Appellare. Eo uno uerbo Latini significabant, quod uulgari cõsuetudine pluribus sic explicatur: Ab inferiore iudice ad superiorē citare ali-

quem: aut etiam, maiorem potestatem aut brachium, ut uocant, implorare.
Cuius procurator à prætore ad tribunos appellare ausus sit. pro Qu.11.b
Ad Tribunos quòd appelles, ualde probo. At.211.b
Atq; adeò cum iam discessio facta esset, prætor appellatur. I. V.255.b
Quis igitur prætorem appellat? qui quæstor istius fuerat Cæcilius. ibid.
Appellasti Tribunos plebis, ne causam diceres. I V.55.b
Appellaui populum, tribubus me submisi. pro Plan.264.a
Appellantur Tribuni, à quibus cum esset certum auxilium petitum. pro Qu.5.a
APPELLERE. Qui latine discere uelit, obseruet potius quid consuetudine integra & incorrupta tritum olim fuerit, quàm quid præceptis aut rationibus tradatur. Quis enim non est, qui nõ potius dicat, Nauis appulit, quàm, Nauem, aut naue appellit, quomodo ueteres. & ueri Romani sunt locuti? Nã nauis, aut classis appulit, latinum non est: quod exempla ipsa maximè comprobabunt.
Cum Persæ mille numero nauium classem ad Delum appulissent. I. V.85.b
Appellitur nauis Syracusas. & 248.b
Nauis appulsa Veliam est. & .244.b
Quos in Siciliam appulsos esse nauigijs dicebat. & .250.a
Classe ad eum locum appulsa. &. 224.a
Cum

Cum ad uillam nostram nauis appelleretur. At.210.a
Timide, tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad philosophiam appulisti. de Or.122.b
Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos S. Titij afflictam nauem uideres. pro Rab.95.b
Visus est in somnis pastor ad me appellere. de D.89.b
APPETO. Manibus appetere, aut aliquid appetere, Latini uocabant: quod barbare ab indoctis dicitur, Porrigere manũ post aliquid.
Et magi dixerunt, ex triplici appetitione solis xxx. annos Cyrum regnaturum esse portendi. De D.90.a
Puer lacteas mammas appetens. de D.126.a
Vitam alicuius appetere. Idem, quod Cupere aliquem occidere. Sic lapidibus appetere aliquẽ, latine: quod uulgò, Iactare, post aliquem lapidibus.
Vitam meam inimicorum modestia non esse appetitam. pro Plan.274.b
Filij uita infesta sæpe ferro atque insidijs appetita. pro S.R.25.a
A quibus ille se lapidibus appetitum & percussum esse dixit. pro Dom.215.b
APPLICO. Nauem applicare ad ripam, ut appellere, de quo supra.
Si ille ad eam ripam quam constituerat, non ad contrariam nauim applicuisset. I.A.165.b
Nautæ nauim ad eum applicauerũt. de In.81.b

Translatè, *se applicare ad aliquid*, idem penè ualet, quod Conferre, aut Adiūgere se ad aliquid.

Itaq; se alij ad philosophiam, alij ad ius ciuile applicant. Off.23.b

Ad hanc potissimum philosophiam me applicaui. Aca.16.b

Voluptas non potest ad honestatem applicari. de Fin.72.b

Qui ad scribendum historiam maximè se applicauerunt. de Or.113.b

Ante rem erit, quod in itinere se tam familiariter applicauerit. de In.67.a

Meq; ad Molonem applicaui. de Cla.194.a

Oppianicus se ad Staleni familiaritatē applicauit. pro Clu.51.b.& 27.a

Sicilia se ad amicitiam fidemq; populi Rom. applicuit. I.V.109.a (105.b

Applicare se, & adiungere ad uirtutē. de Am.

Chrysippus medium se fieri uoluit: sed applicat se ad eos potius, qui &c. de Fa.148.a

Omnes uires ciuitatis se ad Pompeij ductum applicauerunt. Ep.43.b

Ad se diligendum omne animal applicatū est. de Fin.113.b

Quam qui appetunt, applicant sese, & propius admouent.

Deinde requirunt atq; appetūt, ad quas se applicent eiusdē generis animātes. de Am.111.a

Cui Romæ exultare ius esset, si se ad aliquem, quasi patronum aplicuisset. Or.99.b

Indi cum ad flammam se applicuerint, sine gemitu aduruntur.

APPONO. Significari idem hoc uerbo, quod per Ascribere, Addere: peruulgatum non est.
Aristarchus, qui notam apponebat ad malum uersum. I.P.95.a
Reliquis epistolis tantum faciam, ut notã apponã eam, quæ mihi tecũ cõuenit. Ep.205.a
Nec signũ tuum in epistola, nec dies appositus est. Bru.91.b

Apponere accusatorem, calumniatorem, præuaricatorem, licitatorem: Latinæ linguæ proprij modi, quos cũ nescit uulgus, ex suæ linguæ cõsuetudine magis, quàm Romanæ, istiusmodi sensus efferre solet. Sic enim imperiti loquuntur, Subornare aliquẽ qui falsò accusat: quod Latini, Apponere calumniatorem, aut accusatorem: Gallicum uulgus attitrare. Apponere præuaricatorẽ uulgo, Corrumpere aduersariũ ut colludat. Vulgus enim Gallicum, ut inquit Budæus, dicit, Curare se per tertium adiournandum, collusionis scilicet gratia. Apponere licitatorem aut mancipem, nostra consuetudine potius sic exprimeremus, Subornare aliquem qui liceatur, aut licitatorem. Sed Cicero uerbum Subornare falsis testibus, & similibus potius rebus, quæ diximus tribuit.
DIonem enotauit, calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent. in V.81.b
Verres calumniatores apponebat: Verres iudicabat. in V.113.b
Iam uereor P.C. ne quod turpissimum est, præuaricatorẽ mihi apposuisse uidear. in A.165.a

Tum uero omnibus indignissimũ uisum est, homines honestissimos electos ex suis ciuitatibus in uincula coniectos: Cleomenem propter flagitiorum, ac turpitudinis societatẽ, familiarissimum esse prætoris: apponitur his tamen accusator. in Ver.

Accusator apponitur ciuis Romanus de creditoribus Lampsacenorum. in Ver. 91. a

Non licitatorem uenditor, nec qui contra se liceatur, emptor apponet. Off. 64. a

Nunc tuum preciũ noui, licitatorẽ potius apponam, quàm illud minoris ueneat. Ep. 96. a

Si res abiret eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi multam prædam esse in Ver. 104. b

APPOSITVS. pro aptus: tritum non est, nec peruulgatum.

Forma apposita ad dignitatem. ad Her. 59. a

Menses tres, ad dicendum maxime appositos mihi eripuistis. in V. 82. a

Locus minime appositus ad tolerandum calamitatem. At. 45. a

Operarius appositior ad ferenda, quàm ad auferenda signa. in V. 229. b

Homo bene appositus ad istius audaciam. &c. 257. b

Cætera apposita tibi mandabo. At. 125. a

Ridicula non solum mimis perapposita, sed etiam nobis. de Or. 134. a

Habet quiddã Sardinia appositum ad recordationem præteritæ memoriæ. Qu. Fr. 307. a

Apposite, eandem uim habet.

APTVS. Nomen quidem notum satis, sed

uis

uis minimè. Latini enim, quæ ordine iuncta sunt, certo & cohærent, quasi catena aliqua, apta esse dicebant: eiq; opponebãt, dissolutum aut dissipatum. Quod cum uulgus nesciat, qui busuis potius quam proprio nomine in explicandis his rebus utitur.

Balbus multa dixit, etiamsi minus uera, tamen apta inter se, & cohærentia. de N.60.b

Orbes uincti inter se, & nodis cœlestibus apti. in Aca.

Nunc quid aptum, id est, quid maximè deceat in oratione, uideamus. Or.162.b

Non ex uerbis aptis pẽdere ius. pro Cec. 295. a

Si ea causa non externis causis apta dicatur. de Fa.147.a

Nã cui uiro ex seipso apta sunt omnia, quæ ad beatè uiuendũ ferũt, nec suspensa aliorũ aut bono casu, aut cõtrario pendere ex aliorũ euentis & errare cogũtur, huic &c. Tus.235.b

Thucydides uerbis aptꝰ & pressus. de Or.113.b

Tanta series artis est, sic inter se pleraq; sunt apta & connexa. ut, &c. Par.242.a

Is beatissimus est, qui est totus aptus ex se, qui in se uno sua ponit omnia. Para.118.b

Est apud illos ordo rerum conseruatus, & omnia inter se apta & connexa. de Fin.118.a

Qui rectè uixerit, ad illud astrum, quo cum aptus fuerit, reuertetur. de Vn.202.b

ARBITRATVS, & ad arbitriũ alicuius aliquid facere, tam nota nõ sunt uulgo, quàm ea quæ à cõsuetudine aliena sunt, nimirũ secũdũ uolũtatẽ alicuius aliquid facere, ad placitũ alicuius

cuius aliqd facere, facere ut placet, ut uidetur.

Quid mihi nunc quæstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis? de Or.93.b

Quæ mihi facultas, ut id meo arbitratu facerē, ante hoc tēpus unquā est data. de Fin. 64.a

Quo loco nisi iniquum postulo, responde arbitratu meo. de Fin.106 b

Quas sententias in hoc libro exposui meo artratu. de Am.96.a

Ego literas ipsius arbitratu dabo, eæ te nō moueant. A.251.a

Quæro causas omnes aliquando uiuendi arbitratu meo. Ep.95.b

Tribunitij candidati compromiserunt HSCCCC. in singulos apud M. Catonē depositis petere eius arbitratu, ut qui contra fecisset, ab eo condemnaretur. Qu.Fr.316.b

Apud quos, quo more, cuius arbitratu sit educatus. de In.50.b

Veni igitur, & age de pace, meone inquā arbitratu? an tibi, inquit, ego præscribā? At. 155. a

Cum summam tantæ pecuniæ nullo teste sibi ipse suo arbitratu, & sua uoluntate fecisset, contra Rul.79.a

Ad arbitrium.

Ad nostrum arbitrium, libidinemq; aduersariorum minas eludemus. I. V.72.a

Hic Heracleo ad arbitrium suum nauigauit. I. V.255.a

Secundū arbitriū tuū testes dabo. I. V.269.b

Ad aliorum arbitrium uiuere, non ad suū. pro Mur.128.a

Cum

Cum Vectius ad arbitriũ tuum perorasset. In Vat.34.a
Mentes iudicum ad arbitrium suum posse mouere. de Or.115 a
Quid Epicurei: num desistunt de ijsdem, de quibus ab Epicuro scriptum est, ad arbitriũ suum scribere: de Fin.50.a
Ad alicuius arbitrium & nutum totũ se fingere & accommodare. Or.199.a
Delectationes quas tibi ipsi ad arbitrium tuũ compares. Ep.94.b
Et in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitriũ fabricari. ad Her.22.a

Quod recentiores *Liberum arbitrium* uocant, Cicero & ueteres Voluntatẽ liberã, aut, Quod in nostra potestate est, appellarunt.

Quo introcludunt causarum seriem sempiternam, hi mentẽ hominis uolũtate libera spoliant, necessitate fati deuinciũt. de Fat.144.a
Non enim si alij ad alia propensiores sunt, propter causas naturales & antecedẽtes, idcirco etiã nostrarũ uoluntatũ & appetitionũ sunt causæ naturales & antecedentes. nã nihil esset in nostra potestate, si res ita se haberet. Hæc pauca uerba idcirco addidi, quòd ad liberã uoluntatem pertinẽt, de Fa.141.b

Ponitur tamen à Cicerone, *Arbitrium, suum, meum*, nullo adiuncto alio nomine, pro libera uoluntate mea &c.

Animus fractus & abiectus, & arbitrio carens suo. Parad.122.b
Antonius in sua potestate nũquam fuit, nihil unquam

unquã arbitrio suo fecit, semper eò tractus, quò rapuit libido. I. A. 206.

Puto arbitrio suo quemque timere oportere. pro Dom. 214. b

Tuum, meum, aut alicuius arbitrium sit, ut alicuius arbitrio aliquid fieri: latinè, quod uulgari more, Vt tu, aut aliquis determinet: alicuius determinatione aliquid fieri.

Maximas res arbitrio multitudinis agi. I. V. 242. b

Eius orationis custodiendæ & proferendæ arbitrium tuum sit. At 243. b

Antonius postulat esse arbitriũ suum de rep. At. 185 a

Tametsi iactat ille quidem illud suum arbitrium. At. 6 a

Arbitrium etiam id, quod arbitri constituunt & decernunt ex æquo & bono significat: ut iudicium id quod iudices.

Aliud est iudicium, aliud arbitrium: iudiciũ est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. pro Qu. R. 46. b

De iudicio & arbitrio multa ibid.

In arbitrio rei uxoriæ melius, æquius, in fiducia, inter bonos benè agier. Off. 64. a. Top. 226. b &, Cur non arbitrum pro socio adegeris Qu. Roscium quæro. aliàs arbitriũ. pro Quinto Ros. 49.

Quasi ij qui magna societate fidem gererẽt, arbitrium pro socio cõdemnari solerent. pro Qu. 2. b

Eodem in templo arbitria non mei solum, sed patriæ

patriæ funus abstulisti. id est, præmia. in P.84.a
Nondum palàm factum erat concidisse remp. cum tibi arbitria funeris soluebantur. Ante quam.208.a
Vidi prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris. pro Dom.232.b
ARCESSO, ut accerso: sed minus notum.
Cum ab aratro arcessebantur, qui consules fierent. pro S.R.26.a
Cum P. Lentulus, Qu. Metellus me arcesserent in senatum, non uenirem? pro Dom.214.a
Pelopem ad te arcesse. At.225.a
Interea narrat eadem, Brutum arcessi, Cassium expectari. At.224.a
A capite arcessere aliquid, idem ualere, quod à fonte aliquid ducere, ignotum est in uulgus.
A capite quid uelimus arcessere, & unde omnia manant uidere. de Or.119.a
Nõ erit necesse, id usque à capite arcessere. Top. 224.a
ARDEO. Et sæpe, & eleganter Cicero hoc uerbum transfert, quæ quasi accensa inflãmata uideantur.
Is ardet dolore & ira noster Põpeius. At.54.b
Tu mihi non solum incendere iudices, sed ipse ardere uideris. de Or.115.b
Cum spumas ageret in ore, arderent oculi. in V.234.b
Cum arderet Syria bello. At.95.a
Orbem terrarum distributis imperijs bello ardere. Ep.46.a

Vna

Vna Gallia, communi nõ ardet incendio. Or. 200.a

Verres ardebat amore illius hospitæ.I.V.132.b

Nunc enim mihi animus ardet,& meũ cor cumulatur in ira. ex Cæcilio.pro Cæl.45.a

Ardere cupiditate alicuius rei.I.P.91.b

Ardeo studio historiæ.At.269.a

Nostra antiqua manus bonorum ardet,& studio nostri,atq; amore.Qu.Fr.302.b

Res ardet inuidia. Qu.Fr.316.b

Non angor,sed ardeo dolore.At.138 b

Omnia tum in illum odia ciuium ardebant desiderio mei.pro Mil.109.a

Vidimus eos ardẽtes tum cupiditate, tum metu,tum conscientia.de L.178.b

Nunc animus demum mihi ardet. de Fin.67. a

Nec sciẽter quid appetẽs desiderio ardeat. Tuscul.217.a

Is cũ arderet podagræ doloribus, mane quæso inquit,&c.de Fin.147.a

Sic ardens & Ardor, quorum uis & usus satis ex uerbo intelligitur.

ARGVERE, criminibus & sceleribus tribui, peruulgatum non est.

An non intelligis, quales uiros mortuos summi sceleris arguas?pro Rab.96.b

Arguere aliquẽ alicui9 facinoris. pro Cæl.57.b

Nunc non modò te hoc crimine nõ arguo, sed ne illa quidem communi uituperatione reprehendo.in V.244.b

Negare oportebit de uita ei9 & morib. quæri, sed de eo crimine, quo dearguatur.de In.66.b

ARGVTVS

ARGVTVS. Vis huius nominis, quæ id notat, quòd sua facultate, quasi rē ipsam manifestis argumentis ac sensibus subijciat, omnibus cognita esse non uidetur. Non solū enim orationi, & ingenij acumini tribuitur: sed etiā oculis, manibus, & ijs rebus quasi loquantur, argumenta alicuius rei exhibeant.

Gallinaceum fel. sunt enim qui uel argutissima hæc exta esse dicant. de D.114.a

Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur. de L.161.a

Manus minus arguta, digitis subsequens, uerba non exprimens. de Or.165.b

Literæ quàm argutissimæ. At.94 b

Vereor ne tibi arguta nimiū hæc sedulitas uideatur. Ep.111.b

Ex ambiguo dicta uel argutissima putantur. de Or.125.a

Poema facit ita festiuum, concinnū, elegans, ut nihil fieri possit argutius. I.P.94.b

Quis illo in sententijs argutior? in docendo, edisserendoq; subtilior? de Cl.170.a

Argutè, eiusdem potestatis.

Si mihi argutè, acuteq; respōderit. pro Cæl.41.b

Breuiter argutèq; incluso aduersario laxare iudicum animos. de Cla.195.a

De rebus difficillimis argutissimè disputare. de Or.110.a. & Aca.40.a

Acutè argutèq; conijcere aliquid. de Cla.169.a

Callidè argutèq; dicere. Or.205.b

Argutiæ, eodem modo.

Huius orationes multum argutiarum & urba

nitatis habebant.de Cla.179.b
Argutiæ & acumen Hyperidis.Or.296.b
Nulla mollicies ceruicum, nullæ argutiæ digitorum.Or.202.a
Sed nihil est, quod illi non persequantur suis argutijs.de Am.104.b
ASCISCO.Quid hoc uerbo Latini significarunt,& quibus rebus tribuerunt,leuiter tantū eruditi ignorant: quare Cicerone magistro licet discant.
Hos augures ne ipsæ quidē fabulæ asciuissent, si res omnino repudiarent.de N.27.a
Asciuerunt sibi illud oppidū piratæ.I.V.204.b
Alterum quod interpretatur fatidicorum incognita, cum senatus populusq; asciuerit. de Leg.173.b
Bonos boni diligūt,asciscuntq; sibi, quasi propinquitate coniunctos.de A.105.b
Neq; istam mihi ascisco sapiētiam, quam nonnulli in me requirebant.pro Dom.232.b
Eos expertes illius prudentiæ quam sibi ascisceret.de Or.92.a
Nihil unquam dixi de me sublatius ascisceēdæ laudis causa.pro Dom.232.a
Is omnes perditos ad hoc incredibile sceleris fœdus asciuit.I.C.106.a
Aliquem non modo non segregandum, cū sit ciuis,à numero ciuium:sed etiam si nō esset, asciscendum esse.pro Arch.186.a
Innumerabiles leges aliæ sunt latæ, quas Latini uoluerunt,asciuerunt.pro Cor.59.a
Sed tamen ego mihi sororem uirginē ascisco, tu so-

tu sororem uirginẽ esse nõ siuisti. pro Dom. 231.b
Me patronum unum asciuerant. I. P. 85.a
Omnes mutare ciuitatem possunt, modò asciscantur ab ea ciuitate. pro Cor. 60.a
Sacra ista ascita ex Phrygia fuerũt. de Ar. 250.a
Id circa hanc consuetudinem libenter asciuimus. de Cla. 183 b
Id enim, ut suauitate delectãs, sic ab errore mẽtis tanquam salutare aliquid asciscitur, similiq; inscitia mors fugitur, uita expetitur. de Leg. 162.b
Qui Tyranni nomen asciuit sibi. At. 286 a
Is quæ clarorũ uirorum essent, non dubitauit asciscere. de Cla. 189.b
Minimè uerò ꝓbatur huic disciplinæ, de qua loquor, aut amicitiã, aut iustitiam propter utilitates asciscí, aut probari. de Fin. 105.a
Alij censent primum ascitum doloris uacuitatem, primum declinatum dolorem. &. 128.a
Natura ipsa, ut ait Epicurus, asciscit & reprobat, id est, uoluptatem & dolorem. & 53.a
Viginti oppida sunt Dalmatiæ antiqua, quæ ipsis sibi asciuerunt sexaginta. Ep. 66.a
Asciuerunt aptum suis auribus optimũ quod dam dictionis genus. Or. 199.a
ASCRIBO. Ascribere aliquid alicui latinè ualere, quod uulgò dicitur, Imputare: tritũ satis est. Sed operæpreciũ est, obseruare usum hui9 uerbi: quòd uno modo Cicero eo nõ sit usus. Non enim solũ dixit, Ascribere aliquem in ciuitatẽ sed etiam ciuitati & in ciuitate, & alicubi.

 Sic in

Sic in amicitiam,non amicitia,aut ad amicitiã. Ascribere ad iudicium suam sententiam alicuius,aut iudicio sententiam. Ad numerum,& in numerum. Quare singula cum quibus nominibus iungantur potius, ut trita sunt consuetudine,sunt animaduertẽda & recipienda,quàm ad rationis iudiciũ reuocãda. Quod ex ijs quæ subscripsim9,exemplis,quisq; facere potest. ut,

Bonos exitus bonorum ascribimus, attribuimusq; sine ulla ratione dijs immortalibus. de N.78.a

Gaudeo quod uulgo hominum opinio sociũ me ascribat tuis laudibus. At.252.b. E.155.a

Ascribe ad iudicium tuum meã quoq; sententiam.pro R.P.122.b

Qui Thucydidẽ laudauit, ascribet suæ nostrã sententiam.de Op.224.a

Hunc ad tuum numerum libẽter ascribito. Q. Fr.292.a

Et ad hoc genus ascribamus etiam narrationes apologorum.de Or.155.b

Tu uero ascribe me talem in numerũ. I.A.167.a

Vtinam ego tertius amicus uobis ascriberer. Tus.240.b

Tyrannus petiuit, ut se in amicitiam tertium ascriberent. I.A.261.a

Archias Heracleæ ascriptus est. pro Arch.187.a

Præsertim cũ in alijs ciuitatibus fuerit ascriptus.ibidem.

Qui fœderatis ciuitatib.essent ascripti.&.186.b

In certam ciuitatis sedem ascribimur. de Ar. 157.a

His nõ

His non est ausus nomen suum emptioni illi ascribere. pro Dom.236.b
Altera statua ab equitibus Romanis equo publico, qui item ascribunt patrono.1·A.207·b
Quid ad Statium ascripserit, nescio. At.90.a
Ascribere poenam foederatis. pro Co.58.b
Ostēderūt ea se scripturos atq; laturos, quib. ascriptis susceptisq; beatè uiuerēt. de Leg.171.b
At illud minimè fuit auguris, quòd ascripsit ob eam causam populum Romanum calamitatem cepisse. de D.86.a

ASPECTVS. Cicero hoc nomine eum sensum semper significauit, quem recentiores uisum appellarunt.

Qua ex coniunctione coelum ita actum est, ut sub aspectum & tactum cadat. de Vn.197.b
Aut deniq; nunquid aliquo sensu perceptum sit. aspectu, auditu, tactu, &c. ad Her.7.b
Pomorum iucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam, & aspectus. de N.58.a
Oculi aspectum quo uolunt, facilè cōtorquēt. de N.54.b
Referre aspectum aliquò. de Pro.77.a
Omnes res quae sub aspectum ueniunt. de Or. 141.b
Quae aspectu sentiuntur. Off.3.b
Res caecae, & ab aspectus iudicio remotae. de Or.141.b
Cum acriter oculis deficientem solem intuerētur, ut aspectū omnino amitterēt. Tus.163.b
Illi orbes, qui aspectum nostrum definiunt. de D.127.b

In contentione per distributionem, acri & defi xo aspectu uti oportet ad Her.21.a
Primo aspectu inanimum quiddam se putat uidere, post autem &c. de N.44.a
ASPERGO. Vis non adeò retrusa & abdita est: sed usus, quòd uarius sit, non omnibus notus. Dixerũt enim Latini, Aspergere aliquid alicui rei: &, Aspergere aliquam rem aliqua re, & in aliqua re, in quibus tamen caueri debet. ne quibusuis nominibus, omnes hos modos æquè conuenire putemus. Idcirco ab ipso Cicerone petamus, quib. modis quasque res efferat.
Hostiam immolare noluit, ne aram sanguine aspergeret. de N.77.b
Miloni nonnullam laudatione tua labeculam aspergis. I. V.37.a
Ne qua ex tua summa indignitate, labes illius dignitati aspergatur. in Vat.52.a
Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, è quo sit leuiter aspersus. Ep 84.a
Qui istius facti non modò suspicione, sed ne infamia quidem est aspersus. pro Cæl.42.a
Ebutio sextulam aspergit. id est, hæredem fecit. ex sextula. pro Cec.288.a
Hunc tu uitæ splendorem maculis aspregis istis? pro Plan.265.a
Hæc aspersi, ut scires me tamen in stomacho solere ridere. Ep.27.b
Quod tamen est mendaciunculis aspergendũ. de Or.131.a
Huic generi orationis aspergẽtur etiam sales. de Or.204.b

Nunc

Nunc mihi iucunditatis plena epistola, hoc a- spersit molestiæ, quod. Qu. Fr. 312. b
Atque etiam ipse conditor totius negotij guttam aspersit huic Bulbo. pro Clu. 32. a
Si illius facilitatem comitatemq́ tuæ grauitati & seueritati asperseris. pro Mur. 140. a
Idcirco illa in omni parte orationis sua arte aspergi uidebatis. pro Cor. 66. b
Aspersa temere pigmenta in tabula, oris lineamenta effingere possunt. de D. 85. a
Aspersione fortuita. ibid.
Senatusc͂osulta quasi fuligine aspersa. I. A. 177. b
Quem ore attingere, dentibus insecare, lingua aspergere possit. ad Her. 39. b

ASPIRO. In quãto errore & inscitia Vulgus uersetur, quamq́ negligenter à multis lingua Latina discatur, hoc uerbum ostendit: quòd cum eo Latinis nihil sit usitatius, nunc ferè ab omnibus uis & significatio ignoretur. Quis enim eorũ est, qui plus studij in præceptis uulgaribus, quàm in optimis autoribus imitandis posuerit, nõ putet Aspiro idẽ ualere, quod Contendo: cũ neq; Cicero, neq; quisquam Latinorum ueterum id eo uerbo significauit: sed omnes pro Accedo, aut Peruenire ad aliquid sint usi: ut ipsis exemplis declarabitur.
Nemo ad alienã causã, inuitis ijs, quorũ negotiũ est, accedere aut aspirare debet. I. V. 57. b
Quid enim quisquam ad meam pecuniam, me inuito, aspirat? I. V. 105. a
Cum tu non modo ad eum Ciceronem, cui &c. nunquã aspirasti: sed omnib. cõsilijs, quæ ad

me opprimẽdũ parabãtur,interfuisti.I.P.8La
Magno se prædicat auxilio fuisse,quia paululũ in rebus difficilimis aspirauit.ad Her.54.b
Hæc in eculeum conijciuntur,quò non aspirat uita beata.Tus.250.b
Occupaui,inquit,te fortuna,atq; cepi, omnes‑que additus tuos intercusi,ut ad me aspira re non posses.Tus.233.b
SubInuideo tibi,ultro te etiã accersitum abeo, ad quem cæteri, propter eius occupationẽ, aspirare non possunt.Ep.100.a
Quando iste, nisi Februario mense, aspirabit incuriam?I.V.124.b
Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest.de Cla.172.a
Quis tum dicit in campum aspirasse Syllam? pro Syl.177.a
Sed hæc ad eam laudem quam quærimus,aspi rare non possunt.Or.209.b
Dixi Romæ domum fuisse, quo iste ne aspira‑uit quidem.pro Qu.17.a
Si mihi antè occurratur, ne non modo intra‑re,uerumetiam aspicere, aut aspirare pos‑sim. pro Cecin.292.b
ASSENTIO & *Assentior*. Huius uerbi uis ob‑scura non est: sed quoniam multi Consentio (quod est conuenio, aut quod nostris usitati‑us,Concedo cũ aliquo) crebris sermonibus u‑surpent,monendi sunt,ne cum exprimere ue‑lint,aliquem probare alicuius sententiam,cõ‑sentire dicant, sed Assentire, uel assentiri. Sic e‑nim optimi autores locuti sunt.

Assentio

Assentio tibi,ut in Formiano potissimum com morer. At.142.b
Nam aduertebatur Pompeij familiares assenti re Volcatio. Ep.2.b
Ennius qui magno applausu loquitur assentiente populo. de Di.150.a
Omnibus in rebus temeritas in assentiendo,er rorq; turpis est. &.81.b
Cauendum est, ne his rebus temerè assentiamus. Off.4.b
Accerbissime tulit senatus, assensum esse mihi de Planco. ad Bru.90.b
Bibulo assensum est de tribus legatis. Ep.5.a
Tibi senatus breuiter,impoliteq; dicenti,maxi mis est de rebus assensus. de Or.105.b
Is in Casca mihi ualde assensus est. At.261.b
Neq; me dissensioni meæ pristinæ putaui poti us assentiri,quàm præsentibus reipub. tem poribus & cõcordiæ cõuenire. pro Cor.67.b
Illud uerò quod à te dictum est, esse permulta &c. ualde tibi assentio. de Or.95.a
De quibus habeo ipse quid sentiam, nõ habeo autem quid tibi assentiar. de N.72.a
Namque ego illud assentior Theophrasto. de Or.160.a
Tũ ille cætera, inquit assentior Crasso. &.87.b
De Venonianis rebus tibi assentior. At.110.a
Catoni assensus est Fauonius. &.99.b
Huic assentiuntur reliqui consulares. Ep.25.b
Habet enim res deliberationem,etsi ex magna parte tibi assentior. At.101.b
Vitiosum est assentiri quicquã falsum. Aca.17.b

ASSIGNO. Hoc uerbo effert Cicero, quod recentiores per Imputo. ut,
Amabo te, ne hoc sceleri meo potius quàm imprudentiæ assignes. Qu. Fr. 505. a
Quoquo modo uerò se res habeat, nihil assignabis, nec patruo, nec patri. At. 157. b
De quo quicquid detrahas, necesse est aut infirmitati, aut inuidiæ assignetur. Ep. 85. b
Nec uerò id homini tum quisquam, sed tempori assignandum putauit. pro R. P. 127. a
Hoc nostris occupationibus assignare debebis. At. 86. b
οἰκονομία si perturbatior est, tibi assignato: te enim sequor σχεδιάζοντα. ad Her. 6. a
Hæc si minus apta uidentur huic sermoni Brute, Attico assigna. de Cla. 171. a
Hoc omne assignatum iri pertinaciæ meæ uidebam. Ep. 154. a
ASSVEFACIO, Assuefio, Assuesco, Assuetus: ablatiuus, nunquam datiuus, quod recentiorum sermonibus usurpatum est, consequitur. neque assuesco, aut assuefacio ad aliqd, aut in aliquo. se aliqua re tantũ, ut exẽpla ipsa ostendẽt. Itaque orbus ijs rebus omnibus, quib. & natura me & uoluntas & consuetudo assuefecerat, cum cæteris, tum mihi ipsi displiceo. Ep. 57. a
Arma quæ tractare ceperam, & quibus me assuefeceram. de Cla. 165. b
Cæsar cæteras nationes imperio Romano parere assuefecit. de Pro. 75. b
Quorũ sermoni assuefacti qui erunt, ne cupientes quidẽ poterũt nõ latinè loq. de Or. 146. a
Curionis

Curionis patrio instituto puro sermone assuefacta domus. de Cla. 184. b
Aliquis scelerum exercitatione assuefactus. I. C. 106. a
Sic tu internosces, si assueueris. Aca. 15. a
Vt fremitũ assuescere, uoce uĩcere. de Fin. 125. a
Sed assiduitate quotidiana, & consuetudine oculorum assuescunt animi. de N. 45. a
Ego seruo & seruabo (sic enim assueui) Platõnis uerecundiam. E. 141. a
Vicinitas nõ assuefacta mẽdacijs. pro Pla. 253. b
Homines labore assiduo & quotidiano assueti. de Or. 148. a
ASSVMO pro Arrogo, & sibi aliquid tribuo, uulgus minus, quàm ueteres illi Latini, usurpat.
Quod alteri detrahat, sibi assumat. Off. 56. b
Dico illud quod in his causis non autoritati assumo, sed pudori meo. pro Syl. 183. b
Si id mihi assumo, uideor id meo iure quodam modo uendicare. Off. 1. b
Neq; uero ego mihi postea quicquam assumpsi, neq; hodie assumo, quod quẽquam maleuolentissimum lædere possit. Ep. 14. a
ASSVRGO. Honorem, quem surgendo alicui exhibebant, Latini hoc uerbo significarũt. uulgò dicitur, Surgere & salutare, aut honorem exhibere alicui. Latinè, assurgere alicui.
Vt maioribus natu assurgatur, ut supplicum misereatur. de In. 52. b
Nemo tibi in curiam uenienti amplius assurrexit. I. P. 85. a

Salutari.

Salutari, appeti, decedi, assurgi &c. de Sen. 90. a

ASTRINGO, Astrictus. Etsi uis nota est, quæ eadem est quæ uerbi Ligare, aut Alligare, usus tamen ij non satis perspectum & cognitum habent, qui cum datiuo coniungunt. ut. Astringere se alicui rei. Nam multi Latini autores ueteres cum eo casu iunxerunt, sed cum ablatiuo, ut ostendunt exempla.

Tantum abest, ut ex eo quo astricti sumus, laxari aliquid uelim. At. 89. b

Quorum mens erat oppressa præmio, lingua astricta mercede. I. P. 86. a

Astringi scelere. Pro Sest. 24. b

Is magno scelere se astringeret. I. A. 193. a

Aliquem suis conditionibus in ipso articulo temporis astringere. pro Qu. 5. b

Astrictus.

Homines astricti tanto scelere. pro Syl. 182. b

Quis non eos pari scelere astrictos arbitretur? I P. 100. a

Non adiutor huic ueni, sed auditor, & quidē æquus, libero iudicio, nulla eiusmodi astrictus necessitate, ut mihi uelim nolim sit certa quædam tuendi sententia. de N. 5. b

Histrio astrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum. de Or. 170. b

AT. Atq;. De his abunde in libro particularū dicemus. Vnū hoc in Atq; obseruari uelim iūgi, atq; adeò à Cicerone, & ijs qui non solum incorruptè, sed etiā eleganter locuti sunt crebrius, quàm à nouis nostris Latinis, qui quòd nesciāt quid sit, Atq; adeo, & quomodo uti debeamus, nullis

mus, nullis aliis uerbis id efferunt, quàm per Imò etiã. Quibus uerò modis differat, usu Atque adcò, in differentiis explicabimus.

Atq; adcò antequã de incommodis Siciliæ dico, pauca mihi uidentur esse dicenda de dignitate. I. V. 109. a

Atq; adcò cum hæc omnia omnibus sint acerba, tũ uero nobis intoleranda. Antequã. 194. b

Hoc institui, atq; adeo institutum referri moleste ferunt. I. V. 65. b

Ego princeps in adiutoribus, atq; adeo secundus fui. At. 15. b

Insector, posco, atq; adeo flagito crimen. pro P. 191. a

Hoc consilio, atq; adeo amentia impulsi. pro S. R. 23. a

Quæ si prodierit, atque adeo cũ prodierit: scio em prodíturum esse, audiet &c. pro S. R. 35. a

ATTENDO. Obscurata, & inquinata adeo est integritas illa Romani ueteris sermonis, ut ab ipsis Grammaticis, qui nostris temporibus sunt, sæpe è schola ipse Cicero exploderetur. Quis enim nunc non potius dicit, Attẽdere alicui, quàm aliquem: hoc tamen recentiorum, illud antiquis dignum est existimandũ. Qui nõ solum dixerunt, Aliquem attendere hominẽ: sed etiam, Rem aliquam attendere. Itaq; ab optimis autoribus sic loqui discamus.

Erigite mentes, auresq; uestras, & me de inuidiosis rebus, ut ille putat, dicentem attendite. pro Syl. 171. a

Quoniam me in hac re tam diligenter attenditis,

ditis.pro Arch.186.a
Quis nos magnopere attēdit unquā? I.V.81.b
Attendere aliquem studiose.de Fin.98.b
Attēdere te uolo, quæ in manibus sunt.Epist. 173.b
Quæ pertinent ad dicendum, ea nos melius quàm cæteri attendimus.de In.57.a
Sed stuporem hominis attendite.I A.166.a
Vt cum lex aliqua recitaretur, primū uersum attenderet &c.pro R.P.125.a
Nam uersus æquè prima, & media, & extrema pars attenditur.de Or.160.b
Sed si animum attenderis, turpitudinem uideas.Off.58.b
Quo tempore igitur aures iudex, animumque attenderet? I.V.81.b
Sed attendite animos ad ea quæ sequuntur. contra Rul.75.b.

ATTENTO. Verbum hoc tritum sermonibus eorum qui latinè didicerunt, nunc non est ut olim Romæ. exprimebant enim ueteres id quod tentatur ab aliquo: si obtinere poterit, quod uult: ut, Attentare urbem, pro Tentare, si urbem capere possent. Attentare hominem, tentare, si effici possit, quod quis uelit. Sed hæc exempla clarius docebunt.
Quam urbem ab illa scelerata manu attentari suspicabamur.pro Sest.4.b
Cum ea attentētur eius lingua, cuius antea manu euersa sunt.de Ar.247.a
Omnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui, attentare.I.V.155.b

Compositæ

Compositæ orationis insidijs fidem auditoris attentare. Or.217.a
Melius fuerat præterire, quàm attentatum deserere. de Or.155.a
L. Hellius suam classem attentatam magno cũ suo periculo penè sensit. Postquam.202.a
ATTINET. Verbi huius usus omnino peruulgatus nõ est. Pauci enim eodẽ modo utuntur, quo opus, aut, necesse est, aut, oportere.
Iudicium de ea re fieri nihil attinuit. de In.75.a
Quid igitur attinet inculcare fatũ? de Fa. 141.a
Si autem eos non probabat, quid attinuit cũ his, quibus cum re conueniebat, uerbis discrepare? de Fin.119.a
Neq; quenquã attinebat id recusare, quod &c. pro Qu.11.a
De quo quid sentiã, nihil attinet dicere. E.52. b
Ea re non uenit, quia nihil attinuit. At.191.a
Nam hoc quidem in talibus uiris, quid attinet dicere? de Am.105.b
Neq; enim naturæ attinet repugnare, nec quicquam sequi, quod assequi nequeas. Off.22.b
Vrbem reliquimus, quàm sapienter, nihil attinet disputari. Ep.261.a
Quod ad me attinet, Latina locutio, quam recentes Latini nostri sic potius efferunt, Quantum ad me pertinet: quomodo Cicero nunquam est usus.
Ego quod ad me attinet, itemq; arbitror cæteros, idcirco taceo. Qu.Fr.306.b
Caninium perdidi hominem, quod ad me attinet, non ingratum. At.260.b

sic

Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinẽtiam attinet, ut nullus teruntius insumatur in quenquam. &c. 77. a
Alio loco, ut se res habebat. quod ad eam ciuitatem attinet, demonstrabitur. I. V. III. b
Quod ad popularem rationem attinet, hoc ut demur consecuti. Ep. 5. b
ATTINGO. Aliquid, aliquem, aut aliquam rem attingere, pro, Pertinere ad aliquem, aut aliquid, Latini dixerunt: qui modus cum uulgari consuetudine sit alienus, sermone quotidiano erit terendus.
Ab eo quod rem attingat, plures sunt argumẽtorum sedes. de Or. 125. b
Primus ille locus, qui maximè attingit naturã humanam. Off. 4. b
Quanquam hæc res non solum est ex domestica ratione, attingit enim & bellicam. &. 16. a
Sed nimirũ me alia quoq; causa delectat, quæ te non attingit. de Leg. 169. b
Quæ non magis legis nomen attingũt, quàm si &c. de Leg. 171. b
Ne qua me illius temporis inuidia attingeret. Ep. 42. b
Cognatione, necessitudine, aliquem attingere. pro, Coniunctũ esse cognatione, necessitudine: peruulgatum minimè est.
Is me cognatione maximè attingit. I. V. 115. b
Publicani nos summa necessitudine attingũt. Qu. Fr. 290. b
Qui te aliqua necessitudine attingunt.
Ciuitates, quæ officijs, uetustate, fide, & etiam cognatione

cognatione populi Romani nomen attingunt. I. V. 252. b

ATTRIBVO. Eandem uim habere, quã Asſigno, aut Do: ignotum eſt in uulgus, rarò enim hoc uerbo utitur.

Antonius mihi pecuniam attribuit. I. A. 295. b

Videbis ut tantum attribuatur, quantum debetur. At. 204. b

Velim aliquando puerum uiſas, eiq; de mancipijs, quæ tibi uidebitur, attribuas. &. 195. b

Inſulæ quæ erant ab Sylla Rhodijs attributæ. Qu. Fr. 296. b

Video cui Apulia ſit attributa. I. C. 105. b

Seſtertium centies & octogies ex ærario tibi attributũ Romæ in quæſtu reliquiſti. I. P. 98. a

Quantiq; locarint, tantam pecuniã redemptori ſoluendã attribuendamq; curẽt I. A. 224. a

Quæ negotij publici procuratio cogitari potuit, quæ non eſſet attributa atq; deſcripta. pro Seſt. 18. a

Sic Attributio.

Brutus ſcripſit ſeſe de attributiõe omnia ſumma feciſſe. At. 244. a

Ait enim attributionem in Idus. &. 251. a

AVCTIONOR. Prorſus ignorãt indoctiores uim huius uerbi: quo latini ſignificarũt id, q̃d uulg9 nũc dicit. Vẽdere ſua bona publicè: neq; auctionatur præco: ſed is cui9 bona ſunt: præco aũt prædicare dicitur, non auctionari.

Vt in atrijs auctionarijs potius, quàm in triuijs, aut in compitis auctionentur. contra Rul. 62. a

h. Rullus

Rullus hasta posita cum suis formosis finitoribus auctionans.&c.76.b
Deiotarus auctionat9 est. seseq; expoliare maluit, quàm tibi pecuniam non subministrare. pro Deio.148.a
Ibi tum uir optimus Quintium deterret. ne auctionetur. pro Quin.5.a
Ait se auctionatum esse in Gallia.&c.4.a
AVCTIO. Grammaticorum præceptis Auctionatio dicendũ esset. nam auctio uim uerbi Augeo non habet, sed uerbi Auctionor. Sed cõsuetudine, non ratione hoc nomen, ut multa alia sunt existimanda. Auctionem enim. nostri homines Venditionem publicam uocant.
Ac uereor, ne iste iam auctionem nullam faciat.ad At.186.b
Auctio facta est. in C. Ver.118.a
Auctionem in Gallia se facturum proscribit. pro Qu.5.a
Cum esset auctio hæreditaria constituta. pro Cec.287.a
Bona alicuius auctione constituta uendere. pro S.R.22.a
Constituere auctionem. contra Rul.62.a
Tabula Veratianæ auctionis.&c.79.b
Cum ille rogasset Grauiũ, quid tristis esset, an quòd auctiones essent: imò uerò inquit, quod legiones. pro Pl.266.a
Auctionis miserabilis aspectus, uestis Põpeij. &c.I.A.174.a
Mulier auctionem prouinciarum faciebat.&c. 196.b

Circulator

Circulator quidam auctionũ notiſſimus. Ep. 164.b
Facere auctionem. in Ver. 202. a
Vẽdere auctionẽ. Sectores & coactores in auctionibus. Lege, Sector & coactor. pro Qu. 3. b
AVCVPOR. Tranſtulit Cicero hoc uerbum ad multa, quæ ſtudio aliquo exquirim9, & perſequimur.
Nos longis nauibus tranquillitates aucupaturi eramus. At. 97. a
Leguleij aucupes ſyllabarum. I. Auceps. Si uerba inter nos aucupabimur. pro Cec. 294. b
Attẽdere & aucupari uerba oportebit. de Or. 132. b
Præcipitisq; ut errãtem aliorum opinionẽ aucupemur. de Fin. 79. b
Ars dicendi opiniones hominum, & ſæpe errores aucupatur. de Or. 111. b
Ac non uereor, ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam uidear. Ep. 68. b
Leuitatis eſt, inanem aucupari errorem, & omnis umbras, falſæ etiam gloriæ, conſectari. in Piſonem. 9. b
Imperitorum hominum rumuſculos aucupari. pro Clu. 59. a
Delectationem aliquam dicendo aucupari. Or. 202. b
Cũ præſertim tam multi occupationẽ eius obſeruent. tẽpusq; aucupentur. pro S. R. 22. b
Non ſum tam inſolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper. pro Seſt. 25. a
Cur epiſtolis & ſororis, & matris imbecillita-

tem aucupatur?pro Flac.163.b
Non ego utilitatem ad dicendum aucupãs,horum libros lego.de Or.114.a
Cũ res sine propria lege uenit in iudiciũ, quæ tamen ab alijs legibus similitudinem aucupatur.ad Her.4.b
AVDIO. Benè & malè audire loquendi modi,quib9 ueteres potius existimationẽ,aut nomẽ alicuius notabãt, quàm audiendi sensum: benè is audiebat,qui laudabatur:malè,qui uituperabatur, aut obiurgabatur. Eũ uerò, qui auditu non ualet,Surdastrum appellabant.
Vt benè audiãt, & rumorem bonum colligãt. erubescunt.de Leg.166.a
Qui me idcirco putant benè audire uelle,ut ille malè audiat.At.84.b
Est hominis ingenui,uelle bene audire ab omnibus.de Fin.102.
Erat surdaster M. Crassus, sed aliud molestius, quod malè audiebat. Tus.250.b
Ne gratis in prouincia malè audires.I.V.100.b
Si me audies, aut *audias*, uulgari consuetudine magis tritum est, Si me sequaris,si meum cõsilium sequeris.
Tanta imbuerer superstitione, si te audire uellẽ,ut,aruspices mihi essent colẽdi de.N.12.b
Tu Cotta si me audias, eãdem causam agas.&.59.b
Si me Cæsar audisset.Ep.172.b
Nec Homerũ audiam,qui Ganymedem à dijs raptum esse ait.Tus.161.b
AVELLO. Obseruandum est, quomodo usi sint

Vsi sint Latini hoc uerbo, iunxerũt enim cum Ex, De, A: sed ut recte dicimus: Auellere ex arboribus: sic eorũ more nõ recte, Ex complexu, sed De complexu. Auelli ab aliquo, nõ De, aut Ex. Consuetudine ita, nõ ratione est usurpatũ.
Hoc iste signum auellendum, asportandumq; curauit. I. V. 226. a
Poma, si cruda sunt, ex arboribus auelluntur: si matura, decidunt. de Sen. 92. a
Auellere atq; abstrahere filium de matris complexu. pro Fon. 283. b
Vt perpetuum dolorem auulsum, à meis sustinerem. pro Dom. 242. b
Auulsum à cæteris. de Or. 144. b
AVERSVS latinè: quod barbare, De retro. A tergo. Contrarium ei est Aduersus.
Aduersus & auersus impudicus es. de Or. 152. b
Auersos hostes aggredi. Ep. 162. a
Cum uiderem copias à Cappadocia auersas, & 244. b
Deos auersos esse à salute populi. At. 284. b
Motus auersi à ratione. Tus. 216. a
AVERTO. Tribuitur hoc uerbum ijs quoque rebus, quæ ab ijs quorũ sunt, ad alienos, aut alios usus quàm debentur, transferuntur & rapiuntur; eodem enim modo, quo Conuertere aliquid in rem suam, dicitur.
Is auersa pecunia aufugit. I. V. 85. a
Hic in quæstura pecuniam publicam Cn. Carboni Cos. datum auertit. A. 78. a
Frumentum auersum à repub. abreptum ab aratoribus, &. 184. b

Antonius HS septies millies pecuniæ publicæ auertit.I·A.241.a
Ne patiare Erotem hæreditatem Turianam auertere.Ep.199.b
Dij omen auertant, Latini dicebant: quod à nostris uulgari more, Deus ut mentiar, ut falsum sit, ut non fiat. ut,
Si aliter fuerit (quod dij omen auertant) reip. uicem dolebo. At.279.b
O dij immortales, auertite & detestamini quæso hoc omen. I·A.193.a
Atq; hoc quidem detestabile omen auertat Iupiter. &.232.a
Quod dij omen auertant. Ep.189.a
Sic auertere malum aliquod ab aliquo, aut à malo aliquem.
Cæsar Antonij furorẽ à pernicie reip. auertit. I. (A.192.a
Ego uero austro miras gratias ago, qui me à tanta infamia auerterit. At.256.b
Ibes auertunt pestem ab Aegypto. de N.21.b
Et certè, nisi is Antoniũ ab urbe auertisset, perissent omnes. At.274.a
Puer qui à ceruicibus nostris auertisset Antonium, &.285.a
AVFERO. Obtinere quod quis ab aliquo petit, Latini hoc nomine significarunt: nostri uerò nunquã hoc uerbo eum sensum efferũt.
Quintius à Scapulis paucos dies aufert. pro Qu.3.b
Auferre responsum ab aliquo. Or.105.b
A Varrone adhuc ἐπαυλίδιον illud non abstuli. At.358.b

Audiuimus Cæsarem, uerba fecimus pro Buthrotijs, liberatissimum decretũ abstulimus, quod obsignatum est ab amplissimis uiris, At.262.b

Mordicus auriculam auferre, aut simile, Latine dicitur. Vulgus demordere auriculam.

Si is cum eo comparatus uideretur, auriculam fortasse mordicus abstulisset. Qu.Fr.524.a

AVTOR. Quoniam tritum iam est fere omnium sensibus. Consulo tibi, pro, Consiliũ do: quod sic Grammaticorum præceptis sunt docti, monere hoc loco uolui, consuetudine illa ueteri & incorrupta nunquam Romæ usurpatũ fuisse, Consulo tibi, pro, Suadeo tibi: sed rẽ eam efferre consueuerũt, per Autorem esse aliquem alicui alicuius rei, aut ut aliquid faceret: uel per uerbum Suadere, de quo suo loco. Itaque sic latine ab integris illis priscis Romanis loqui discamus. Senatui cum primum potui pacis autor fui. At.147.b

Nam illi magnopere autor fui, ne differret tempus petitionis suæ, &.279.b

Sed autor nõ sum, ut te urbi cõmittas. &.242.b

Hircius mihi, ut absim, uehementer autor est, &.240.b

A me consilium petis, qui sim tibi autor in Sicilia, ne &c. Ep.86.b

Ego tibi sum autor, ut quibus possis rebus, eum tibi ordinem reconcilies, &.17.b

Tibi magnopere autor sum, ut aliquando &c. de Leg.166.b

Autoris uocabulo Latini significabãt eum qui,

in uendēdis rebus ius habebat,aut sibi usurpa bat:emptori præstādi ea quæ addicebat,&qua si eum notabat,unde emptio proficiscebatur.
Nam statim L. Metellus,ut isti successit,ex C. Sa cerdotis,& S. Peducei instituto, ac literis fru mentum Mamertinis imperauit. tum illi in tellexerunt, id quod à malo authore emis sent,diutius obtinere non posse.in Ver.
Duo præterea testes,nihil de V. sed de ipsa em ptione fundi dixerunt. P. Cesennius autor fundi,non tam autoritate graui, quàm cor pore.pro Cec.290.a
Eodem modo *Autoritas*,ut in exemplo proxi mo apparet. Tutorem autorem appellabant Latini.eum in cuius potestate & pupilli, & res pupillorum erat,quas sine tutore autore uen dere non poterat.ut,
Non quemadmodum mulieri debeas, rectè ip si mulieri sine tutore autore soluas:ita quòd aut pupillæ, aut pupillo debeas, rectè pos sis eodem modo soluere. Top.224.b
Quod mulier sine autore tutore promiserit. deberi.pro Cec.295.a
AVTORITAS. Hoc nomine appellabantur tabulæ,quarum testimonio cōfirmabatur uo lūtas alicuius magistratus, aut eorū quorum nomine quis agebat, aut aliquid defendebat. Nostrum uulgus literas publicas uocat,Lega torum uerò autoritatem,commissionem rati ficatam barbarè,aut plenariam & firmam cō missionem & potestatem appellat.
Legationes cū publicis autoritatibus ac testi

moniјs

moniis conuenisse.I.67.b

Quæ omnia intelligit sibi nihil prodesse, posteaquam certis literis, testibus, autoritatibusq; conuincitur.I.V.18.a

In tabellis nihil erat autoritatis.ibid.

In rostris quo exquirendæ autoritatis causa cæteri tribuni plebis principes ciuitatis du cere consueuerunt.I.V.52.b

Autoritates Latini uocarunt, in quo acta referuntur, quæ Protocolla scribæ nostri barbarè uocant.

Permulta tũ uehementissima contentione animi, ingenij, uirium ab eo dicta esse constabat; sententiamq; eam, quã senatus frequẽs secutus est, ornatissimis & grauissimis uerbis, ut populo Romano satisfieret, numq; senatus neq; consilium reipublicæ, nec fidem defuisse, ab eo dictam: & eũdem (id quod in autoritatibus perscriptum extat) scribendo affuisse.de Or.143.a

Vsum & autoritatem Latini appellarunt, usu capiendi conditionem: nostri Locationem, aut cessionẽ uocãt. Vt usum & autoritatem cõfundi lex iubet esse biẽnium. Vulgari more sic redderetur: Omnis locatio, aut conductio fundi alicuius debet tantum ualere ad biennium. Latini uerò sic sunt locuti:

Lex usum & autoritatem iubet esse biẽnium: at utimur eodem iure in ædibus, quæ in lege non appellantur.pro Cec.295.a

Itẽ quod in re pari ualet, ualeat in hac quæ par est: ut quoniã usus & authoritas fundi bien-

nium est. sit etiam ædium. Topic. 222. b
Autoritatis quoque uoce latine exprimitur, quod barbarè, Per autoritatem testimonium. ut,
Sed cur diutius, iudices, uos teneo? ipsius iurati religionem autoritatemque percipite. pro Cec.
Domus autem illa plena est integritatis, officij, religionis: ex qua domo recitatur uobis iureiurando deuincta autoritas. ibidem.

B

BELLVS, *& belle*, Non tam trita sunt nostro, quàm olim Romanorum sermone & cum ijs insit magna elegantia, merito commendanda sunt studiosis linguæ Latinæ. Sic itaque deinceps loquantur.
Illum pueris locum bellissimum esse duximus. At. 77. a
Pyliæ & puellæ Cæciliæ bellissimæ salutem dicas. At. 94. b
Cicero bellissimus tibi salutem dicit. Epistolar. 257. a
Theatrum quidem sane bellum habuisti. Atti. 209. b
Recordor quàm bella paulisper nobis gubernantibus ciuitas fuerit. At. 65. a
Hæc ipsa fero equidem fronte ac uultu bellis, sed angor intimis sensibus. At. 72. b
Quàm sit bellum, cauere malum, nemo ignorat. de Or. 106. b
Mihi in mentem uenit, bellum esse, aliquò exire. Ep. 126. b
Durius mihi hoc accipere quàm uellem, uisus est, & quàm homines belli solent. At. 2. a

Belle.

Belle. Aqua non longè à uilla belle ſane fluens. Qu. Fr. 317. b
Sumus enim ambo belle curioſi. At. 89. b
Hermathena tua poſita ita belle eſt, ut totum gymnaſium ἐγκαθένα eſſe uideatur. At. 2. a
Benè & præclare quamuis ſæpe dicatur, belle & feſtiuè nimium ſæpe uolo. de Or. 152. a
Hæc non tam admirabilia ſunt, quàm cōiecta bellè de D. 122. a
Belliſſime nauigauimus. Ep. 159. a
Belliſſime mecum eſſe poteritis. &. 238. a
Hæc quomodo fers? belle hercule. At. 65. a
Horum ego uix attigi penulam, tamen remanſerunt, cecidit belle. At. 216. a
BENE. Paucis enim notum eſt, nedum uſitatum bene ualere quod ualde. Sic enim locutus eſt Cicero.
Habetis ſermonem benè longum. de Or. 141. a
Fabius literarum & antiquitatis bene peritus. de Cla. 171. a
A Cicerone mihi ſanè literæ πεπυκνωμέναι, & bene longæ. At. 224. a
Puer bene ſibi fidens. &. 9. b
Is bene penitus in iſtius familiaritatem ſeſe dedit. I. V. 143. a
Antonius habet inermes bene multos. Ep. 67. a
Sed ſi eſt tãtus dolor, quãtus Philoctetæ, bene plane magnus mihi qdē uidetur. Tuſ. 184. b
In clamando uideo eum eſſe bene robuſtum. I. V. 62. a
Bene mane hæc ſcripſi. At. 60. a
Cum bene magna caterua. pro Mur. 140. b

Bonus,

Bonus Bonam partem, uocarunt Latini eodem modo, quo magnam partem: sed occultiore ratione.

Bonam sermonis partem in alium diem distulimus. Or. 110. a

Aliquid alicui bono esse, Latinæ linguæ proprius est modus, quo significabant utilitatem quæ ad aliquem ex aliqua re perueniebat.

Quanquam fuit illud omnibus bono, qui seruire nolebant. I. A. 167. a

Illud Cassianum cui bono fuit. ibid.

Quibus occidi Rosciũ bono fuit. pro S. R. 20. b

Hoc alijs quoq; bono fuit. ad Her. 7. a

BREVI. Verbum consuetudine latina olim tritum pro breuiter, aut, breui tempore: quomodo etiam Latini idem explicuerunt.

Cæsar maximas copias breui habiturus est. At. 150. b

Nec ullo modo diuulgandum est, de te iam esse perfectum, sed id erit perbreui. Ep. 89. a

Id, tametsi extra causam est, tamen percurram breui. pro Cec. 303. a

Breui expediam. de Senect. 89. a

Illud breui conficiendum est. Parad. 122. b

Sed genus uniuersum breui circumscribi & definiri potest. pro Sest. 23. a

Nunc cõplectar quod proposui, breui. de Or. 100. b

Quid in utramq; partem mihi in mentem ueniat, explicabo breui. de Or. 119. b

Vt tuis literis breui responderem. Ep. 36. b

Ad ea quæ requiris, breui respõdebo. de Or. 225. a

Transitio

Transitio uocatur, quæ cum ostendit breuiter quod dictum sit, proponit item breui quod consequatur. ad Her. 32. a

BREVIS. Breue dicere, facere, pro paucis dicere non longum esse in oratione.

Breuis est L. Crassi oratio. de Or. 138. b

Longum est dicere, sed hoc breue dicam. si M. Petrei uirtus &c. pro Sest. 5. a

Iam dabo operam, quàm maximè potero, ut breue id faciam. in Sal. 272. b

Aliquid contradictione breuius fieri, aut productione longius. de Or. 161. a

O miseram, & in breui tam celerem, & tam uariam reipub. commutationem. Octa. 336. b

C

CADO. Verbum hoc latè patet, uariisque modis usurpatur. Cum tribuitur sensibus aut animo, aliter uti Latini consueuerunt, ac nunc uulgus. ut,

Non debemus ita cadere animis, quasi &c. Ep. 78. b

Sed tibi tum oculi uultus, uerba cecidissent. pro Dom. 140. a

Nec debilitari, aut cadere animos patitur. alibi. Sic etiam *Arma cadere* dicuntur, quæ abiiciuntur metu. ut,

De manibus audacissimorum ciuium delapsa arma ceciderunt. Off. 16. a

Concessa plebi à patribus ista potestate, arma ceciderunt, restincta ista seditio est. de Leg.

Omnibus istis latronib. autoritate ipsa senatus iampridē de manibus arma cecidissent. in An.

Causa cadere. Cadere in iudicio, is latinè dicitur: qui barbarè, Perdere, aut amittere ius, aut iudicium, aut causam.
Noluerunt illi ita quenquam cadere in iudicio, ut nimijs aduersarij uiribus abiectus uideretur. pro Mur. 138. b
Ridens & stomachans Scæuola, cum Hypseus maxima uoce plurimis uerbis à M. Crasso prætore contenderet, ut ei quē defendebat. causa cadere liceret. Cn. aūt Octauius homo cōsularis non minus longa oratione recusaret, ne aduersarij causa caderet. de Or. 98. b
Quòd scribere oblitus es, minus multi iam te aduocato causa cadent. Ep. 102. a
Etsi turpe existimas, te aduocato, illum ipsum quem cōtra ueneris, causa cadere. pro Mur. 126. a
Cadere idem ualet quod Quadrare, sed min9 usitatum nostris hominibus.
Habent Hetrusci certa nomina, quæ in id genus hominum cadere possunt. de Ar. 256. a
In eū cadit hoc uerbum maximè. qui &c. 257. a
Nihil est, quod in eiusmodi mulierem non care uideatur. pro Cæl. 52. b
Sortes eductæ in rem aptè cadere possunt diuinitus. de D. 87. b
Neq; in unam formam cadunt omnia. Orat. 200. a
In, aut sub sensus, aut potestatem alicuius cadere, pro uenire, incidere.
Accedit illud si maneo, & illū comitatum optimorum & clarissimorum ciuium desero, ca-
dendū

dendum est in unius potestatem. At.119.b
Sub populi Romani imperium ditionemq́ ce
ciderunt.I.V.276.b
Quæ sub oculos non cadunt. Or.197.a
Signum est, quod sub sensum aliquem cadit.
de In.52.a
Quicquid est, quod sub artium mensuram ali-
quam cadit. Or.205.a
Cadere aliquid in sensum cernendi. de Vni.
In nostram intelligentiam aliquid cadere.
Tam id honestum, quod in nostram intelligen
tiam cadit, conseruandum est nobis, quàm
id &c. Off.55.b
Illud cadit sub iudicium sapientis, ac delectū.
de Fin.

Cadere, pro accidere.

Verebar ne ita caderet, quod nunc etiam uere
or. Ep.30.a
Augurum responsis multis multa incredibili-
ter uera cecidisse. de Leg.176 b
Nihil mihi optatius cadere potuit. At.40.a
Hæc res quemadmodum ceciderit, scire uelim.
At.52.a
Sane ita cadebat ut uellem. At.41.b (110.a
Sed hoc cecidit mihi peropportune. de Or.
Quod melius caderet, non uidi. Ep.122.b
Verum hoc adhuc percōmode cadit. in Verr.
67.a
Aliter cecidit res, ac putabam. Ep.74.a
Aliter cecidit res, atq; opinabar, &c.88.b
A te mihi semper omnia honestè ac iucundè ce
ciderunt, Qu. Fr.305.a

Horum

Horum ego uix attigi penulam, remanserunt tamen, cecidit bellè. At.216.
Mutius quoquo modo ea res huic quidem cecidit. At.120.b
Nil tibi iure incõmodi cadere potest. Pro Qu. Fr.9.a
Si minus fortissimi uirtus ciuib. grata cecidisset. pro Mil.117.b
Quid casurum sit, incertum est. Ep.241.a
Verebar quorsum id casurum esset. At.51.b
Sed ita cadebat, ut alter &c. de Cla.177.b
Insperanti mihi, sed ualde optanti, cecidit, ut &c. de Or.93.a
idem ualet nonnunquam, quod Desino.
Verba melius in syllabas longiores cadunt. Or.216.a
Et in spondeos cadit, &.219.b
Articulus ad numerum cadens. Or.202.a

CANO. Opinatur uulgus hoc uerbum solum uoci tribui, nunquã fidibus aut tibijs musicis. Nam nõ dicit, Canere fidibus: sed, Ludere instrumentis musicis. Ludere uerò Musicis nõ attribuitur ab idoneis autoribus. Sic itaque ab optimis scriptoribus Latinis latinè loqui discamus.
Si canere uelim uel uoce, uel fidibus. de Diuin. 134.a
Tibicen sine fidibus canere non potest. de Or. 139.b
Tibiæ modulatè canentes, & fidiculæ numerose sonantes. de N.30.a
Lituus, quo canitur. de Diuin.86.b

Epaminundas

Epaminundas præclarè fidibus cecinisse dicitur. Tus.149.a
Symphonia canere. Latinè Cice. dixit: quod Musicorum uulgus, Quatuor uocibus canere aut ludere: Concentum canere, partibus canere.
Cum in eis conuiuijs symphonia caneret, maximisq; poculis ministraretur, retinere solitus est aratores. I. V.170.b
Intus canere, prouerbio dicitur is, qui in suam rem & commodum omnia conuertit, ut quicquid faciat, non alienum: sed sua causa facere uideatur.
Atq; etiam illum Aspēdium citharistā, de quo sæpe audistis, id quod est Græcis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit, & in intimis suis ædibus posuit: ut etiā illum ipsum artificio suo superasse uideretur. In Ver.86.b
Atq; hoc carmen iste non uobis, sed sibi intus canit. contra Rul.80.a
Sic etiam *Cantus* nō solum uocis est, sed etiam instrumentorum.
Cantu uocum, neruorum & tibiarum tota uicinitas personabat. pro S.R.41.a
Te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat. pro Mur.128.b
Ad cantus, & ad tibicinem persequi laudes clarorum uirorum. de Leg.182.b
Tibicines, ijq; qui fidibus utūtur, suo, nō multitudinis arbitrio cantus numerosq; moderantur. Tus.248.a.b
Quòd docti homines neruis imitati atq; cant

bus aperuere sibi reditum ad hunc locum. de Som.129.a
Solet Roscius dicere, se quo plus sibi ætatis accederet, eo tardioris tibicinis modos & cantus remissiores esse facturum. de Or.107.b
CANORVS, quod ab alijs poetis maximè, Sonorus.
Gallus est animal canorũ sua spõte. de D.120.a
Vox suauis & canora de Cla.186.a
Omnino canorum illud in uoce splendescit in senectute. de Sen.82.b
Sine contentione uox nec languens, nec canora. Off.27.a
Profluẽs quiddam habuit Carbo & canorum. de Or.145 a
Canorus orator & uolubilis. de Cla.174.
Hoc dulce, canorũ illud, hoc benè olens. Aca. 6.b
CAPTVS. oculis, membris, auribus, mente, Latinis modus loquendi: quo significabãt, priuatum aliquẽ esse usu mẽbri alicuius, aut mentis: neq; sequitur uim & naturam uerbi, sed singularem aliquam potestatem habet.
Si oculis captus sis, ut Tiresias fuit. de D.110.a
Qu. Scæuola mancus, & omnibus membris captus. pro Rab.94.b
Vt idem oculis & auribus captus sit. Tus. 151.a
Tametsi ne oculis quidem captus, in hãc fraudem tam sceleratam decidisti. I.V.225 b
Tam dedecet, quàm delirare, & mente captũ esse. Aca 14.a
CAPTO. Solicitè aliquid expeto & quæro. significarũt

significarunt Latini hoc uerbo quod cum per Capio nõ fecerint, præcipuã uim habere, quæ obseruatione discitur, facilè intelligi potest.
Dissidẽt principes, captatur ocasio. de Ar. 256. b
Quid enim ad illũ qui te captare uult, utrum tacentem irretiat, an loquentem? Aca. 23. b
Inductio, quæ rebus nõ dubijs captat assensionem eius, qui &c de In 52. b
Lepidus desperato aduentu meo, quem non mediocriter captabat, se cum Antonio coniunxit. Ep 157 a
Captare aliquẽ aliquo emolumẽto. de In. 82 a
At etiam misericordiam captabas. I. A. 176. b
Captare misericordiam. de In. 68 a
Captare plausus in P. 92 b
Captare nomen imperatorium. Ep. 169 a
Captare beneuolentiam à persona aduersariorum ad Her. 2. a
Captare risus. Tus. 178. a
CAPVT. Varijs rebus Latini nomẽ hoc Caput tribuũt, quas alienis & peregrinis nominibus uulgus effert, quod propria ignoret: ut cũ exprimẽdum sit, tota summa quæ alicui debetur in frumento, aut in similibus rebus uniuersum illud Caput, Sortẽ quod pecuniæ creditæ uocabulum est, uocarũt. Sed ut in pecunijs est sors, sic in uectigalib9 decumis, ut frumẽti, aut similium rerum quæ animo debentur, caput: sed id ipsa exempla declarabunt.
Verres aliquot nominibus de capite, quantũ commodum fuerit, frumenti decumanis detraxit. in Ver. 78. a

Vnũ hoc illius S. C. reprehensum decretumq; est: ut quib9 ille de capite dempsisset, hi pecunias in ærariũ referrent. Senatusconsultum hoc, ne illi quidẽ esse licitum, cui concesserat omnia, à populo factarũ quæsitarũq; rerũ summas imminuere, illũ uiris fortissimis iudicarunt patres cõscripti, dimittere de summa non potuisse, te mulieri teterrimæ rectè remisisse Senatores iudicabant, in illo reprehenditur, quòd ex ea pecunia remiserit, quã ipse quæsierat: tibi conceditur qui de capite populi Rom. remisisti? in Ver. 165. b

Vocarunt Latini quoq; hoc nomine id, in quo omnia sunt, aut maxima pars rei alicuius posita: aut id quod maximum, quod rẽ ipsam continet, in re aliqua est. quòd cum nomẽ hoc uulgus ignoret, pluribus id exprimere cogitur. Sic uerò Latini.

Ad cõsilium de repub. dandum, caput est nosse rempub. de Or. 139. b

Caput esse ad beate uiuendum. de Am. 105. b

In hoc loco caput illud erit accusatori, si demõstrare poterit. de In. 64. b

Atq; in hoc loco caput uidetur mihi esse illud, &. 84. a

Caput enim arbitrabatur esse oratoris, ut & ipsis apud quos ageret. de Or. 92. a

An tibi obuiam non prodirem? primũ Appio Claudio? deinde Imperatori? deinde more maiorũ? deinde, q̃d caput est, amico? Ep. 35. b

Et id quod caput est, nobis inter nos nostra uita sunt toleranda. At. 14. b

Et quod

Et quod caput est,mihi quæuis satis iusta cau-
sa cessandi est,&.26.a
Valde probo hominem ,domum, facultates,
quod caput est,ipsum non noui,&.211.a
Caput autem literarum,sibi cum illa Mima ni-
hil posthac futurum.I.A.175.a
Sic caput cœnæ in epist. pro, id quod opti-
mum erat in cœna.
Capita appellarunt quoq;,quæ Barbari Sum
maria,aut Articulos. Articulos enim fidei uo
cant,quæ latine Capita fidei dicenda essent.
Quod ex quibusdam capitibus expositis nec
explicatis intelligi potest.de Cla.179.
Illa uerò censoria contra Cn. Domitium non
est oratio,sed quasi capita rerum, & oratio-
nis commētarium paulo plenius. ibidem. a
Ad Caluum scripsi, ut ad me τὰ κεφάλαια mitte-
ret.At.258.b
A primo capite legis usq; ad extremum, repe-
rio nihil aliud cogitatum.contra Rul.96.a
Qui,quod secundo capite scriptum est,nō me-
minit in tertio,&.71.b
Cum caput meæ proscriptionis recitaretur.
Postquam.205 a
Capita de repub.in duabus rationibus contra
ria inter se.de Or.129.a
Caput est,quod pertinet ad minuendos sum-
ptus ciuitatum.Ep.57.a
Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacitè mihi
quodammodo prætereunda sunt,&.56.b
Ex uno Epicuri capite,altero uestro,perceptio
& comprehēsio tollitur,quod est caput Epi-

curiesi ullum sensibus uisum falsum est,nihil percipi potest,quod uestrum,sunt falsa sensus uisa·Aca·25.b

Capitis uocabulo Latini quoque significarunt autorem,uel principem: quem nos simili fere modo *Einen hauptman* appellamus.

Si quid sine capite manabit, & cuius autor nõ extet.Pro Plan.271.a

Iam ab illo fronte & capite Socrate &c.88.b

Caput est omnium Græcorum conciõãdorum Heraclides ille Tennites.pro Flac·155.a

Capitis nomine uitæ pericula quoque expressêrunt.ut,

Capitis nostri sæpe accidere potest, ut causæ uersentur in iure.de Or.100.a

Quam possumus reperire ex omnibus causis ciuilibus causam contentionẽq; maiorẽ, quàm de ordine,de ciuitate,de libertate, de capite hominis consularis?

Causa capitis de Cla.168.b

Socratis responso sic exarserunt iudices,ut capitis hominem innocentissimum condemnarent.de Or.105.a

Socratẽ in iudicio capitis,pro se dixisse, &104. a

Nihil de capite ciuis, aut de bonis sine iudicio detrahi potest.pro Dom·220.a

Iudicia summæ existimationis, & penè dicam capitis· Qu. R.47.b.

In Iudicium capitis aliquẽ uocare de Cla.176.b

Cum uero abs te tui capitis causa peteret, homines q; certos domo misisset, ne tum quidẽ &c.I.128.b

Vt si

Vt si prædonibus pactum pro capite precium non attuleris, Off.75.b
CASTIGO. Non solum uerberibus, ut multi opinantur, sed etiam uerbis.
Pueros, matres & magistri castigare solent. nec uerbis solũ, sed etiam uerberibus. Tus.204.b
Quin non uerbis sunt, & disputatione philosophorum, sed uinculis & carcere castigãdi.
Castigare improbos. de Leg.168.b
Qui punit aliquẽ, aut uerbis castigat. Off.18.a
Et quoniam de impudentia dixi, castigemus etiam segnitiem hominum. de Or.100.a
CAVEO. Iureconsultorum uocabulum, qui hac formula, Cauere alicui, ijs qui se cõsulebãt, præscribant rationes & uias agendi cum aliquo, ut cauerent, ne uerbis causam suam deteriorem facerent. ut,
In iure cauere, consilio iuuare, atque hoc sciẽtiæ genere prodesse quamplurimis, uehementer & ad opes augendas pertinet. Off.46.b
Etenim cum tu mihi, meisque multa sæpe cauisses, ueritus sum, ne si ego grauarer, aut ingratum id, aut superbum uideretur. Top.221.a
Quid ita Flauio sibi cauere non uenit in mentem. pro Q.R.50.b
Caueri uult ijs qui secum sunt, Mustellæ & Tyroni prospicit. I.A.219.a
Deinde ut Faustæ, cui cautum ille uoluisset, ratum esset. At.71.b
Epicurus diligenter cauet & sancit, ut hæredes sui dent. de Fin.86.a
Amentia est, cum hæredi uelis cauere, id ascribere,

bere, quo non ascripto, nihilominus hære-
di caueatur. de In. 77. b
Ita diligenter perscripta lex est, ita cautum u-
naquaque de re, & ita quod oportuit excep-
tum, &. 79. a
Nulla res est, quæ aut comprehendit satis, aut
caueri, aut excipi possit. pro Cæcin. 300. b
Sic etiam, *Cauere ab aliquo*, & per aliquem ali-
cui: alicui aliqua re, pro, Satis accipere, aut.
Securari, ut Barbari loquuntur, ab aliquo.
At tibi ego Brute non soluam, nisi prius à te ca
uero. de Clar. 166. a
Rogant eum ut id quo abisset, ab ipsis pecu-
niæ, curet, ab sese caueat quemadmodum
uelit. de illa hæreditate cum Epicrate esse a-
ctuarum. in Verrem.
Auges tu mihi timorem, qui in Oratore tuo ca
ues tibi per Brutum, & ad excusationem soci
um quæris. E. 85. b
Laodiceæ me prædes accepturũ arbitror om-
nis pecuniæ publicæ: ut & mihi, & populo
cautum sit sine uecturæ periculo. E. 28. b
Prædibus & prædijs populo cautũ est. I. V. 105. a
Rebus etiam cauemus, ut nimium extra pericu-
lum sint. nostro more Securas & Tutas reddi
dicimus, aut Barbarè, Securari.
Altera lex priuatorum ædificijs, altera sepul-
chris cauet. de Leg. 182. b
Pompeius clementer id fert, fortè cauet usuræ.
At. 85. a
Agri de quibus cautum est fœnore. cõtra Rul.
62. b

Hinc

Hinc *Cautio* formula talis iurisperitorũ, aut id quo alicui cauetur, Securationem Barbari uocant.

Est hoc & ex conditione iuris, & ex consuetudine cautionis firmissimum testimonium pro Qu.Fr.51.a

Itaq; quãdo uestræ cautiones firmæ sunt, græculam tibi misi cautionem chirographi mei. Ep.103.b

Cautiones fiebant pecuniarũ. pro Dom. 239.a

Persecutionum cautionumq; præceptio in iure ciuili. Or.210.a

Caue, in Imperandi modo ueteres Latini sæpe usurparunt: idemq; eo significarunt, quod per, Vide ne.

Caue facias, inquit: nam ista lex perferetur. At. 216.b

Sed caue, si me amas. existimes me, &c. &. 142.a

Caue enim putes, ullas literas unquam gratiores q̃ tuas esse in senatu recitatas, &.150.b

Caue enim existimes Brute, quanquam es, sed tamen &c. At.282.a.281.b

Cauete per deos immortales iudices, ne, &c. pro Qu.R.44.a

Videte per deos immortales, quem in locum. ibidem.

Mea, *tua*, aut *cautio est*, Latinæ linguæ proprius modus, quem aliis uerbis sic redderemus: Mihi, tibi, aut alicui prouidendum, aut cauẽdum est, Tua enim cautio, nostra cautio est. pro Mar.134.a

Chartam tibi deesse, mea cautio est. At.70.b

Ne quiſquam pertundat crumenam, cautio eſt. Plautus.
Puerũ aũt ne reſciſcat eſſe ab illa, cautio ẽ. Ter.
Hi mihi ne corrumpantur, cautio eſt. ibidem.
CAVSA. Hic admonendi ſunt ſtudioſi linguæ Latinæ, qui malint optimorũ ſe ſimiles eſſe, ne potius eos ſequãtur, qui præcipiãt. Mei, tui, ſui, noſtri, ueſtri cauſa dicendm eiſe, recentiorum quorũdã more, quam ueteres omnes, qui mea, tua, ſua, noſtra, ueſtra cauſa dixerunt tantum: non mei &c. Sic enim Cicero ubique.
Tu me charũ eſſe dixiſti populo Rom. nõ tam mea cauſa quàm reipu. nomine. in Vat. 30. b
Te abeſſe mea cauſa, moleſte fero, tua, gaudeo, Ep. 254. a Et ſic omnibus locis.
Verbi, aut exempli cauſa: uerbi gratia, exemplorum notæ ſunt. ut,
Verbi cauſa maieſtatem minuere, dicere, aduerſarium maieſtatem minuiſſe. de arte Rhet.
Si quis uerbi cauſa, oriente canicula natus eſt, in mari non morietur. de Fato.
Verbi cauſa, tria pauca ſunt, an ne? in Aca.
Verbi gratia, propter uoluptatem. de Fin.
CEDO. Verbum, quo aliquid Latini poſtulabant aut imperabant, quo hoc modo ſunt uſi: neq; ſolum ad unum, ſed ad plures Cedo dicebant. Cedo, qui rempub. tantam amiſiſtis tam cito. de Sen. 81. a
Vidiſti igitur uirum ut ſcripſeras? ingemuiſti certè. cedo reliqua. At. 153. a
Obuiam mihi fit tabellarius, & ego ſtatim cedo, inquam ſi quid ab Attico. &. 259. b
Cedo

Cedo cui Siculo, cum is reus fieret, ciuis Romanus cognitor factus unquam sit. I. V. 130. a

CEDO. Vis propria huius uerbi nota satis, sed usus minus: nō enim tā uarijs casibus uulgus nunc adiungit, quàm olim Latini, qui nō solum dixerunt. Cedere ex loco: aut loco: sed de & à loco: &, Cedere alicui loco aliquo.

Rectè sic cēseo cedendū de oppidis ijs. At. 115. b

Hostes cedentes ab oppido, Cassius insecutus est At. 79. b

Aeschines propter ignominiam iudicij cessit Athenis. de Or. 126. b

Si Cn. Italia cedit, in urbem redeundū puto. At. 145. b

Dandus est locus fortunæ, cedendum ex Italia. Ep. 168. a

Cedo inuitus de repub. cedo oppressus de fortuna, de dignitate. Antequam. 193. b

Cedam tibi in præsentia foro & curia. Oct. 529. a

Cedere alicui possessione hortorū. p. Mil 116 a

CELEBRO. Orationi aut sermoni non à nostris tribuitur, ut olim à Latinis. Dicebāt enim hi Sermone aliquid celebrare, cum significare uellent, quæ ab omnibus prædicabantur, aut omnibus in ore erant. ut,

Quod ita esse, constanti fama atq; omnium sermone celebratū est. Qu. Fr. 294. b

Quod omniū accusatorū nō criminib., sed uocibus maledictisq; celebratū est pro Cl. 38. a

Quid porrò in græco sermone tam tritum atq; celebratum est: quam &c. pro Flac. 160. a

Quibus in locis nūcij literæq; celebrassent Murenam factum esse consulem, pro Mur. 145. b

Celebrare dies festos ludorum. pro Arch.288.a
Tamen omni in hominum cœtu gratijs agendis, & gratulationibus habẽdis, & omni sermone celebramur. pro mil.120.b
Similisq; frequentia & plausus me usq; ad Capitolium celebrauit. At.53.b
Sed quæ dicta sunt omni superiore oratione, eadem ad celebrandum rumorem ualent. de Pet.212.b

CERNO. Cernere uocarũt Latini, quod Barbari, Partire aut diuidere bona, aut hæreditatem cum aliquo. alio modo, Adire hæreditatem: de quo suo loco.
Pridie Nonarum ex testamento creui hæreditatem. At.171.a
Galeonis hæreditatem creui. At.178.a
Vt de eo, si dicas, qui multas hæreditates adierit, pspice tu, qui plurimũ cernis. ad Her.41.a
Is fratris Appij amorem cum reliqua hæreditate creuit. At.86.b
Non committendum, ut iniussu meo cernat. At.219.b
Hæreditatem creuimus. contra Rul.74.a
A te autem peto, ut me quasi falsam hanc hæreditatem alienæ gloriæ sinas cernere. Ep.135.b

CERTVS. Certum habere, certum esse, scire certum pro certo Latini modi, quos nostrum uulgus nescire uidetur. ut,
Non habeo certum, quæ te res hinc retrahat. E.70.a
Certum non habeo ubi sis. At.143.b
Neq; id ipsum tamen certum habeo. At.7.b

Is tamen

Is tamẽ adhuc uiuit,& dicitur uicturus: sed tamẽ de hoc mihi parum certum est. Ep.157.b

Mihi non tam de iure certum est (quanquã ne id quidem ualde dubiũ est) quàm illud, &c. Ep.17.a

Quem enim impedimento futurum putas, cũ de nobis certum sit nos quieturos? Ep.168.b

Cras ad te fortasse, sed cum certum sciam, faciam te paulo antè certiorem. Ep.141.a

Respondit, se nescire certum. pro Syl.174.a

Pompeium pro certo habemus per Illyricum proficisci in Galliam. At.159.a

De Orobio opinor, sed certum nescio. At.193.b

Nunciatum est nobis, Cæsarem ad VIII. Calendarum Capuæ: hoc pro certo putauimus. At.152.a

Non nunciabatur quicquam, quod pro certo haberemus. At.276.b

Neq; enim mundum pro certo rotundum esse dicetis. de Na.35.b

Præterea nunciatũ est nobis, & pro certo iam habetur, regem Alexandrinum mortuum. Ep.114.b

Dicere aliquid pro certo. de Cla.165.b

Pro certo polliceor, atq; confirmo uobis. contra Rul.87.a

Alcui aliquid certũ esse, Latine significat id, quod uulgari consuetudine tritum nunc est, firmiter aliquid proposuisse.

Mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam. At.103.b

Mihi certum est abire. At.38.b

Quod

Quod certum est facere pro S R.32.a
Sibi certum est Romæ manere. At 205.b
Mihi abiurare certius est quàm dependere. At 5.a
Certum mihi est ad Brutum transire. At.247.a
Certius tibi est, me esse hic, quàm mihi, te istic. At 5 a

Certos homines Latini uocabant, quos nos fideles aut tutos uel proprios etiã nuncios, quibus aliquid nimirum committimus. Non enim dicunt Latini illi ueteres, Misi propriũ nuncium: sed, Misi certum hominem.

Habebam paucis diebus homines certos, quibus dare poteram. At.77 a
Quũ mihi certorũ hominũ potestas erit. E.6.a
Confirmat & se certos homines eius rei causa in Siciliam & terra & mari missurum. in Ver.
Certos homines ad mulieres miseram. At.
Ei statim rescripsi, hominemq́ certũ misi de comitibus meis. At.117 b

Sic Certi homines uocãtur latinè. quos Speciales Barbari appellant: aut etiam, quorũ nomina certo numero comprehẽduntur, sed ob causas aliquas non exprimuntur.

Habet enim certos sui studiosos. de Cla.170.a
Certorum hominum ferociã extimescẽs. pro Mar.135.b
Hanc nostram coniunctionẽ certi homines fictis sermonibus diremerũt. pro Dom. 218.b

Certa uerba, concepta uerba uocantur: quibus tanquam formulis, in iureiurando utimur.

Cur in certa uerba iurẽt, cur certo tempore cõueniant, certo discedant. de In.79.a

Certis quibusdam uerbis diuortium fieri. de Or. 100. a

CESSO. Hoc uerbum quia uulgus ignorat, Ocior, aut Ferior tantũ dicere solet, cũ nihil agant, & omni actione uacant, ociari, aut feriari se dicunt, nunquã cessare, quo uerbo tamẽ Cicero, & alij autores latinæ linguæ, sæpius id significauerunt, quàm per Ferior, aut Ocior.

Isto tam immẽso spacio, quæro Balbe, cur pronoe uestra cessauerit. de Na. 6 a

Cur tam multos deos cessare, & nihil agere patitur. de Na. 59. a

At pueri etiã cum cessant, exercitatione aliqua delectantur. de Na. 79. a

Deniq; aliud aliquid extabit, ne tibi planè cessasse uideamur. At. 26. a

Ego hic cesso, quia ipse nihil scribo, lego autem breuissimè. Ep. 265. b

Cicero noster, dum ego adsum, non cessauit apud rhetorem. Qu. Fr. 320. b

Nec tamẽ istũ cessare, sed celare quæ scribat existimo. Aca. 29. a

Illos libros scribere non cessaui, neq; cesso. Qu. Fr. 325. b

Georgias centũ & septẽ cõpleuit ãnos, nec unquã in suo studio et opere cessauit. de Sen. 79. b

Ille non cessat de nobis detrahere. At. 177. a

De ædificatione tua Cyrum urgere non cesso. Qu. Fr. 307. a

Alterum, si tabellarij non cessarint, necesse est paucis diebus pœniteat audere. de Pro. 72. a

Sin, &c. ne cessaris me certiorem facere, ut accurram. Qu. Fr. 306. a

CIRCVITIO

CIRCVITIO latinè, quæ Circumlocutio, ut græcè περίφρασις, à nouis nostris Latinis uocatur.

Epicurus circuitione quadã deos tollẽs, rectè nõ dubitat diuinationem tollere. de D.116.b

Circuitio est oratio, rem simplicem assumptã circumscribens elocutione. ad Her.54.a

Iam uerò quid opus est circuitiõe, & anfractu? ut utendum interpretibus somniorum potius quàm directo? Deus siquidem consulebat nobis, hoc facito, hoc ne feceris &c. de Diuinat.154.b

CIRCVITVS. Latinè ambitus, & Comprehensio uerborum uocatur, qui Græcè περίοδος. Cicero etiam Circumscriptionem, Comprehẽsionem, Ambitum, aut Orbem uerborũ uocat.

Circuitus orationis, quã Græci περίοδον, nos tũ ambitum, tum circuitum, tum cõprehensionẽ, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus. Or.217.a

Cum illi ueteres circuitum, & quasi orbem uerborum conficere non possent, terna aut bina, aut nonnulli singula etiam uerba dicebant. de Or.161.b

Modò ne circuitus uerborum sit aut breuior, quàm aures expectent: aut longior, quàm uires atq; anima patiatur. de Or.160.b

Circuitus, continuatioq; uerborum. Or.204.a

CIRCVMSPICIO. Verbi uis nota & perulgata fortasse est: sed cum accusatiuo pauci iungunt, præsertim cũ animo tribuitur, quo prouideamus & consideremus aliquid.

Circumspice

Circumſpice omnia membra reipub. quæ no/tiſsima ſunt tibi. Ep.70.a

Multa in cauſis circumſpicienda ſunt, ne quid offendas, ne quo irruas. de Or.156.b

Omnia circumſpexi, omnia periclitatus ſum. pro Qu.18.a

Vt circumſpiciamus omnia quæ populo gra/ta ſunt. contra Rul.64.a

Circumſpicite pauliſper mentibus ueſtris ho/ſce ipſos homines. pro Syl.180.a

Atq; illud circumſpicite mentibus ueſtris. con/tra Rul.74.b

Nunquam homo amentiſſime te circumſpici/es? numq; quid agas, cõſiderabis? Par. 120. b

Quare P. C. incumbite ad ſalutem reipub. cir/cumſpicite omnes procellas. in C.118.b

Cõuerte animum, & ea ipſa artium genera cir/cumſpice. de Or.

CITERIOR. Tribui hoc uerbo temporis in/teruallo quoq; uulgus ignorat, coq; ſignifica/ri, quod Barbari proximiora uocant.

CIVIS. Attendãt uſum huius uerbi ij qui di/cere conſueuerũt, Conterraneus meus, aut ali/cuius, aut cõpatriota, uel conciuis meus, quæ poſtrema duo planè barbara ſunt. Cõterrane/us uerò apud Plinium non ſignificat eum qui eiuſdẽ eſt ciuitatis, ſed terræ & regionis. Quem Cicero, ut mihi uidetur, & alij, populare uocãt (quanquam & ciuis quoq; popularis dicitur) Qui uerò eiuſdem ciuitatis eſt, Suũ ciuem La/tini uocabant. Itaq; ſic latinè à Cicerone loqui diſcamus.

Facinorosorũ armis meos ciues meis consilijs periculisque seruatos pro me obijci nolui. pro Mil.108.b

Vt sint opera, studio, labore meo doctiores ciues mei. de Fin.51.a

Valeant, inquit, Milo, ualeant ciues mei, sint incolumes, sint florentes. pro Mil.119.b

Quod meos ciues, & à me conseruatos. Epist. ad Lentulum.

Serui mehercle mei, si me isto pacto metuerẽt, ut te metuunt omnes ciues tui, &c. in Cat.

Dabunt igitur mihi ueniam mei ciues, uel gratiam potius habebunt. de D.

CLAVSTRA. Translatè Latini hoc nomine significarunt, quod nostrum uulgus clauẽ appellat. ita quam nos clauem imperij aut regni, illi claustra uocant.

Corinthus erat posita in angustijs Græciæ, sicut terra claustra locorũ teneret. & duo maria penè contingeret. contra Rul.83.b

Omnes urbes maritimas claustris imperij nostri contineri. pro Flac.152.a

CLAVSVLA. Quam nos sententiam aliquam, aut etiam periodum, græco more uocamus, Latini Clausulam appellarũt, circuitũ scilicet uerborum, quibus sententia aliqua cõcluditur. Idem etiam ualet quod caput, de quo suprà. Interspirationis enim, non defatigationis nostræ, neq; librariorum notis, sed uerborum & sententiarum modo, interpunctas clausulas in orationibus esse uoluerunt.

Clausulæ in orationib. interpũctæ. de Or.159.a

Cum

Cum essem cũ eo Tarracinæ de amicitia: falsa, attamen à te ipso ficta tota narratio: addidisti clausulam, tota Terracina &c. de Or. 151. a

Illa uerò præclara est clausula edicti, quòd omnium cõtrouersiarum, quæ essent inter aratorem & decumanum, si uter uolet, edicit se recuperatores daturum. I. V. 154. b

clausula quoq; epistolarũ, aut comœdiarum, aut libri alicuius extremam partem Latini uocant, quod enim est peroratio in oratorib9, in epistolis, & similibus omnibus est clausula. Nostri Conclusionem, aut finem appellant

Cicero in Antonij epistola recitãda ad finẽ peruenit, inquit, Veniamus aliquãdo ad clausulam. Legatos uenire nõ credo. in Anto. 257. a

Quamobrem, quoniã mihi nullũ scribendi argumẽtũ relictũ est, utar ea clausula, qua soleo, ad studiũ summæ laudis cohortabor. Ep. 19. b

Mimi ergo est etiam exitus non fabulæ, in quo cum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus. pro Cæl. 51. b

CLIENS. Latinè is dicitur, qui barbarè nũc Vasallus. Patroni enim uocãtur, qui præsunt clientibus. de quo suo loco. (R. 34. b

Mãlius Glaucia tuus cliẽs & familiaris. pro S.

Quos clientes nemo habere uelit, nõ modò esse illorum cliens. I. A. 180. b

Clientela latinè, barbarè Homagium, etiã quã Saluegardiam Barbari appellant. latinè Clientelam uocare licet, ut habere Saluegardiam, latinè reddamus per Conferre se in clientelam, esse in clientela alicuius.

Scis quàm diligam Siculos, & quàm illam clientelam honestam iudicèm. At. 227. a
Ianus medius in L. Antonij clientela sit. I. A. 208. a
Conabaris clientelam tam illustrem, tam splendidæ prouinciæ ad te traducere. I. V. 221. a
Quare si te fautore usus erit, amplissimè clientelas acceptas à maioribus confirmare poterit. Ep. 227. a
Esse in fide, & in clientela alicuius. pro S. R. 54. a
Conferre se in fidem & clientelam alicuius, &. 56. a

COEO. Verbi huius uis & usus prorsus à cognitione uulgari seiunctus esse uidetur. Cum enim duo simul idem petunt, qui collegæ futuri, aut qui coniungendi sunt munere, necessitudine aut societate coire dicuntur latinè: nos nunquam isto modo.

Cæsar cum eo coire cogitat, & Bibulus cum hoc se posse putat coniungi. At. 15. b
Vtinam Cn. Pompei cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses. I. A. 165. a
Cum hoc coire ausus es? Postquam. 207. b
Coire societatem uoluntariam cum aliquo. pro S. R. 21. b
Pinna cum squilla societatem coit comparandi cibi. de N. 50. b
Coire societatem præmij uel sceleris cum aliquo. pro S. R. 54. b
Collegia mediusfidius Tribunorum plebis tota reperientur &c. quæ coeant de hominum locupletissimorum bonis. pro Dom. 222. b

Dixi

Dixi Habito statim de eo qui coisset, quo quis condemnaretur, illum esse liberum. pro Clu. 48.b
Qui eorum coit, coierit, conuenit, conuenerit, pro Clu. 49.a
COERCEO. Vis propria peruulgata satis non est. Significarunt Latini hoc uerbo contineri complexu id quod intus est.
Mundus omnia complexu suo coercet & continet. de N. 57.a
Restat ultimus, & omnia cingens & coercens cœli complexus. &. 46.a
Fluuium extra ripas diffluentem coercere. de Cla. 194.b
Genus est, aqua pluuia nocẽs: eius generis formæ, loci uitio, & manu nocens: quarum altera iubetur ab arbitrio coerceri, altera non iubetur. Top. 224.a
COGITO. Quòd latinæ linguæ cognitio & usus maximam partem obseruatione & lectione optimorum autorũ discatur, hoc loco clarum est. Nam qua ratione iungatur hoc uerbũ nominibus ad locũ, omissis uerbis profectionem significantibus, quis Grammaticorũ docere potest? Sic enim olim consuetudine incorrupta usurpatum est, ut huic uerbo potissimũ hoc accidat, ut uerbum profectionem significans, omittatur: quam si in omnibus sequamur, latine optime discemus.
Ludi Antij futuri sunt pridie Non. eos Tullia spectare uult, inde cogito in Tuscul. At. 27.a
Sed in epistolis, & sermonibus familiaribus

magis locum habere uidetur ob breuitatem quam aliis generibus orationum.

Hinc uero uulgo uadunt, etiã M. Lepidus, quo cum diem conterere solebã, cras cogitabat, nos aũt in Formiano morabamur, q̃ citius audiremus: inde Arpinũ uolebam9. At. 124. b

Tu de tuo itinere quid & quando cogites, uelim me certiorem facias. At. lib. 10.

COGNITOR. Latini eum uocabant olim, cum integrè loquerentur; quem nunc recẽtes Latini Procuratorem iudicialẽ: in quo hoc admirandũ & obseruandum est, cum à Cognosco fieri uideatur, neq; Cognosco, neq; Cognitio idem ualere. Iudici enim tribuuntur, non iis qui causam alicuius agendam suscipiunt.

Me defensorẽ suarũ calamitatum, me ultorem iniuriarum, me cognitorẽ iuris sui, me actorem causæ totius esse uoluerũt. in Ver. 4.

Quid interest inter eũ q litigat, & qui cognitorẽ dat? qui p se litẽ cõtestatur, sibi soli petit: alteri nemo potest, nisi q cognitor est factus. itane uero? cognitor si fuisset tuus, quod uicisset iudicio ferres tuum, suo nomine petiit q̃d abstulit: sibi, nõ tibi exegit. pro Q. R. 51. a

Tu Qu. Roscium pro opere & labore quòd cognitor fuisset, quod uadimonia obisset, rogasti &c. pro Qu. R. 51. a

In hanc rem me cognitorem dedisti, &. 50. a

Nisi te in suam litẽ dedisset cognitorem, &. 54. a

Ciuem Romanũ, qui cognitores homines honestos daret, sublatũ esse in crucẽ. in V. 78. b

Videte porro aliam dementiã, cognitorẽ ascribit Sche-

bit Sthenio. quem? cognatum aut propinquum?non,&.129.b
Sthenius inuenire neminem Siculum potuit, qui pro se cognitor fieret.I.V.230.a
Cedo cui Siculo cum is reus fieret, ciuis Romanus cognitor unquam factus sit?ibidem.
Credo Sthenius hoc sibi amplum esse putauit, eligere è ciuium Rom.numero,quem cognitorem daret.ibidem.
COGNOSCO.Dicitur is cognoscere de re aliqua,qui inquirit, aut quæsitor constitutus à magistratu.ut disceptet de eo ꝙ in iudiciũ uenit.Iudicũ igitur munus cognoscere,Cognitorẽ esse uero eius qui defendit causam alicuius, uidere aut audire qui ius habet, & nõ, quàm æqua sint, & non, causam audire. (I.V.113.b
Causã Verres cognoscebat, Verres iudicabat.
Aratus adhibuit sibi in cõciliũ quĩdecim principes,cũ quib.causam cognosceret. Off.50.b
Vt consules cognoscant,qui ager colonus sit, qui contrà.I.A.204.b
Se de hæreditate uelle cognoscere,quæ eis à filio uenisset.in Ver.4
Cognitio pro actione & munere eius qui cognoscit.
Vtrum hic tandem disceptationem & cognitionem ueritatis, an innocentiæ labem aliquam,aut ruinã forte putatis?pro Flac.151.a
Quæ lex earum rerum quas Cæsar egisset, magnam consulibus cognitionẽ dedit.At.265.b
Coss.quorum & lege,& S.C. cognitio,& iudicium fuit.ibidem.

Orbis terrarum cognitionem alicui sine consilio dari, & pœnam sine prouocatione. contra Rul.72.b

Cum dies cognitionis esset. de Cla.172.a

COGO. Propria uis huius uerbi in uulgus ignota esse uidetur: eadem enim est, quæ uerbi Congrego, aut, in unum colligo.

Crassus pollicitus est, se ius ciuile, quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coacturum. de Or.121.b

Interea dum hæc quæ dispersa sunt, coguntur, &.100.b

Itaque non amplius xiiij. cohortes Nuceriam coegi. At.130.b

Neminem coegeris: ipsi conuenerint sua sponte. pro Cec.296.a

Quæ si copiæ in unum locum coactæ fuerint, At.130.b

Vt reliquæ copiæ omnes Brundusium cogerētur, &.129.b

Cogere homines armatos. pro Cec. 190.a

Nec duces simus, nec cogamus. At.245.a

Sed omnibus unum in locum coactis scriptoribus. de In.62.b

Recordare cætera quàm citò senatum coegerim. Ep 60.a

Cato in ipsa curia solebat legere, dum senatus cogeretur. de Fin.91.a

Marcellus me rogauit ut cogerem medicos: coegi, & euestigio eo sum profectus. Ep.56 a

Aer extenuatus in sublime fertur, concretus autem in nubem cogitur. de N.46.a

Multa, sunt ex quibus effici cogiq́ possit &c. de N.66.a
Ex quibus id q̃d uolumus, efficitur & cogitur.
Hic complexio est infirma, aliud enim quàm cogebatur, illatum est. de In.58.b
Hoc cogere uolebat, falsas literas esse. Brutus. 91.b
Cogendi munus erat eorum qui pecunias, aut id quod à magistratu imperatum erat, accipiebant & colligebant: publicanisq́ uel redemptoribus, uel ijs qui à magistratu cõstituti fuerunt, tradebant.
Ait enim, dum Gabinio pecuniam Posthumus cogeret, ex decumis imperatorum pecuniam sibi coegisse. pro R.P.127.b
Cogere pecuniam à ciuitatibus. I. V.286.b
Cogere stipem. de Leg.174.a
Cum frumentum imperarem, cum stipendium cogerem. I. V.90.b
Iste nauem maximam Messanæ publice coactis operis ædificauit, &.111.a
Dubium ne est, quin ista omnis improbitas cogendæ pecuniæ causa nata sit. post exigit tantum pecuniæ ab ijs. I. Ver.187.a
Sic Coactor, quem nunc (ut Budæus inquit) receptorem particularem uocant.
Non intelligo hoc quale sit: utrum accessionẽ pecuniæ, ut nostri coactores facere solent, centesima, an decessionem de summa fecerit. pro R.P.127.b
COHAEREO. Orationi non item tribuitur nunc à nostris, ac olim à Romanis, quæ cohæ-

rere dicitur, cum aptæ sunt partes inter se. Opponitur ei disiuncta & contraria esse.

In quo non modo crimen non hærebat, sed uix diserti adolescentis cohærebat oratio. pro Cæl.40.b

Sermo familiaris non cohærebit, si uerba inter nos aucupabimur. pro Cec.295.a

Nõ quæro iam, uerumne sit illud: dico, ea quæ dicat, p ræclare inter se cohærere. de Fin.5.

Aptissime cohærent inter se. Or.210.b

Tam autem eras excors, ut tota in oratione te cum ipse pugnares: ut non modo non cohærentia inter se diceres, sed maxime disiuncta atq; contraria. in A.2.

COLLIGO. Se aut animum colligere, Latinæ linguæ optimi autores dixerũt: quod Barbari nunc exprimunt per, Resumere animum.

Crassus quasi colligendi sui causa se in Tuscul. contulit. de Or.87.a

Cum animus se collegit atq; recreauit. Tuscul. 160.b

Vocem ab acutissimo sono usq; ad grauissimũ sonum recipere, & quasi quodammodo colligere. de Or.107.a

Tum, me, inquit, collegi, uerens ne, &c. At.278.a

Ipsi se collegerunt admiratione integritatis meæ. &.103.a

Iudicium tuum magni æstimans, idq; ueritus, me ipse collegi. &.278.a

Tamen ut me collegi, cætera facillima uidebantur. Ep.40.a

Collegi ipse me &c. &.11.b

Rogo

Rogo te colligas, uirumq́ præbeas. &.73.b
Sin aliquid uirum fortè collegerit, &.176.a
Quid est autem, seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursum in suum locum colligere. Tus.226.a.b
Tu te collige, aliquid loci rationi & consilio da pro. Qu.9.b
Quæ cum intuerer stupens, ut me recepi, quis hic inquam? de Som.128.b
Is primò perterritus somnio, surrexit: deinde cum se collegisset &c. recubuit. de D.92.b
Colligere beneuolentiam, gratiam, famam existimationem, eodem modo quo captare, Latinum prorsus uidetur.
Ad istorum beneuolentiam conciliandam & colligendam. Qu.Fr.501.a
Beneuolentiam ciuium blandicijs & assentationibus colligere turpe est. De Am.107.b
Beneuolentiam & bonum rumorem colligāt. de Leg.166.a
Colligere beneuolentiam à persona alicuius. ad Her.2.a
Ex hoc labore magnam gratiā dignitatemq́ colliges. Qu.Fr.517.a
Existimatio multo labore collecta. I.V.66.a
Colligere gratiam ex priuatorum negotijs. de Or.155.a
Conseruare famam antè collectam. in Verrem. 66.a
Colligere bonum rumorem. de Fin.116.a
Colligere laudem omnium undique. Qu. Fra. 298.a

COLLINEO.

COLLINEO. Hoc uerbo latine significatur, quod barbare dicitur, Ferire scopum, figere album, iaculari, tangere album, aut papyrum.

Qui est enim, qui totum diem iaculans, non aliquando collineet? de D.155.b

Vt si cui sit propositum collineare hastam aliquò, aut sagittam. de Fin.94.b

Huic in eius similitudine omnia facienda sunt ut collineet, & tamen ut omnia faciat, quo propositum assequatur. ibidem.

COLLOCO. Cum hoc uerbum matrimonio tribuitur, quàm uariè collocetur cum nominibus, nisi à diligenti & attento homine, cognosci non potest. Itaq; modos omnes subijciã, ut id quod uulgo dicitur, Filiæ uirum dare, latine, idq; diuersis modis reddere discamus.

Themistocles cum consuleretur, utrum bono uiro pauperi, aut minus probato diuiti filiam collocaret. Off.48.a

P. Scipio Corneliam filiã Tiberio Craccho collocauit. de In.59.a

Cuius Caij filio filiam suam collocauerat, affinitate sese deuinxerat. de Cla.175.a

Cum uellet sororis suæ filiam in matrimonium collocare. de D. 101. b

Collocare filiam alicui. de Cla.175.a

Atq; huius potẽtiæ causa matrem in Biturigibus homini illic nobilissimo ac potẽtissimo collocasse, ipsum ex Heluetijs uxorẽ habere, sororẽ ex matre, & propinquas suas nuptũ in alias ciuitates collocasse. Cæs. i. bel. Gal.

Collocare beneficium, aut aliquid apud aliquem pro,

pro, afficere aliquem beneficio, aut aliquo bo-no, aut collocare benè aut malè, id est quod uulgo dicitur, Beneaut malè impēdere aliquid in aliquem.

Benè collocare beneficium. Ep. 216. a

Collocare beneficium apud aliquem. Off. 48. a

Se benè apud istum tam multa precia ac mu-nera collocasse. I V. 247. a

Aedilitas alicui data, & rectè collocata, & in lo-co posita. I. V. 245. a

COMMEMINI. Idē ualet quod Memini, sed minus usitatum nostris.

COMMENTARIVM. Latini uocabāt & Cōmentarios, quæ uulgus nostrum Registrū, aut Memoriale appellat, in quib9 capita tantū rei alicui9 scribūtur & notātur memoriæ cau(sa.

Ipsa illa cēsoria cōtra Cn. Domitiū colle-gā nō est oratio, sed quasi capita rerū, & ora-tionis cōmentariū paulo plenius. de Cl. 179. a

Quam quisq; sententiam dixerit, in commen-tario est rerum urbanarum, è quo tu quæ digna sunt, selige. Ep. 121. b

Commentarium consulatus mei græcè scriptū misi ad te. At. 19. a

Antonius ciuitates donabat ex commētario. Octa. 329. b

Commētarium rerum urbanarum primū de di L. Castrinio, secundum ei qui has literas tibi reddet. Ep. 113. a

Audite decretum mercenarij prætoris ex ipsi-us commentario. I. V. 246. b

Recita commentarium. ibidem.

Ego

Ego recentem putarem memoriã senatus commentario meo posse superari. pro Syl. 175. b
In eo est disputatio scripta Carneadis, quam se ait in commentarium retulisse. Tus. 202. a
Referre aliquid in commentarium manu sua. At. 102. b

COMMEO. Verbum hoc è tenebris in lucẽ proferendum est: quod uulgus pro eo usurpet, Ire & redire: quod Latini per Commeare efferunt.
Crebrò enim illius literæ ab illis ad nos commeant. At. 124. a
Insula Delos, quò omnes undiq; cum mercib9 atq; oneribus commeabant. pro Pom. 14. b
Nauis quæ ad ea furta quæ reliquisses, cõmearet. I. V. 245. a
Cum eadem uicissim retrò cõmeant. de N. 65. b
Sol ab ortu ad occasum commeatus. &. 35. b
Animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeantem. de N. 7. b

COMMITTO. Committere ut: Iunguntur hæ duæ uoces sæpe à latinis: idq; ijs significãt, quod uernaculo sermone uix, Latino, alijs uerbis nullis reddi potest, quare diligẽtius attendendum est, usuq; quotidiano terendũ, ut cũ id, quod uulgari more ferè dicitur, Non debes facere, ut: cauere, aut uidere debes, ut, ne, &c. exprimere, aut similia efferre uelimus, Latinè dicimus, Non committes ut, &c. cui hoc, tanquã proprium, est à Latinis tributum.
[illegible]o circa uereor committere, ut nõ benè prouisa principia ponantur. de Leg. 165. a

Ego nolo quēquam ciuem cōmittere, ut morte mulctandus sit. I. A. 217. a

Non committā, ut tibi insanire uidear. E 65. b

Non committam posthac, ut me de negligētia epistolarum accusare posſis. At. 4. a

Id enim ipsum sordidum est ad famam, cōmittere ut accusator nominetur. Off. 45. a

Non est meum committere, ut negligens fuisse uidear. Ep. 59. b

Ipsum Cæsarem sanè de te nihil questum, nisi dictum, quòd diceret te dixisse, laudandum adolescentem, ornandum, tollendum, se nō esse commissurum ut tolli posſit. &. 176. b

Non committendum putaui, prius ut Alpes transgrederer, &. 177. a

Non puto Cn. nostrum commissurum, ut Domitium relinquat. At. 118. a

Non placuit nobis committere, ut temeritas nostra reipub. noceret. &. 124. b

Id autem ut accideret, commissum est Hortensij consilio, &. 10. b

Non committam, ut tibi cum possim prodesse, non prosim, &. 69. b

Ne committas, ut frustra properasse uidearis, &. 213.

Præsertim cum id commiserit, ut ille alter annus etiam tertium posset adducere. Quint. Fra. 290. a

Commissum nihil est, quare ad istam rationem perueniretur. pro Qu. 11. a

Non committam, ut si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi. de Or. 130. a

Commissum

Commissum esse aliquid alicui. Latinè significabant Romani olim hoc modo: quæ nos barbarè, Cadere in pœnã: uel quod Germanorum lingua dicitur, *Etuuas einem uerfallen sein*: Latinè redditur per Commissum esse. uulgus etiam nostrũ germanico latinè sic effert, In pœnam aliquam incidere. Bona alicuius confiscanda esse.

Faciemus ut palestritæ petant hæreditatem, q̃ eam palestræ cõmissam esse dicãt. I. V. 116. a

Calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ cõmissam esse dicerent, &. 81. b

Pœnam octupli commissam persequi, & 154. a

Nihilominus enim potest, ut illam mulctã non commiserit, accepisse tamẽ ob rem iudicandam. pro Clu. 39. a

Hanc ego deuotionem capitis mei, cum ero in sedes meas restitutus, tum deniq; cõuictam & commissam putabo. pro Dom. 242. b

Sacrũ commissum, quod expiari non poterit; impiè commissum esto: quod expiari poterit, publici sacerdotes expiãto. de Leg. 175. b

Idq; ne committi possit, ad eam rationem cursus annuos finiunto. ibidem.

Quem Commensalem barbari uocant, Latini *Conuictorem* nominant.

COMMODE, pro Benè. crebrò Cicero usurpauit: nos rarius.

Quod literas, quibus putas opus esse, curas dandas, facis commodè. At. 175. a

Hunc pro dignitate laudare, nemo satis commodè potest. pro S. R. 24. a

Commodius fecissent.contra Rul.87.b
Sanè commodè Pompeius distribuit binos sin gulis partibus familiarem. At.111.b
Feceris igitur commodè,mihiq́ gratum, si me de his rebus feceris certiorem,&c.156.a
Sed toto hoc de genere cōmodius à quibusdā &c.disputatur.Off.52.a
Sic *Commodus*, bonum & facilem uirum, quo quis uti posset,significat.
Nemo Catone proauo tuo commodior, comi tior,moderatior, ad omnem rationem hu- manitatis fuit.pro Mur.139.b
In hoc genere multo te esse commodiorē mi- tioremq́ nunciat.Qu.Fr.297.b
Qui priuatus intolerabili superbia fuerit,cum commodum & sui cognoscentē uidere in po testate quis speret?ad Her.29.b
COMMODO. Alicui commodare aliquid, aut in aliqua re,pro commodo esse, iuuare, & adesse:tritum non est nostris sermonibus, ut olim Latinis.
Quæ successori commodare potest is qui pro- uinciam tradit.Ep.31.b
Quibus tu quæcunq́ commodaueris, erunt mihi gratissima,&.222.a
A te peto, quando apud gratos homines be- neficium ponis, ut eo libentius his commo- des,operamq́ des,&c.&.225.
Quamobrem peto à te maiorem in modū.ut, his omnibus in rebus, quantum tua digni- tas fidesq́ patietur,commodes.&.218.b
Peto igitur abs te,ut omnib9 rebus,quod sine
 molestia

molestia tua facere posfis. ei cõmodes. &c.219.a
Cupio ei societati quibuscunq; rebus possim commodare.&c.207.a
Quicquid ei commodaueris, erit mihi maiorẽ in modum gratum.&c.211.a
Hæc à uirtute donata, cætera à fortuna cõmodata esse uidentur.pro Mar.134.a
Commodare alicui. At.31.b
COMMODVM.pro Vix,notũ parum nunc est.in quo obseruetur,Cum semper cõsequi:ut usus Commodum discatur.
Commodum ad te dederam literas de plurib. rebus,cum ad me benè manè Dionysius fuisset.At.168.b
Commodum discesseras heri, cum Trebatius uenit. &c.206.a
Commodum ad te miseram Demeam,cum ad me Eros uenit.&c.214.b
COMMVNICO. Multi ex recentibus latinis iungunt hoc uerbum cum datiuo personã significante:sed contra consuetudinem optimorum ueterumq; autorum, qui Cõmunicare cũ aliquo,non Alicui dixerunt.ut,
Desinant causam suam cum Chrysogono communicare.pro S.R.42.a
Ego prouinciam cum Antonio cõmunicaui. I.P.80.b
Num tibi illius uictoriæ gloriam cum illo communicandam putas?I.V.236.b
Cum omnis potestas deorum immortalium aut translata sit ad uos, aut communicata uobiscum.pro Mur.142.a
Amicitia

Amicitia res aduersas partiens cõmunicansq́ leuiores facit. de Amic. 100. a

Vt si quam præstãtiam uirtutis cõsecuti sunt, impartiant eam suis, communicentq́ cum proximis, &. 109. b

Sequitur igitur ad participandum alium alio communicandumq́ iustos natura esse factos, de Leg. 162. a

Socij putandi sunt, quos inter res communicata est. I. V. 158. a

Præmia uirtutis nõ oportere aut cum improbis communicari, aut in mediocribus hominibus peruulgari. de In. 76. b

COMMVTO. Vsum solum huius uerbi à Cicerone discamus, nam uis non adeo obscura est. Dicitur enim eo autore, Cõmutare aliquid aliqua re, & cum aliqua re.

Vt cum patriæ charitate constantiæ gloriam commutaret. pro Sest. 11. a

Qui fidem suam ad perniciem innocentis pecunia commutauit. pro Clu. 44. a

Multi leue compendium fraude maxima commutarunt. ad Her 11. b

Possessionis inuidiam pecunia commutare. contra Rul. 63. b

Proprium proprio commutare. Or. 158. a

Mortem cum uita commutare. Ep. 50. a

Quis unquã conatus est omnia iura & consuetudinem omnium commutare cũ uituperatione sine quæstu. I. V. 158. a

COMPARATE, latinè: quod barbarè, comparatiuè, uel relatiuè, respectiuè, conditionaliter.

Cum autem quæritur, quale quid sit: aut simpliciter quæritur, aut comparatè. Top.228.a

COMPAREO. Non sistere se, aut uenire aliquo, ut uulgus putat, significat: sed idem ualet quod Appareo.

Illa cōspiratio conflata ita restincta est, ut nulla scintilla cōpareat incendij. Antequā.194.b

In Thucydide orbem orationis desidero, ornamenta comparent. Or.220 a

Nobis quidem pueris oratio hæc omniū optima putabatur, quæ uix iam cōparet in hac turba nouorum uoluminum. de Cla.175.b

Omnis suspicio in eos seruos, qui non cōparebant, commouebatur. pro Clu.55 b

Pompeium non comparere, nec in Balearibus omnino fuisse. At.186.a

Quæ ita à fortuna deformata sunt, ut tamen à natura inchoata compareant. pro Syl.181.a

COMPARO. Vis neq; usus huius uerbi notus est uulgo. Cum enim idem eo Latini significabant, quod simplici uerbo Paro, hoc semper, illo nunquam utitur. Sic tamen Cicero.

Sed eas rationes tu ita refellis, ut cum me interrogaturus esse uideare, & ego me ad respondēdum cōpararim, repentè auertas orationem, nec des respondendi locum. de N. 63.a

Milo paulisper dum uxor se, ut fit, cōparat, cōmoratus est pro Mil.106.b

Pompeius se comparat, homines ex agris accersit. Qu.Fr.308.b

Instituere, comparare, perficere aliquam rem. pro Dom.217.a

Sed te illud moneo, ut te ante compares, & quotidie meditere. Qu. Fr. 297 b
Qui ludos HSCCC. comparat. Qu. Fr. 328. a
Bene male comparatum esse, aut aliquid comparasse aliquem, pro, Institutum esse, uel instituisse, in uulgus ignotũ est. Quis enim sic loquitur?
Maleficium de quo iudicium comparatum sit. de Inuen. 69. a
Idcirco illa sortitio comparata est, ne &c. pro Clu. 44. a
Bene maiores nostri hoc comparauerunt, ut neminem regem, quem armis cepissent, uita priuarent. ad Her. 29. a
More maiorum comparatum. pro S. R 55. b
Præclare legibus comparatum est, ut &c. Atti. 280. b
Itaq; maiores nostri raro id accidere uoluerunt, prætores, ut considerate fieret, comparauerunt. pro Qu. 9. a
Ius à maioribus nostris ita comparatum est, ut ciuis Rom. libertatem nemo amittat inuitus. pro Dom. 228. b
Iam hoc quoq; propè iniquissime comparatũ est, quod. pro Clu. 29. a
Si ita natura paratum esset, ut ea dormientes agerent quæ somniarent. de D. 135 b
O mira, præclara, atq; diuinitus iam à principio Rom. nominis a maioribus nostris ratio comparata, ne quis, &c pro Cor. 60. a
Ita ratio comparata est uitæ naturæq; nostræ, ut alia ætas oriatur ex alia de Am. 115 a
Genus ἐπιδεικτικὸν, quod quasi ad inspiciendum
 delecta-

delectationis causa comparatum est. Or.200.a

COMPELLO. Verbũ hoc prorsus à nostris ignoratur. pro eo enim dicunt, nomine proprio, aut nominatim aliquem nominare. Cicero uerò Compello, ut Appello.

Mimus quidam Accium poetam compellauit in scena cũ eo Accius iniuriarum agit. hic nihil aliud defendit, nisi licere nominari cũ, cuius nomine scripta dentur agẽda. ad Her.5.a

Neque solum id dixit, sed quos ei commodum appellauit. Postquam.206.b

Nominatim alij compellebantur, alij citabantur, alij relegebantur. Postquam.211.a

Exinde compellare pater me uoce uidetur his uerbis. de D.89.a

Quare da te in sermonem, & perseca, & confice, exita, compella, loquere. At.212.a

COMPATIOR. Barbarum est: latinè Commoueor, misericordia moueor. Compassio, misericordia. de quibus alio loco plura.

COMPENSO. Hoc uerbo ueteres Latini significarunt, quod recentes uerbo Sarcio, aut resarcio: dixeruntq́ non solum compensare aliquid aliqua re, sed etiam cum aliqua re.

Certisq́ operis & officijs erit, quod uiolatum est, compensandum. Off.47.b

Vestra in me attente audiendo benignitas prouexit orationem meam: sed hoc compensabo breuitate eius orationis. quæ &c. pDom. 219.b

Ii tamen hoc uitium compensant uel facultate, uel copia. Or.229.a

Vix ullo otio compensandam hanc reipubli. turpitudinem. At.114.

Summi labores nostri magna compensati gloria, mitigantur. de Or.144.a

Massilienses Gallicorum bellorum pericula populi Rom. copijs remissisq́ compensarunt. pro Fon.276.b

Damna in stipendijs ab isto dissoluta, & compensata ætatis fructu. I. V.242.b

Atq́ hæc omnia honoris commodis compensantur. pro Clu.49.b

Paucitatem pedum grauitatis suæ tarditate compensat. Or.218.a

Sed sit offensus, nonne compensabit cum uno uersiculo tot mea uolumina laudum suarum? I.P.96.b

Compensabatur tamen cum his omnibus animi lætitia: quam capiebam. de Fin.85.a

Compensabatur cum summis doloribus lætitia. ibidem.

Et cum maximis curis & laboribus compensare eam, quam ex discendo capiant uoluptatem. de Fin.136.b

Neq́ ulla re alia, quæ à uobis consequuntur, nisi opera sua compensari posse putant. pro Mur.141.a

Si facta compensanda sunt, conferamus æquitatem. Antequam.194.b

Catonis est dictum, pedibus compensare pecuniam. pro Flac.161.a

COMPERENDINARE, & *Comperēdinari reum*: de quibus dixerint Latini, ex his Budæi uer-

bis satis intelligitur, qui sic inquit: Comperēdinati rei dici possunt in causis criminalib quos curia dimissos fide sua esse uoluit, hoc ē, quos suæ ipsorum custodiæ commisit, ut aut urbem carceris loco iusti habeant, aut priuatā aliquā domum: ut fit interdum ex personarum dignitate, & genere causarū. Comperēdinati autem ideo dici possunt, quia nō planè absoluti sunt: sed ueluti uadimonio quodā obstricti, uel quia nondum comperta satis crimina, uel quia nōdum innocentes se approbauerunt. Cicero 6. Ver. 29.

Videte hominis amentiam. Postquā est comperendinatus, quum iā pro damnato, mortuoq; esset, ludis Circensibus manè apud Sisennam uirum primarium quum essent triclinia strata, argentumque expositum, & contemplari unumquodq; otiose, & cōsiderare cœpit. Mirari stulticiā alij &c. alij amentiam: cui comperendinato quum tam multi testes dixissent quicquam illorū ueniret in mentem. Comperendinatum Verrē, id est qui in secundā actionē impetrauerat iudicium differri, Cicero damnatū inuidiose appellat, propter ingētia crimina, testimoniaq; premētia, & præiudicia ab ipso multis reb. de se facta: utpote qui accusatus repetundarū, quod Siciliam prouinciam argenteis uasis, cælatisq; spoliasset, tamē temperare sibi apud Sisennā nequiuisset, quin cupiditatem illam prænimiam cælatæ supellectilis ingenitam sibi proderet. Hactenus Budæus.

COMPLECTOR. Animo cogitatione aliquid complecti, ut Comprehendere, nobis nõ ita usitatum ut Romanis olim.

Cum complector animo, quatuor causas reperio &c. de Sen. 80. a

Nec enim minus nostra sunt, quæ complectimur animo, quàm quæ oculis intuemur. Ep. 75. b

Complexus igitur sum cogitatione te absentem. &. 43. a

Omne cœlum, & totam terram mente complecti. de Fin. 88 a

Animo rei alicuius magnitudinem complecti. de Or. 86. b

Quod cogitatione tantum & mente complectimur. Or. 197. b

Te rogo, ut quæ successori amicissimo commodare potest is, qui prouinciam tradit, ea pro nostra constantissima uoluntate erga te cura ac diligentia complectare. Ep. 31. b

Complecti aliquem, pro Amare, aut quod Germanice dicitur, *zuo hertzen nemmen*.

Cum Oppius me hortaretur, ut adolescentem totamq́ causam, manumq́ ueteranorum complecterer. At. 261 a

Rogo te, ut hunc adolescentem humanitate tua comprehendas, id est, complectaris. Epistol. 210. a

Frater eius mecum est multum, quare ut instituisti, cõplectere adolescentem. Qu. Fr. 321. b

De ipso Tito Annio tantũ tibi polliceor, te maiore beneuolentia erga te, si coplecti hominem uolueris habiturum esse neminem.

Veterem ex tuis literis libenter complexus sum.At.280.b

Quare de te homine complectetur, mihi crede.Ep.22.a

Multus est hic ordo complexus honoribus & beneficijs suis.de Pro.77.a

Complecti aliquem beneficio.pro Plan.276.b

Complecti aliquē beneuolētia.pro Mur.132.b

Eodē modo *Comprehendo* quoq; usurpatur.ut.

Comprehendere multos amicitia.pro Cæl.40.

Vehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescētem humanitate tua comprehenderis. Ep.210.a

Is omnibus officijs, per se & per patrem, totā Atinatem præfecturam comprehendit. pro Plan.268.b

COMPRIMERE, aut compressum frumentum, librum, dixerunt latini: Barbari uero, Apud se tenere, Intertenere frumentum. Sed sic latine loquamur.

Omnis improborum uis diu collecta & inueterata compresso odio atq; tacito iam erumpebat in actum.pro Dom.225.b

Clausum & compressum frumentum possidere.in Ver.5.

Græci & ciues Romani, qui frumentum compresserant, magnum numerum pollicentur.At.82.a

Orationem illam ita compresseram, ut nunquam emanaturam putarem.At.44.b

COMPROMISSVM. Eorum est qui arbitro iudicium litis alicuius concedunt, parituros; se sen-

se sententiæ & arbitrio eius promittunt.
Quod iudicium secundum Heraclium de compromissis factum est. I. V. 122.a
Pœnis compromissisq́ interpositis ibidem.
Sed à magistris cum contenderem de proferēdo die, probauerūt mihi sese, quo minus id facerent, & compromisso & iureiurando impediri. Ep. 201.b
Quæro abs te quid ita de hac pecunia, de tuarū tabularū fide compromissum feceris, arbitrium sumpseris, quāto æquius & melius sit dari repromittiq́, si peteres. P Qu. R. 46.b
COMPROMITTO, Compromissum facio.
Tribunitij candidati compromiserunt HSCCCC in singulos apud Catonem depositis petere eius arbitratu. Qu. Fr. 516.b
CONCEDO. Concedere de iure suo aliquid, Latini dixerunt, cum significare uoluerunt, Alicui aliquid cōdonare de eo in q̄ ius haberet.
Multa multis de suo iure concedere. Off. 46.b
Concedere, pro Cedere: nos non utimur, ut Latini olim.
Vt uix Appronio illud de familiaritate concedere uideatur. I. V. 130.b
Vt magnitudini medicinæ magnitudo doloris concederet. Tus. 223.a
Etsi de cupiditate nemini concedam. At. 202.b
Non concedo tibi in desperatione, &. 234.a
Concernere aliquid aliquam rem, Barbarum est: Latine, Pertinere ad aliquid.
Concido. Sæpe transfertur à Cicerone, & eleganter ad similia. ut,
Cum

Cum omnem autoritatem senatus in conspectu populi Rom. concideres. de Or 143.a
Vos decretis uestris Antonium concidistis. I. A.200.a
Antonius nondum erat uestris tam grauissimis, tamq; multis iudicijs, ignominijs concisus. &.241.b
Vatinium arbitratũ nostro concidimus. Qu. Fr.309.b
Hæc autem uniuersa concidunt etiam minutius. Aca.11.b
CONCILIO. Imperitiores hic admonendi sunt, ne dicãt, Conciliare aliquem cum aliquo: sed inter se, uel alicui conciliare. Sic enim Cicero locutus est.
Oratio conciliat inter se homines, coniungitq; naturali quadam societate. Off.11 a
Feras inter se partus atq; educatio & natura ipsa conciliat. pro S.R.28.b
Illud non dubito, quin si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerunt, respub. nos inter nos conciliatura, coniuncturaq; sit. Ep.63 b
Simul atq; natum sit animal, ipsum sibi conciliari & commendari ad se conseruandum. de Fin.95.a
Nec Pompeij gratiam mihi per hanc causam conciliari puto. pro. Pom.27.b
Si quis deus uestram mihi beneuolentiam ad audiendum conciliaret. pro Clu.19.a
CONCIO Latine idem ualet, quod Grgcè Ecclesia. Itaq; templum ipsum nõ rectè Ecclesias uocamus:

uocamus: sed quæ ecclesiæ sint, latinè cõciones appellari debent.

Libri Protagoræ in cõcione cõbusti. de Na. 14. a

Quid aliud fuit, in quo concio rideret, nisi illa uultus & uocis imitatio de Or. 131. a

Consul aduocat concionem, habet orationem talem, qualem &c pro Sest. 8. b

Aduocare cõcionem donandi causa. I. V. 190. a

Concio quæ ex imperitissimis cõstat. de Amic. 118. b

Clamor concionis. de Fin. 80. b

Ex hac ego lege secunda concionis uoluntate omnia illa tollebam. At. 13. a.

Nullam maiores nostri uim concionis esse uo/luerunt pro Flac. 149. a

Græcorum totæ repub. sedentis concionis te/meritate administrantur. ibidem.

Ista labes, ea facit conciones, ea miscet, ea tur/bat. Ac. 254. b

CONCIPIO. Ad ea sæpe transfert Cicero, quæ animi sunt: quibus aliquid concipimus.

Si liberum conceptam dulcedinem animo in/clusam continetis. Antequam. 192. b

Odium in aliquem conceptum iam diu conti/nere. Postquam. 198. a

Veruntamẽ nocturnis uigilijs iusticium illud conceptum ac meditatum est. de Ar. 257. a

Qui in republica uiolanda fraudes inexpiabi/les concepissent. Tusc. 163. b

Ita necesse fuit, aut hæc flagitia animo concipe/re. de N. 14. b

Concipere

Concipere furorem ex maleficio.I.V.250.b
Concipere uitium.de L.190.b
Cōcipere magnam uoluptatem auribus.in V. 224.a
Voluptas animo concepta atq; comprehensa.de Fin 65.a
Principia quasi adumbratas quasdā intelligentias animo ac mente concipimus.de L.168.a
Discordia, ira acerbior intimo odio & corde concepta.Tus.215.
Cum iam in præcordijs conceptam mortem contineret.&.169.a

Concipere uerbis, aut Concipere, est contra uerba præscribere, in quæ aliquis iurat, aut aliquid promittit.

Quod ita iuratum est, ut mens conciperet fieri oportere, id obseruandum est.Off.73.b
Concipere uadimonium.Qu.Fr.516.a

Inde, *Conceptis uerbis iurare.*

Africanus cum esset Censor, & in equitum censu C.Licinius sacerdos prodijsset, clara uoce dixit se scire, illum uerbis conceptis peierasse.pro Clu.45.b

CONCRETVS. Vim huius uocabuli uulgus physicorum non nouit: idcirco Compono, & Compositum esse. pro, Concretum esse, usurpat. Non enim ea quæ conflata sunt ex uarijs naturis, & commixta in unum corpus, Cōposita à Cicerone dicuntur, sed concreta. Vt corpora concreta sunt ex elementis, non composita: de quo in differentijs plura, hoc loco tantum sic loqui, cum commixtionem significare uolumus,

uolumus, à Cicerone discamus.

Nihil est in animis mixtum atque concretũ, aut quod ex terra natum atque fictum esse uideatur. Tus. 162.a

Quoniam nihil sit animis admixtum, nihil cõcretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Tus. 163.a

Quid enim obsecro te, terrane tibi aut hoc nebuloso & caliginoso cœlo, aut sata aut cõcreta uidetur tanta uis memoriæ? &. 161.a

Nam nunc quidem foramina illa, quæ patent ad animũ corpore, terrenis concretisque corporib. sunt intersepta quodã modo. &. 158.a

Necesse est ut animi ferantur ad cœlum, & ab his perumpatur & diuidatur crassus hic & concretus aer, qui est terræ proximus. Tusc. 157.a

Aer purus ac tenuis, cœlum crassum atque concretum. de N. 34.a

Pingue & concretum esse cœlum. de D. 167.b

Species deorum quæ nihil habeat concreti, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis. de N. 16.a

Deus omne quod erat concretũ & corporeũ, substernebat animo. de Vn. 199.b

Aer fusus & extenuatus in sublime fertur, concretus autem in nubem cogitur. de N. 46.a

Initia unde omnia orta, generata, concreta sunt. Tusc. 241.a

Nam sanguinem, bilem, pituitam, &c. uideor posse dicere, unde concreta, & quomodo facta sint. Tus. 160.a

Corpus

Corpus concretum ex elementis. de N.65.b
Etenim aut simplex est natura animantis &c. aut concretum ex pluribus naturis. &c. 65.a
Cum claram speciem cōcreto lumine luna abdidit. de D.84 a
Animal ex nefariis stupris, ex ciuili cruore, ex omnium impunitate concretum. I.P.84.a
CONCVRRO. Sunt quædam & huius uerbi locutiones nostris hominib. ignotiores. ut,
Res contrarias concurrere. de Fin.131.a
Alicuius rei signa concurrere ad Her.7.b.8.a
Nomina concurrere. At.255 a
Sæpe concurrit, ut eodem tempore multa mihi agenda sunt. pro Plan.27.a
Quæ ut concurrāt omnia, optabile est. Off.10.a
Nemo somniis crederet, nisi ista casu nonnunquam fortè temerè concurrere. de D.137.b
Coincidere uulgus dicit, quod latinum nō est.
Concurso. Neque huius uerbi usus Latinæ linguæ studiosis satis notus est. Sic enim Cicero est locutus.
Concursare absol. aut Concursare locum aliquem.
Vt nostras uillas obire, & mecum simul lecticula concursare possis. E.95.b
Qui armati noctes diesq; concursabant. pro S.R.31.b
Concursabant barbatuli iuuenes. At.9.a
Prætores concursare. in V.241.b
Obire prouinciam & concursare. in V.251.b
Domos ferè omniū cōcursare. pro Mur.134.b
Deos immortales concursare omnium mortalium non

lium non modò lectos, uerum etiam grabatos. de D.135.a

Sic & *Concursatio*. ut,

Libonis & Hypsæi non obscura concursatio & contentio. Ep.2.b

Laboribus & concursationibus confectum esse. E.153.b

Imperiti dicunt *Discurrere*, aut *Cursitare*. illud enim nusquã apud claros autores in ea significatione inuenitur: hoc autem Terentius eodẽ modo est usus, cum dixit, Ne sursum deorsum cursites, quod idem est quod cõcursare: uulgari lingua reddimus idẽ per *Vmblauffen / Das gãtz land umblauffen*: Barbari, Discurrere, aut cursitare per totam regionem. Concursare uero Latini.

CONDICO. Ignorantia huius uerbi, plurima alia, quibus tamen sententiam non assequimur, ad quotidianum sermonem adhibemus. Sic Cicero.

Crassus cum mihi condixisset, cœnauit apud me in mei generi. Crassipedis hortis. E.15.b

Vulgò, promittere se uenturum ad cœnam.

CONDIO. Huius uerbi usus planè obscuratus est: idcirco reuocandus. Is enim hic est: Condire herbas, cibos.

Nam dum uolunt isti lauti terra nata, quæ lege excepta sunt, in honorem adducere, fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil posit esse suauius. E.107.b

Perspicuum est enim, quò compositiones unguentorum, quò ciborum conditiones, quò lenocinia corporũ processerint. dè N.55.20.b

Cibos condire. Latinis eſt in hac ſentẽtia, quod uulgus dicit, Saporem addere cibis. Aromata addere aut commiſcere cibis: Aromatizare dicunt pharmacopolæ. Quod Latinis tam uſitatum eſt, ut etiam tranſtulerint ad alia.

Labor in uenatu, ſudor, curſus ab Eurota, ſitis, fames: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur. Tuſ.247.a

Quare non erunt illa quidem meliora, ſed certè condita iucundius. pro Mur.140.a

Omnino duo ſunt quæ condiant orationem, uerborum, numerorumque iucunditas. Or.215.a

Vitia quæ ab natura habet, artificio quodam malitiæ condiuit. pro Clu.32.b

Contentiones oratoris aſperitatem condiri ipſius humanitate. de Or.128.a.b

Hilaritate triſticiã temporũ condire. At.200.a

Conditus, conditor. in eadem ſententia

Sic ignotæ ſunt locutiones, quæ ſignificãt aliquid ſale aut aromatis conſeruare.

Cibi etiam uarietas inuenitur, & copia, nam & agri multa ferũt manu quæſita, quæ uel ſtatim conſumantur, uel mandentur condita uetuſtati. de N.56.b

Perſæ mortuos cera circumlitos condiunt. Tuſ.171.a

Conditio. Vulgus imperitũ uſurpat hoc uocabulum pro loco aut munere, dicit enim, cũ locum petat, aut munus aliquod, Conditionẽ ſe. petere, non habere conditionem. Mala aut bona cõditio. In qua ſententia apud nullos Latinos ue-

nos ueteres inuenitur. Sed pro eo dixerunt, locum aut munus petere, aut habere, &c.

CONDO. Sunt & huius uerbi quędā reconditæ locutiones, quarū usus, quod uulgo ignoretur, est inculcandus. ut,

Fructus, frumentum condere.

Serere, percipere, & cōdere fructus. de Sen. 81. b

Scientia condendi ac reponendi fructus. de N. 57. b

Vt esset locus comparandis condendisq́ue fructibus. contra Rul. 85. b

Neq́ue homines murium ac formicarum causa frumentum condunt. de N. 57. b

Sic, Pecuniam cōdere. pro Clu 52 b. pro Rul. 80. a. Significat id, quod Germanis nobis est, Hindersich legen. Vulgò, Frumentum, aut fructus ad seruandum reponere, de pecunia dicunt Thesaurizare.

CONDOLEO. Obseruandum hic est, non significari hoc uerbo, Commoueri dolore, aut affici alicuius casu: uulgus tamen sic loquitur. Condoleo tibi, cōdolere miseris: quod Germanicum potius est, quàm latinum, dicimus enim, Mitleiden haben. mit einem. Latini uerò, Commoueri dolore, misericordia, tristitia, &c. Condoleo enim nihil aliud significat quàm Doleo. Sic enim Cicero semper est usus, Condoluit mihi latus, pes, dens, &c. & nulla in alia significatione.

CONDVCO. Vna huius uerbi forma est loquendi, tam nostris temporibus obscurata, q̃ nota illis priscis Romanis, utebantur enim illi

hoc uerbo, cum significare uellent, aliquem redemisse opus, quod certa pecunia de qua conuenerat, perficeret. Nam per redimere idem quoque significauerunt: locabat uerò is, à quo conducebant.
Redemptorem aliquid conducere faciendum.
Redemptor, qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendã. de D. 118. a
Sic *Conductor*. ut,
Is respondit, se eius operis HSCCCVI. conductorem fuisse. At. 319. a
Imperiti dicũt, Opus aliquod faciendũ acceptare, aut suscipere: quod sermoni uulgari simile est, sic enim loquimur, *Ein uuerck annemmen.*
CONFERO. Inprimis obseruandum est, hoc uerbum nõ inueniri apud Ciceronẽ in ea sententia, in qua nũc plerũque ab imperitis usurpatur. Cũ significare uelint, aliquid unà adferre, quod Germanicè per *Mit sich bringen* dicitur. hoc uerbum adhibere solent. ut, Conferre librum, uestem, aut aliquid secũ: in qua constructione nunquam Latini illi puriores sunt usi. Cum enim hoc exprimere uellẽt, dicebãt, Vnà adferre, Secum ferre, Vnà ferre, &c.
Sunt & aliæ quædã huius uerbi locutiones, quas aut ignorat, aut abutitur uulgus. ut,
Conferre culpã, crimẽ, aut aliquid in aliquem.
In me conferte omnem temporum illorũ culpam. At. 135. a
Falso aliquid cõferri in aliquem. pro Mil. 115. a E. 62. b
Multa in Plancium, quæ nunquam dicta sunt, confe-

conferuntur. pro Planc. 266.a
Cum in filium causam conferret. At. 196. b
Conferre inuidiam mortis in aliquem. pro Flac. 154. b
Conferre crimen in aduersarium. de Or. 125. a
Scitum est enim, causam conferre in tempus. de Or. 164. a
Omnibus pene in ore pro his Latinis est. Reijcere culpam, crimen, aut aliquid in aliquem. Quod non memini me neque apud Ciceronem, neque apud ullos idoneos autores legere.
In fugam se conferre. pro Cec. 289. a fugere.
Aliquo se conferre. de Or. 162. b. Ep. 190. b. proficisci.
Iter aliquo conferre. E. 174. a
Iter aliquo uersus conferre. At. 40. b
Vulgo, Vertere aut conuertere se alio, Viam suam uertere alio.
Tempus omne conferre ad aliquid. pro Pom. 5. a
Quod alij quoque per Impendere dixerunt. sic, Conferre curam, diligētiam, in aut ad aliquam rem.
Omnes curas & cogitationes in remp. Off. 35. a
In ualetudinem suam diligentiam conferre. Ep. 258. b
Plurimum operæ, studij, diligentiæ, laboris ad conficiendum alquid conferre. At. 52. b
Curas conferre ad dignitatem alicuius. E. 151. b
Omnem meam curam atque operam ad philophiam conferre. E. 48. a
Vt omne nostrum consilium, studium, officiū,

operam, laborem, diligentiam, ad amplitudinem tuam conferamus. E.144 a

Omne studium atque ingenium contulit Archias ad populi Rom. gloriam laudemque celebrandam. pro Arch.

Impendere operam, studium, diligentiam, curam in aliquam rem aut alicui rei, posteri dixerunt: Cicero uero Conferre, ut exempla ostendunt.

Conferre beneficia, officia, beneuolentiam, & similia in, aut erga aliquem.

Beneuolentia, quam erga me à pueritia contulisti. Ep. 146. a

Voluntatem aliquam in aliquē cōferre. E.211.a

Officia in aliquem conferre Off. 10. b

Beneficium in aliquem. ibidem.

Et hæc quoque per Impendo dixerunt, Impēdere beneficia, officia in aliquem. Cicero, Conferre.

Conferre ferrum, manus, signa cum aliquo.

Galli cum M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt. pro Font. 276. b

Conferre signa cum hostibus. in P. 90. a

Castra castris collata in Thessalia audiebamus. de D. 132 a

Conferre pedem. pro Plan. 268. a

Idē quod Congredi, Pugnare, Præliū facere.

Conferre capita.

Conferrent uiri boni capita: de commessatione loquerentur inter se. in Ver. 154. a

Indocti dicunt, Capita simul trudere, Capita coniūgere. Sic enim uulgo loquimur, *Die Koepff zusammen stossen.*

CONFICIO

CONFICIO. Propria significatio huius uerbi plurimis nũc ignota esse uidetur. Quis enim ex uulgo utitur hoc uerbo pro Efficio, aut Facio? Cum tamen ueteribus illis, præsertim Ciceroni, nihil fuerit usitatius.
Vestem aliquam conficere. in Ver. 213. a
Annulum, palliũ, soccos conficere de Or. 154. b
Sunt aliæ causæ, quæ ipsæ conficiunt: aliæ quæ uim aliquam ad conficiendũ afferunt. Part. 238. a
Sic & alijs permultis attribuitur.
Exclamatio conficit significationem doloris. ad Her. 28. b
Leuis appellatio literarum, benè loquendi famam confecerat. de Cla. 188. a
Cum in spem uenero, de compositiõe aliquid me conficere, statim te certiorem faciam. Attic. 150. a
Vno capite quo reuocabor, modò res cõficiatur, ero contentus. At. 51. a
Sentẽtijs decem & sex absolutio cõfici poterat.
Facinus aliquem cõficere per aliquem pro S. R. 51. a
Conficere munus susceptum. de Or. 109. b
Bellum aliquod conficere. E. 66. a. pro Pom. 9. b
Negotium aliquod. At. 11. b. 265. a. 104. b
Mandata exequi & conficere. in A. 222. a
Sol cursus annuos conficit. de N. 18. b
Sermonem aliquem conficere. de Or. 87. a
Longam uiam confeci. de Sen. 78. a
Motus animorum conficere. de Or. 138. b
Duæ partes causæ sunt cõfectæ. pro Q. R. 47. a

Et ex illis aliquæ,& quæ sequuntur, pro Perficio usurpantur.
Nondum satis. Adde, Nec ea &c. confectum est. Top,225.a
Illam partem per poliam atque conficiam. de Or.119.b

Pro Concludere.

Ex quo conficitur, ut si &c. de In.56.a
Aut ita, ut id solum quod conficitur, inferatur. de In.56.a
Significatur quoq; hoc uerbo, quod Germanice dicimus, per *zuo uuegen bringen*. ut,
Idemq; tu plurimum operæ, studij, diligentiæ, laboris ad conficiendum redditum meum, contulisti. At.52.b
Reditum, si me tantum amas, quantum certe amas, hominibus confice. E.152.b
Exercitum conficere. pro Pom.15.b. At.125.a
Bibliothecam conficere. At.4.b
Pecuniam conficere. contra Rul.72.b. pro Flac. 165.b. pro Syl.150.a
Germanicè, *Gelt zuo nuegen bringen, Gelt auff bringen*.
Indocti, Efficere ut pecuniam aquirat, Acquirere, Inuenire pecuniam.
Conficere cum aliquo, idem quod, Transigere cũ aliquo.
Cum hæredibus confecissem. E.56.a
Tu cum Apellachio confice de columnis. At.191.b
De Acutiliano negotio, quod mihi mandaras confeci. At.3.b
Te spero cum publio confecisse. At.220.b
Cum adiungitur tempori significat, quod impe-

Imperitiores dicunt per Finire, Explere. ut,
Sic enim annuum tempus conficitur. At.245.b
Cum tu hæc leges, ego iam annuũ munus cõfecero. E.24 b
Isocrates prope centũ cõfecit annos. Or.214.a
Qui omnem uitæ suæ cursum in labore corporis conficeret.
Qui rectè curriculum uitæ à natura datum cõfecerit. de Vn 202 a
Cum 60 annos confecerit, reliquos dormiat. Tus.168.a
Hortensius tamen hunc cursum confecit. de Or.119.b
Eleganter usi sunt quoq; ueteres hoc uerbo pro consumere.
Vetustas omnia conficit ac cõsumit, pro Mar.132.b
Meus me mœror quotidianus lacerat & conficit. At.42.a
Confici mœrore, dolore, pudore. E.254.a
Corpus nostrum tenuissima sæpe de causa conficitur. de Ar.253.b
Illa ualetudine magis conficere se, quàm me tueri posset in castris. E.155.b
Fame & frigore confici. Off.57.b
Desiderio confici. Or.199.b
Curis confici. E.56.b.155.b
Sollicitudo me conficit. At.172.a
Cruciatu summorum dolorum confectus. At.177.a
Senio confectum esse. pro Mil.108.b
Senectute confectum esse. in P.97.a

Significant.quod uulgus dicit per Fere mortuum esse frigore,fame,mœrore,&c. Conficere aliquid,pro, Deuorare, & consumere,occidere,affligere.

Plures iam pauones confeci, quàm tu pullos columbinos.E.138.a

Qui suam rem non minus strenue quam postea publicam confecisset,egestatem & luxuriã domestico lenocinio sustentauit.Post.206.a

Hæc sica nuper, ut scitis, me ad regiam pene confecit.pro Mil.108.b

Licinius hostes consecutus est, & confecit: de In.76 a

Ibes maximam uim serpentem conficiunt. de N.21.b

Confectus uulneribus.Post.201.a

Haud potest grauioribus à me uerbis uulnerari,quàm est statim in facto ipso à P. Seruilio confectus & trucidatus.de Ar.243.b

Conficere cibum.

Dentes aduersi acuti diuidunt escas:intimi autem conficiunt.de N.53.a

Id est,mandendo terunt.*Reuuen.*

CONFIDO. Cum ad Fido significatione accedat,satis notum est:sed cum ablatiuo cõiunctum,uulgo non est ualde usitatũ. Sic enim ueteres Latini loquebantur.

Niti,& magnopere confidere aliqua re.pro Cl.18.a

Illum,quo antea confidebant,metuũt.At.131.b

Vrbe aliqua confidere.E.190.b

Nimis confidere. Off.15.a

Lingua

Lingua uernacula reddimus propriæ hæc per *Troczen, auff ein ding pochen*: inde, Confidenter loqui, *Trotzblich reden, pochen*. Confidēs, Confidētia.

Confirmo. Sunt & quædam huius uerbi locutiones apud ueteres, quæ nunc uulgo ignorātur, præsertim illæ, quibus significabant, Affirmare, asserere. ut,

Hoc mihi nō modo confirmauit, sed etiam persuasit. At.254.a

Qualis, ut arbitror, nemo unquam erit: & ut confirmare possum, certe nunquam fuit. de Am.77.a

Hoc uero fieri plane non potuisse confirmo de Or.109.a

Ego tibi confirmo, eam &c. pro Pom.17.b

Memini me ex multis audire, te de glorioso & celeri reditu meo confirmare. E.83.a

Omni hoc uobis ratione confirmare possum, me &c, contra Rul.68.b

Difficile est hoc de omnibus confirmare. pro Arch.188.b

De me tibi sic promitto atq; confirmo, me &c. E.40.a

Nos potius dicere solemus, Certo aliquid dicere, aut affirmare: quod tamen latinum est.

CONFLO. Restituendus quoq; est usus huius uerbi, quod prorsus nunc à multis negligatur. Significamus uero hac uoce ea, quæ ex pluribus quasi unum efficiuntur. ut,

Mare terrā littoribus sic cludit, ut una ex duabus naturis conflata uideatur. de N.46.a

Ex his duab. diuersis sicuti familijs unū quodam est

dam est conflatum genus à posterioribus. de In.63.a

Quibus ex rebus conflatur & efficitur id quod quærimus honestum. Off.4 a

Exercitus perditorum clandestino scelere conflatus. pro Syl.173.a. in A.194.a

Ex perditis conflata improborum manus. in C.102.b

Rem aliquam conflare, iudicium aliquod. pro S.R.19.a

Venus totam illam accusationem, iudiciumque conflauit. in Ver.132.a

Faciam ut intelligatis in tota illa causa, quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia conflarit. pro Clu.19.b

Hoc totum à matre conflatum est, & perfectum. pro Clu.21.a

Bellum quod natum, conflatum est, & perfectum. in A.173.b

Vnde hoc totum ductum & conflatum mendacium. pro Qu. R.53.a

Summam alicui inuidiam atque infamiam esse conflatam. pro Clu.34.a

Conflare alicui inuidiam ex aliqua re. pro Cæl. 45.a

Domi pleraque eius conflata sunt. pro Syl.174. a

Seditionem conflare. Off.38.a

Suspicionem aliquid conflare. ad Her.7.b

Crimen conflare Part.240.b

Periculum aliqua re conflari. pro Syl.169.a

Tumultum gladiatorum conflare. ibidem.

Negotium alicui conflare. in Ver.135.b

Iniuria

Iniuria nouo ſcelere conflata.pro S.R.18.b
Pecuniam conflare.pro Seſt.18.a
Clodius nefarias cum multis ſcelerum pactiones ſocietatesq; conflauit.de Ar.255.b

CONGRVO. Cum datiuo uel ablatiuo idē quod Conuenio. Aptus ſum, Congruens, Conueniens aut aptus. Quod notare uolui, ne cū imperitis Congruus diceremus, nam neq; Cicero, neq; ante, aut poſt tempora Ciceronis hoc uerbo ueri Latini ſunt uſi. Nunc uerò uulgus dicit, Orationem congruam eſſe, pro, Latinam eſſe: cum neq; Congruens oratio, in ea ſententia Latinum ſit, nam Congruo & Congruens, rem cum qua conferuntur, adiunctā habēt.

CONIICIO. Habet & præter communem ſignificationem quaſdam locutiones, quæ uulgarem conſuetudinem loquendi fugiunt. Eæ enim ſunt.

Conijcere ſe, pro abſcondere. pro Plan.265.a
Sub ſcalas tabernæ librariæ ſe coniecit. in Ant. 164.a
Appius in ultimam prouinciam ſe coniecit, Tarſum uſq;. At.76.b
Sin ſe in intimū conijcere uellēt, non ſatis commodè calceati & ueſtiti id facere poſſent. pro Cæl.51.a
In Epicuri nos aduerſarij noſtri caſtra coniecimus. E.138.b
In latebram aliquam ſe conijcere. de D.117.b
Sic in carcerem, uincula, eculeum, arcas, &c.

Sic alia pleraque ſunt, non ita nobis nota, ut olim Latinis.

Maledicta

Maledicta in aliquem conferre.

Orationem aliquam improbè in uiros clarissimos coniectam esse. pro Sest. 11. b

O præclare coniectum à uulgo in illã prouinciã omẽ cõmunis famæ atq; sermõis. in V. 112. a

Hæc omnia crimina à multitudine in tuã nimiam diligẽtiã serui cõiecta sunt. pro Mur. 143. b

Conferre. Ante idem significare demonstratũ est: uulgus dicit, Scommata in aliquem iacere, aut dicere.

Coniicere se in fugam. pro Cæl. 51. a

Dare se in fugam. Fugere.

Libellus, qui in epistolã coniectus est. At. 149. a

Itaq; id procemiũ conieci in eum librũ, quem ad te misi. At. 255. b

Quam legem eisdem propè uerbis nostri uiri in decimam tabulam coniecerunt. de D. 185. a

Per Referri hæc etiã dici possunt. Sic quoq; & hæc quæ sequuntur.

Coniicere causam in locos. pro Plan. 277. a

Ego uero illa ipsa ludens conieci in locos communes. Parad. 116. a

CONIVNGO. Quæ & hoc uerbo fiunt loquendi formæ, nostris hominib. obscuriores, quòd uulgari sermone, non eodẽ modo exprimamus. Amicitiam coniungere, necessitudinẽ, hospitium cum aliquo. pro Clu. 26. b. in Ver. 233. a. pro Deiot. 151. a

Pro Contrahere, Conciliare.

Bellum coniungere reges potentissimos. pro Pom. 9. a

Est ad bellum aliquod suscipiendum omnes opes conferre.

Coniuncte.

Coniunctè. Dialectici obseruēt, Cōiunctè dici aliquid, id esse, cui contrariū est, simpliciter dici. Si simpliciter dictum sit, suscipiūt Dialectici ut iudicent, uerumne sit, an falsum: etsi coniunctè sit elatum, & adiuncta sint alia: iudicent, ne adiuncta sint. de Or. 123. a

CONNEXVM. Connecto, Connexus communis significatio satis nota est: sed Connexū quid Cicero uocet, uulgus Dialecticorū prorsus ignorat. Idem enim est Connexum, quod ὑποθετικὸς συλλογισμός: quē Barbari conditionalem syllogismum dicunt. Sic enim Cicero ait:

Ipsa enim ratio Connexi, cum concesseris superius, cogit inferius concedere. Acad. 24. a

Quæro enim, si Chaldæi ita loquātur, ut negationes infinitarū cōiunctionū potius q̄ infinita cōnexa ponāt, cur idē medici, cur geometræ, cur reliq facere nō possint: medic9 in primis q̄d erit ei perspectū in arte, nō ita proponet. Si cui uene sic mouētur, is habet febrē, sed poti9 illo mō. Nō & ei uenæ sic mouētur, & febrē is nō habet. de Fa. 145. a. Vide plura. ibid.

CONQVEROR, Queror & deploro aliquā rem, nota quidem est significatio, sed usus nō item. Sic enim Cicero est locutus:

Conqueri aliquem cum aliquo.

Satis habeas, nihil me etiam tecum de tui fratris iniuria conqueri. E. 60. b

Cōtristauit hæc sententia Balbū Cornelium: & scio eū conquestū esse cū Scipione. Ep. 119. b

Recētiores, alicui cōqueri aliquid dicūt, sed cū datiuo latinorū optimi autores nō iūxerūt

CONQVIE-

CONQVIESCO. pro Quiesco simplici uerbo notius est, quam cum pro Delectari, & quasi toto animo quiescere in aliqua re, ut sic dicam, usurpatur. idem enim significat, quod Acquiesco. In studijs conquiescere. E.129.a. At.20.b

Vt ætas nostra iam ingrauescens in amore atque in adolescentia conquiescat tua. E.18.b

In amici mutua beneuolentia conquiescere. de Am.100.a

Habebam quo confugerē, ubi conquiescerem, cuius in sermone & suauitate omnes curas doloresque deponerem. E.51.b

CONSCENDO. Et sine adiunctione uocis Nauis, significat, In nauē accedere: aut, Ire quà quis uehitur.

Tu uelim, quamprimum conscendas, ad meque uenias. Qu.Fr.307.b

Si Cn. benè comitatus conscendisset, & consules transissent. At 135.a

Quamobrem conscende nobiscum, & quidem ad puppim: una nauis est iam bonorum omnium. E.199.a

Ab eo loco conscendi, ut transmitterem. in A. 154.a

Conscendere nauem. E.40.b in Pis.99 b

Barbari, Ire ad nauem, *Zuo schiff ghen.*

CONSCIENTIA. Ab indoctis & Barbaris pro Mente & animo, aut mente nonnunquā Conscientia dicitur, sic enim uulgus nūc loquitur, Ego non possum bona conscientia hoc facere, Qua conscientia hoc dicis, aut facis? Mala cō scientia aliquid facere. Latini uerò eandē sententiam

tentiã alijs uerbis proferebãt. Dicebant enim, Bona mente, animo, uoluntate aliquid facere. Nam Conscientia bona, mala, recta, idem propriè significat, quod bonorum, malorũ, rectorum factorum conscientia. Est enim Conscientia, animi assensio certa & firma, cuius testimonio de ijs quæ aut in mente, aut factis commissa sunt, conuincimur & obstringimur.

CONSCIVS cùm datiuo, qui quoq; genitiuo redditur, paucis certè notum est, ut,

Conscium esse aliquem alicui rei. de Orat. 192. a

Vides officium agi meum quoddam, cui tu es conscius. I. V. 229. a

Nolo uiros primarios esse temeritati & mẽdacio conscios. pro Cæl. 48. b

Huic tanto facinori tua mens liberalis conscia esse non debuit. At 146. b

Ille mihi in priuatis rebus omnib. cõscius est.

CONSCISCO. Consciscere sibi mortem, quoniam à uulgari consuetudine alienum est, restituendum unà cum cæteris esse putaui.

Aratores mortẽ sibi ipsi cõsciuerũt. in V. 176. b

Iunius necem sibi ipse consciuit. de N. 27. b

Is mortem sibi ipse consciscet. pro Clu 54. a

Themistocles ueneno sibi mortem cõsciuit. de Cla. 168. a

Mortem mihi cur consciscerem, causa uisa non est: cur optarem, multæ. E. 97. a

Aut capiendus tanquam exilio locus: aut consciscenda mors uoluntaria. ibidem.

Vulgo, Seipsum occidere, aut interficere. Seipsum suspendere.

CONSECTOR. Vsus huius uerbi communem loquendi rationem prorsus fugit. Multis enim modis à ueteribus illis Romanis usurpabatur. ut,

Consectari aliquid.

Ac ne omnia consecter, comprehendam breui. de Or. 87. b

Tardi ingenij est, riuulos consectari, fontes rerum non uidere de Or. 119. a

Sisenna in historia puerile quiddam consectatur. de Leg. 157. a

Cicero genus disputandi Socratis consectatus est. Tusc. 230. a

Vitium quod nonnulli de industria consectantur. de Or. 146. b

Amare, cōsectari, adipisci uelle aliquid. de Finibus 55. b. 94. a

Si tam uerè homines uerba consectarentur, quam rem pro Cec. 295. a

Bonus ciuis non opes aut potentiam consectabitur. Off. 17. a

Vitiosa consectari imitando. de Or. 117. a

Significant diligēter persequi, sequi, affectare. Debita consectari.

Ne existimes, qui non debita consectari soleant, quod debeatur remissuros. At 212. a

Barbari, Sæpe ab aliquo exigere debitū. Latinè uerò dicitur quoq;, Sæpe monere.

Consectari aliquem clamoribus, cōuicijs, sibilis. At. 55. a

Lingua petulantissima consectari aliquem. in Sal. 275. b

CONSENTIO. Veterum literis nihil est usitati/
us. Nostris temporibus quia ignoretur, Con
cordare potius omnibus est in ore.
Literæ recitatæ in Senatu nequaquam consen
tire cum oratione Furnij uisæ sunt. E.146.b
Motus cum uerbis sententijsq; consentientes.
de Cl.177.a
Epicurus non cōsen tit cum Cyrenaicis. Acad.
35.a
Alicui aliquid consentire.
Hæc eis, quæ de Fabio scribis, ualde consenti/
unt. At.102.a
His principijs reliqua consentiebant. in A.155.a
CONSERO, conserui consertum.
Conserere manum cum aliquo. pro Font. 276.
b. At.115.a. Tus.219b. pro Mur.128.a
Hinc locutio Iureconsultorū. Aliquē ex iure
manu consertū, uocare. de Or. 88.b. pro M.129.
b. At.241.b. In ius uocare possessionum causa.
CONSIGNO. Quoniam usus huius uerbi pe/
nè interierit, barbara, consuetudine diuturna
pro Latinis sunt recepta. Sic enim Latinorum
optimi sunt locuti.
Tabulæ maximæ signis hominum no bilium
consignantur. Pro Quin.4.b
Ratio certa est Aetnensium & publicis & pri/
uatis literis consignata. in Ver.171.a
Quæ publicis populi Rom. literis monumen/
tisq; consignata sunt. pro Deiot.150.b
Priuilegij uim autoritate honestissimorū ho/
minum, & publicis literis consignauit. Post.
210.b

Fundi, quos tibi pater publicis commentarijs consignatos reliquit. de Or. 129. b

Barbari dicunt Sigillare, aut si qui emendati us loqui uelint, Subsignare: quod apud Ciceronem in ea sententia non inuenitur, neque item subscribere.

CONSILIVM. In hac uoce obseruandũ est, Consiliũ pro Senatorum cœtu, aut iudicũ consessu à Cicerone sæpe usurpari. ne, quod quidam uolunt, putemus in ea significatione solũ per C. scribi.

Senatus est summum populi Ro. populorũq; & gentium omnium ac regum cõsilium. pro Dom. 227. b

Nec uerò somnia grauiora, si quæ ad rempub. pertinere uisa sunt, à summo consilio neglecta sunt. de Diu. 80. b

Nulla est in hac urbe societas publicanorũ, nullum collegium, nullum concilium, nullũ denique commune consilium, quod non. pro Dom. 227. b

Consules re audita amplius de consilij sententia pronunciauerunt. de Cla. 172. a

Veniendumne sit in consilium tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit. At. 155. a

Aduocare consilium. in Vat. 31. b

Dimittere consilium. de Leg. 192. b. de Or. 95. a

In iudicio uero, & in eo consilio, in quo ex cunctis ordinibus amplissimi uiri iudicarent. pro Mil. 102. a

Te & hos qui tibi in consilio adsunt. &c. pro Qu. 1. a

Si apud

Si apud hoc consilium ex opibus, non ex ueritate causa penderur. &c. ibidem.
Causam cognoscit, & amplius de consilij sententia pronunciat. in Ver. 246 b
Sententia sine consilio, damnatio sine defensione. in Ver. 214 a
Cur cum, cum in consilium iretur, abesse patiebantur? cũ in consilium mittebãt, Stalenum iudicem non requirebant pro Clu. 35. a
CONSPVTO. Significat hoc uerbo Cicero, quod Barbari dicunt, In os alicui, aut faciem alicui spuere.
Clodiani nostros consputare cœperunt. Qu. Fr. 308. a
CONSTITVO. Admonendi hic mihi tantum uisi sunt lectores, Constituere significare id q̃d imperitum uulgus dicit per Proponere. Sic enim loquitur, Proposui aliquid facere quod per Constituere proprie dicitur. Cõstituere enim significat Latinis idem, quod nobis Germanis, *Etuuas fur sic nemmen.* Proponere uero, *sich etuas fur setzen.* Sed quid intersit, in differentijs ostendemus.
Constituo præterea *de tempore* dicitur, de quo cõuenit inter aliquos ut aliquid fiat. ut,
Placuit Cecinnæ de amicorum sententia constituere, quo die in rem præsentem ueniretur. pro Cec. 288. b
Cecinna ad constitutam diem tempusq́ uenit. pro Cec. 291. a
Scio pactam & constitutam esse cum Manilio diem. in C. 102. a

Diem Tyrannioni constituemus·At·186·a
Vt constitueris te cuipiam aduocatum in rem præsentem esse uenturum. Off.7.a
Tametsi hac de re puto te constitutum, quid facturus sis, habere. E.115.a
Constitui cum hominibus, quo die Messanæ mihi præsto essent. in Ver.122.a
Sicca rescripsit constitutum se cum eo habere. At·194.a
Quare si quod constitutũ cũ podagra habes, fac in alium diem differas. E.98.a (61.b
Actio cõstituta in mensem Ianuarij cõtra Rul.
Aiunt constitutum esse cum seruis, ut uenirẽt ad balneas. pro Cæl.50.b
Sane uellem non constituisse in Tuscul. me hodie uenturum esse L.Lælio. de Or.108.b
Ad constitutam diem decedere. E.24.a
Cõcludere, & tempus præscribere quo aliquid fiat, uulgo dicitur.
Constituere significat quoq; quod indoctiores per Ordinare dicunt. ut,
Leges, iura constituere. contra Rul.89. a. de In. 69.a. pro Dom.238.a
Constituta rescindere uel tollere. At.84.b
Supplicium in aliquem. pro S. R. 29.b. in Ver. 259.a. pro S.R.29.b
Supplicium alicui maleficio constituere. pro S. R.30.a
Pœnam alicui constituere. pro Cec.295.a
Optime factis pœna est maxima constitua. Q. F.306.a
Pœnam in aliquem cõstituere. pro Dom.222.a
Conditio-

Conditionē aliquā constituere.pro Cec.292.b
Legem aliquam uirtuti ibidem.
Actionem alicuius rei constituere.ibid.
Accusatorem constituere. in Ver.56.b
Iudicium constituere.Part.238.b
Auctionē hæreditariā cōstituere. in Ver.287.a
Pationum causæ.pro Mur.124.b
Regem aliquem constituere.pro Deiot.148.b
Ciuitatem de Cla.165.b
Prouinciam alicui constituere.in V.84.b
Ordinare, uulgus dicit.
Corpus bene constitutum alicui esse.P.1.178.a
Corporis firma constitutio. Off.75.b
Barbare, Bene complexionatum esse, bonam complexiam habere.
Bene de rebus domesticis aliquem constitutum esse.pro Sest.25.b
Bene instructam domum habere.
CONSTO. Sunt quædam & huius uerbi loquendi formæ, indoctioribus ignotæ.ut,
Merita alicuius in aliquem constare.E.12.a
Officia alicuius in aliquem constare.E.177.b
Mea in te omnia summa necessitudinis officia constabunt.E.52.b.& 53.a
Significant constanter bene facere alicui.
Constare alicui fructum otij sui.E.94.b
Scire dicunt Barbari, quàm bene otium suum impenderit, Rationes posse dare otij sui.
Constat inter omnes.de In.55.a.in A.180.b
Quasi hoc perspicuum sit, constetq́ inter omnes, esse deos.de N.b.de Or.145.a.Or.218.a
Q.F.294.b.de Fin.128.a

Id est, Constanter omnes confirmant.
Adhuc quæ dicta sunt, arbitror mihi constare cum cæteris artis scriptoribus. ad Her. 3.a
Tota oratio sibi constat, & ex omni parte secum ipsa consentit de Vn. 196.a
Si humanitati tuæ constare uoles. At. 6.a
Si tibi constare uis. At. 174.a
Parum sibi constare. Off 15.a
Iudices tamen in Oppianico sibi constare & superioribus iudicijs consentire debuerunt. pro Clu. 30.a
Constare in uitæ perpetuitate nobismetipsis, nec in ullo officio claudicare. Off. 24.a
Vulgo, In una sententia non permanere. Sed de uno in alterum cadere, sic enim uulgaris sermo sonat.
CONSTRVO, Cum ad ædificia, naues & similia accommodatur, satis notum est: sed nũmos & res & copiam construere, non item.
Pecunia cõstructa & coaceruata. cõtra Rul. 65.a
Tanti acerui nummorum apud istum construuntur, ut iam appendantur, non numerentur pecuniæ. in A. 178.b
Multæ & magnificæ res constructæ & reconditæ. de Or. 98.a
Copia ornamentorum uno in loco constructa. ibidem.
Est quod Barbari dicunt, In cumulum colligere, Cumulos magnos facere.
Constructio. Obseruandũ est, Constructionem quidẽ de tota orationis cõpositione dici, præsertim quæ ornatus causa fit: Consecutionem
uero

uerò de grammatico ordine,quo casus & partes consequuntur certa ratione.ut,

Oratio conformanda est non solum electione. sed etiā constructione uerborū.de Or.86.a

Verborum apta,& quasi rotunda constructio. de Cla 190.a

Magna & ornata constructio uerborum. ad Her.26.a

Compositio est uerborum constructio, quae &c ad Her.27.b

Consecutio in coniunctione uerborum seruanda est, ne generibus,numeris, temporibus, personis,casibus perturbetur oratio, nā ut in simplicibus uerbis,quod nō est latinū:sic in coniunctis,quod non est consequens, uituperandum est.Part.231.a

Barbari uocant Regimen orationis. Quod enim Latini uocant Consequi,& Consequens, illi Regere,& Regens.Sic enim aiunt, Amo regit accusatiuum: cum dicēdum esset,Accusatiuus consequitur Amo, aut iungitur uel coniungitur datiuo.

CONSVLO. Admonere hoc loco uolui imperitiores, ne Consulo tibi, pro Suadeo tibi, aut Author sum tibi, quemadmodum solent, deinceps dicāt.nā neq; Cicero, neq; antiquiores sic sunt loquuti. Significat enim Consulo tibi,aut rebus,saluti, gloriae &c.tuis longe,aliud,ac uulgus putet:nimirū,Cōsilio,opera,studio alicui,aut rebus alicuius adesse, & iuuare. Nūc uero nihil pene tā tritū est, quàm Cōsulo tibi, ut abeas. Quid mihi cōsulis? Ego hoc tibi

 consului

cōſului. Cum Latini dixerint, Ego tibi ſuadeo, Ego tibi autor ſum, &c.

CONTENDO. Quæ huius uerbi locutiones ab imperitioribus nunc negligantur, hæ ſunt. Contendere corpus, neruos, &c.

Onera contentis corporibus facilius ferũtur: remiſſis, opprimuntur. Tuſ. 187. a

Magnum onus, ſed dignum, in quo omnes neruos ætatis induſtriæq́ meæ contenderem. in Ver. 72. b

Te rogo, ut omnes tuos neruos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc prouinciam temporis prorogetur. E. 25. b

Contendit omnes neruos Chryſippus, ut perſuadeat. &c. de Fat. 144. a

Inde, Contendere ut aliquid ab aliquo fiat. Aliquid ab aliquo contendere.

Aliquem aliquo contendere, pro, Summa celeritate proficiſci,

Iter à Vibone Brunduſium petere contendi. pro Plan. 279. b

Dyrrhachium petere contendi. pro Plã. 280. a

Si potuiſſemus, quo contendimus, peruenire. Or. 206. a

Tarſum ueni, inde ad Amanũ cõtendi. At. 79. a

Mihi non dubium eſt, quin Brunduſium contendam. At. 127. a

Inde *Contentus*.

Contentio curſu hoſtium claſſis Italiam petebat. pro Mur. 132. a

Ad Tribunatum contẽto ſtudio curſuq́ ueniamus. pro Seſt. 5. a

Vt in fidibus, si nulla earum ita contenta numeris sit, ut concentum seruare possit, omnes æque incontentæ sint. sic. Tus.125.a

Balistæ lapidum, & reliqua tormenta telorũ eo grauiores emissiones habent, quo sunt adducta atq; contenta uehementius. Tus.187.a

Alias contentius, alias summissius dicere. de Or.162.b

Socrates usq; ad uesperum contentius ambulabat. Tus.247.a

Contenta uox.)(. Summissa uox. Or.202.a

CONTESTOR. Propria significatio huius uerbi pene eadem quæ Obtestor: ut, deos hominesq; contestari. Sed præterea Iurisperitorum quoq; uocabulum est: Contestari enim litem dicuntur, ut inquit Festus, duo aut plures aduersarij, quod ordinato iudicio, utraq; pars dicere solet, Testes estote.

Nam iste cum eo litem contestatam habebat. pro Q.R.51.a

Cum lis contestata cum Flauio damni iniuria esset. pro Qu.R.54.a

In hanc rem me cognitorem dedisti: lite contestata, iudicio damni iniuria constituto, tu sine me cum Flauio decidisti. pro Q.R.50.a

Non enim procuratores litem cõtestabuntur: quo facto, non sum nescius sponsores liberari. At.261.a

Significat Contestari litem, testari, & fidem dare, se disceptare & stare uelle iudicis sentẽtia.

CONTINEO & Continentẽ esse, pro Coniungi & coniunctum esse, in usu uix nũc est. Sic tamen

tamen Cicero eſt locutus.

Eorum coniunctione pars oppidi, quæ appellatur insula, mari disiuncta angusto, ponte rursus adiungitur & cõtinetur. in Ver. 227. b

Cappadociæ pars, quæ cum Cilicia continens eſt. Ep. 241. b

Mari aer continens eſt. de N. 49. a

Huic fundo continentia quædam prædia atq; adiuncta mercatur. pro Cec. 287. a

Hic fundus, qui fundo eius antiquo continẽs eſt. ibidem. b

Mare diſſimile proximo ei continẽti. Aca. 26. b

Barbari mire hic ſe torquent. Dicunt unam terrã eſſe cum illa terra. Ex una terra in alterã poſſe pedibus iri. &c. Latini uero continentem eſſe. Inde etiam aliis rebus cohærentibus & cõiunctis, ut nullum interuallum interſit, attribuitur. ut,

Ex eo natus ſeſe è continenti generi tertiam uictimam reipub. tribuit. de Fin. 77. b

Motus ſenſui coniunctus & continens in infinito nullus eſſe poteſt. de N. 7. a

Natura rerum uno conſenſu iuncta eſt & continens. de D. 115. b

Proxima & continens cauſa mouet aſſenſionem. de Fat. 149. a

Continẽtia cum ipſo negotio ſunt ea, quæ ſemper affixa eſſe uidentur ad rem, neque ab ea poſſunt ſeparari. de In. 50. b

Continenti ſpiritu) (Intermiſſo. de Or. 163. a

Sed nihil te interpellabo: continentem orationem audire malo. Tuſ. 151. b

In extrema oratione continens uox remedio est uoci. ad Her. 20. a
Continētia tua scripta, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris. Ep. 68. a
Rudes & imperiti pro his loquendi modis dicūt, Vnus post alterū ex eodem genere. Vno spiritu. Continentur eadem significatione.
Continentur uno spiritu multa dicere. ad Her. 20. a
Quomodo enim probes continenter imagines ferri: aut si continenter, quomodo æternæ? de N. 23. a
Continenter unum uerbum non in eadem sententia ponere. Or. 209. a
Continuo, Continuatus, Continuatio, Continuus, penè in eadem significatione usurpantur. qua Contineo, Continens.
CONTRA. Quomodo cummuni significatione accipiatur, notum satis est. Sed contrà ac. contra quàm consuetudine uulgari nõ ita est, tritum.
Si deniq; aliquid non contrà ac liceret, factum diceretur, sed contrà atq; oporteret. pro Cor. 56. a
Si hæc contrà ac dico essent omnia, tamen. in Ver. 202. a
Contrà ac dicat, accipi ac sentiri uelle. Or. 209. a
Omnia ferè contrà ac dicta sunt, euenire. de D. 119. b
Cum contrà ac Deiotarus sensit, uictoria belli iudicarit. in A. 227. b

Iam enim faciam contrà atq; in cæteris caußis fieri ſolet.pro Syl.186.a
Factum eſt enim mea culpa contrà quàm tù mecum egeras.Q.F.290.a
Clamare contrà q̃ deceat,& quàm poſsit, hominis eſt impudentiſsimi de Or.116.b
Quanquam quid ego de ueſtro iure contrà q̃ propoſueram,diſputo?pro Dom.257.b
Contraq; faciunt q̃ pollicentur.ad Her.24.b
Barbari dicunt,Contrariũ facere quàm promiſerat. Contrarium eſſe quàm aliquis dicat. &c. Sed Latini,Contrà ac,contrà atq;,contrà quàm &c.Sic contrà ſine,ac,aut,quàm.ut,
Non is ſum qui obtrectem libẽter: ſed contrà, qui laudem omnia.Acad.45.b
Quæ bona ſunt,mala putant:bonacõtrà,quæ mala.de.Fin.13.a
Ea ſumẽda dicebat: contraq; contraria.Acad. 45.b
Nos qui domi ſumus,tibi beati uidemur:at cõtrà,nobis tu præ nobis beatus.E.48.b
Ergo ut hi miſeri,ſic contrà illi beati. Tuſ.231.b
Non enim culpa tua eſt,ſi te aliqui timuerunt: contraq; ſumma laus &c.pro Mar.134.a
Ad cauſam pertinet,cautè, an cõtrà demõſtratum ſit.de Or.139.a
Decere &c.contraq; item dedecere.Or.205.b
Quid huic cum Habito?nihil,atq; adeò potius etiam contrà ſimultas.pro Clu.54.a
Indoctiores dicunt. Econtrà, aut Cõtrario.
Contrariò uero non dicit Cicero, ſed Contrariè:latine uero,Ex cõtrario,aut. Econtrariò,
aut

aut. Ex contraria parte, quoque dicitur.
Ego hoc ex contrario cõtendo·pro Q.R.52.b
Eadem sint in aduersarios ex contrario conferenda. de Or.125.a. ad Her.3.a. & 9.b. de In.65.a
Commutabile est, quod ab aduersario potest leuiter mutatum ex conrtaria parte dici ·de In.48.a.82.a
Si neminem læsi, si etiã è cõtrario multis opẽ tuli. Ant.197.b· ad Her·3.b. & 9.a. de Fin·133.a.
CONTRAVENIO. Siue iuncta uox sit, siue non, in usu iam multis non est, quòd propriã significationem ignorent. Valet enim idem, quod Aduersarium esse, Resistere alicui, Contradicere alicui in causa aliqua.
Quòd si de literis corruptis contrà uenit: si cõtrà omni ratione pugnauit: in Ver·150.a
Si ille ipse, quem contra ueneris, causa cadat. pro Mur·126.a
An ego non uenirem contra alienum pro familiari meo: in A·161.a
Contra rem suam uenisse me nescio quando questus est. ibidem.
CONVALESCO. Admonere hic tantum uolui studiosos, Reualesco pro Conualesco Ciceronianum non esse: sed post eius tempora usu receptum. Quod uerò Barbari dicunt, Iterũ sanum fieri, huius uocis cõsuetudine corrigi debet· nam Conualescere Latini dicebant. Exempla asscribere non est necesse, cum ubiq; in autoribus occurrant.
CONVELLO. Obseruandum est, in uerbis quæ iunguntur cum Vello, Ciceronẽ omnibus in per-

in perfecto non Vulsi, sed Velli attribuisse. ut,
Cum gradus Castoris conuellisti ac remoui. i. 1.
Qui me ex nostris penè conuellit hortulis.
Significat propriè Conuello, quod fixũ est, uellendo remoueo.
CONVENIO. Quædam sunt huius uerbi locutionis, minus nostris hominibus usitatæ. ut,
Conuenire aliquid in aliquem.
Hoc maledictum in illam ætatem non conuenit. pro Deiot. 149.a
Hæc suspicio conuenit in illum. pro S.R. 29.a
Sunt quædam in te singularia. quæ in nullum alium conuenire possunt. in Ver. 194.b
Et tamen id dixit, quòd conueniret in omnes luscos. de Or. 131.b
Commune exordium est, quod nihilo in hanc, quàm in contrariam partem causæ potest conuenire. de In. 48.a
Barbari: Hoc cõpetit in eum, Hoc quadrat in eum.
Conuenire inter aliquos, aut cum aliquo, ignorari à plerisque uidetur.
Atque hoc mihi cum tuo fratre conuenit. pro Lig. 139.a
Mihi cũ illo conuenit. ut. At 87.a. & in A. 255.a
Optimè cum aliquo conuenire. in Ver. 234.a
An censes nihil inter eos conuenire? nullã pactionem fieri potuisse. At. 125.a
Nisi inter eos conuenit, quid sit illud. Or. 207.b
Pactum est, quod inter aliquos conuenit. de In. 70.b
Sic Conuenit absolutè.

Barbari,

Barbari, Concordare inter se, Concordare cum aliquo in aliqua re, Cōcordare de aliquo.

Conuenit impersonale, pro Decet, oportet, minus quoque notum est.

Hæc non conuenit penes deos esse negare. de N.41.b

Vos his malis mederi conuenit. pro S. R. 44.a

Quo ex S.C. confestim interfectum te esse Catilina conuenit. in C.98.a

Ilicone ad prætorem ire conuenit? pro Qu.8.b

Quid tandem C. Rabirium facere conuenit? pro Rab 95.a

Tres conuenit habere res narrationē. ad Her. (3.a

In hac re exerceri conuenit. ibid.

CONVERTO. Hoc uerbo significatur quoque præter alia, idem quod Transferre: quod cum ignotum uideretur, hoc modo diuulgandum duxi.

Conuertere Græca in Latinum. Tus.196.b

Conuerti enim ex Atticis duorū eloquentissimorū nobilissimas orationes. de Opt.244.a

Orationes à Græco conuersæ. ibidem.b

Quæ splendidè dicta sunt, neque sunt conuersa de Græcis. de Fin.50.a

Xenophontis librum, qui Oeconomicus inscribitur, nos è Græco in Latinum conuertimus. Off.51.b

Carmina conuersa. de N.46.b

CONVICIVM. Facere conuicium, fieri, sustinere conuicium: hæ latinæ locutiones, ut pleræque aliæ, uulgo ignorantur.

Ei grande conuicium fecerunt. At.257.b

L. Quintius conuicium C. Iunio iudici quæstionis maximum fecit. pro Clu. 35. a
Cum ei magnum conuicium fieret cuncto à Senatu. E. 153. a
Consectari aliquem conuicijs. At. 35. a
Sed os tuum ferreo Senatus conuicio uerberari uoluisti. in P. 95. a
Sustinere quotidianum alicuius conuicium. pro Qu. 11. b
Barbari, Clamare contra aliquem, Vociferari in aliquem.
COR. Sæpe pro Animo Cor Barbari dicunt, similitudine linguæ uulgaris: ut, Tu nō habes cor, Cor remittere, Duro corde esse, malo corde, bono corde esse. Quoniam Germanice dicitur, *Kein hertz haben / Guothertzig sein / Klein hertzig* &c. Latini uerò, Animum habere. Malum, bonum animum. Cicero enim nunquam ferè utitur hac uoce, nisi cum aut partem illam corporis humani, quæ uitæ fons est, nominet: aut solum cum hanc formam loquendi, Aliquid alicui cordi esse, sermone usurpet.
CREDO. Sæpe hoc uerbum non in communi significatione, sed pro puto, aut particula aliqua sententiam exornante aut complente à Cicerone adhibetur.
Cum ista res nihil commouisset eius animū ad quem ueneratis, languidiore credo studio in causa fuistis? in A. 141. b
Quid tandem animo hoc tyrānum tulisse creditis? pro Mil. 108. b
Non fuisse, credo, fas clarissimorū uirorū formas illi

mas illi teterrimo parricidæ aliquid decoris afferre. pro Mil. 118. b

Senatus, credo, prætorem cum circumscripsisset. pro Mil. 119. a

Immoderati, credo, hominis & turbulenti. in A. 229. a

Item & hæc ratio loquendi, Mihi crede, Ciceroni ualde usitata, nostris pene est ignota.

Non sum (mihi crede) mētis compos. At. 138. b

Finem nullum facio (mihi crede) Cassi, de te cogitandi. E. 185. a

Illustrabit (mihi crede) tuam amplitudinē hominum iniuria. E. 6. a

Mihi crede istuc, ut cætera. At. 215. b

Affirmantis est locutio.

CVM. Coniungitur frequenter hæc uox cū tempore à ueteribus Latinis: quod nostri homines non imitantur, quia uulgari sermone eodem modo non explicant.

Vix annus intercesserat ab hoc sermone, cum iste Norbanum accusauit. de Or. 117. a

Vna nox intercesserat, cum iste illum sic diligebat, ut diceres inter eos omnia esse communia. in Ver. 126. b

Dies nondum decem intercesserant, cum ille alter filius necatur. pro Clu. 23. a

Vnus & alter dies intercesserat, cum, &c. pro Cl. 32. b

Aliquot enim sunt anni, cum uos duos elegi. At. 147. b

Multi anni sunt, cū illæ in ære meo est. Epistol. 251. a

Iam anni quadringenti sunt cum hoc accidit. Or.213.b
Iam biennium est, cum uirtuti nuncium remisisti. E.253.a.
Biennium præterijt, cum ille asiduo cursu cubitum nullum processit. At.207.b

Vulgus aliter loquitur: dicit enim, Ante duos aut multos annos: aut, Iam biẽnium est, ex quo ego te non uidi.

Cum aliquando significat quòd, ut,
Præclarè facis, cum tenes memoria &c. de Finibus 91.b
Bene facitis, cum uenitis. ad Her.39.b
Tibi gratias ago, cum tantum meæ literæ potuerunt, ut. &c. E.214.a
Gratulor tibi, cum tantum uales apud Dolobellam. E.155.a. At.226.b
Mihi gratissimum fecisti, cum eum nobis amicum, quàm seruum esse maluisti. E.265.a
Sæpe de L. Crasso uideor audisse, cũ te togatis omnibus anteferret. de Nat.13.a

CVPIDE. Cupide aliquid facere, aut agere, Latini dicebant: cum quis cupiditate nimia ui ctus aliquid faciebat, quod æquum non esset.
Hoc si tu cupidius factum existimas, Cæsari attribues. de Or.110.a
Cum utrisque separatim locutus est, ne cupidè quid agerent. Off.7.b
Quid cupidè à senatu, quid temerè fiebat. in An.170.b

CVPIO. Alicuius causa cupere, aut, Alicui cupere, Latini dicebant, cum significare uellent amorem

amorem & beneuolentiam in aliquem.
Is mihi causam tradidit, quem sua causa cupere ac debere intelligebat. pro S.R.43.b
Dolobellæ causa & cupio, & debeo. At.259.a
Cupere omnia causa alicuius in Ver.145.a
Vehementer cupere causa alicuius. E.227.a
Cuius causa omnia tum cupio, tum mehercule etiam debeo. E.230.b
Tibi, cui maxime cupio, satisfaciam. E.245.b
Faueo Curioni, Cæsari honestissime cupio, pro Pompeio emori possum. E.26.a

CVRA, *Curatio*. Notandum hic fuit, uulgus medicorum Curam dicere pro Curatione. nam sic loquitur, Suscepit curã huius, aut alicuius, Perfecit curam, Adhibuit curam talem &c. Cicero uero id sic dicere solet.
Medici grauiorib. morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur. Off.17.a
Aesculapius potest præscribere per somnium curationem ualetudinis. de D.134.a
De medico tu bene existimari scribis: sed planè curationes eius non probo. E.258.a (221.b
Alia quædã ad eũ est admouẽda curatio. Tus.
Sic quoq; *Curare corpora.*
Corpora curari possunt: animorum nulla est medicina. Tus.191. a
Violẽtis medicaminib. solere curari. in P.82.a

D

DE. Hac præpositione nostri homines rarius pro EX, aut genitiuo pluralis numeri usurpant, cum tamen usitatissimum sic ueteribus fuerit, ut

Ex tot generibus nullum est animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei: deq; ipsis hominibus nulla gens est, quæ nõ habendum sciat esse deum. de Leg. 160. b

De græcis autem facetus Socrates. Off. 22. a

Nemo fuit, qui rem ullam de meis bonis attigerit. pro Dom. 235. a

Si quis unquam de nostris hominibus fuit. pro Flac. 147. b

Nemo de ijs qui peritissimi sunt. de Or. 101. a

Magnum quoddam opus: atq; haud sciam, an de humanis operibus longe maximum. de Or. 115. a

Vnus de illis pro Mil. 114. a

Ego istum de superioribus pene solum lego. de Cla. 175. b

De firmissimis alia prima ponet, alia extrema. Or. 201. b

De ritibus patrijs colantur optimi.

Quidam de collegis nostris. E. 178. a

Nihil ex sacro, nihil de publico attigi. in V. 151. b

Mitte ad nos aliquem de tuis tabellarium. At. 78. a

Comitia de minore parte populi facta. contra Rul. 70. b

Multa de suis secum asportabant. Parad. 117. a

Et sexcenta alia: quæ ipse obseruare apud Ciceronem poteris.

Eadem elegantia est, in his locutionibus, De amicorum consilio, de alicuius sententia.

De amicorum sententia Roscius Romam confugit. pro S. R. 22. b

Facere aliquid de sententia atque autoritate alicuius. pro Cæl.52.a
Minos leges sanxit, de Iouis sententia. Tus.182. a
Nihil faciam, nisi de sententia tua. At.104.b
Capere consilium de sententia alicuius. in Ver. 116.b
Cæsar non est facturus quicquam, nisi de meo consilio. At.215.
Puer literas patris aperire solet, idque de meo consilio. At.93.b
Facere aliquid de consilio alicuius. E.184.b
Vix tamen sibi de mea uoluntate concessum est. At.55.a
Barbari dicunt, Aliquid facere secundum consilium, aut sententiam, aut uolūtatem alicuius.
Vnum superest genus loquendi, quod ab indoctiorib. ignoratur, cū De causā notet. ut,
Excipere quibus de causis non liceat. pro Clu. 42.b
Magno de pace, quæ uisa sunt, respōdi. At.150.a
Collegia tribunorū tota reperientur quæ coeant de hominum locupletissimorum bonis. pro Dom.222.a
Regulus de captiuis commutandis Romam missus est. Off.9.a
Idem quod Propter, aut Ob.
Decanto. Verbum hoc negligitur à multis, quod ꝓpria uis significationis ignoretur. Significat enim, quasi ex præscripto, uersus aut alia uulgaria recitare, & ad satietatem usque inculcare.
Græcus doctor, qui alicui peruulgata præcepta decantet. de Or.115.b

iisdem de rebus semper, quasi dictata decantare, neque à commentariolis suis discedere. de Finib.104.b
Etenim hæc decantata erat fabula. At.216.b
Solus enim multorum annorũ memoria, non decantandi augurij, sed diuinandi tenuit disciplinam. de D.202.a
Ita semper aut rerum uulgarium est: aut in uitio ponitur.
DECEDO. Præter uulgarem significationẽ, quæ est, de loco recedere: ut de prouincia, de uia, de possessione, iure, sententia, significat quoque mori, siue adiungas De, aut Ex uita, si ue omittas.
Pater nobis decessit ad.uiij.Calen.Decemb.At.4.b
Puer festiuus noster decessit. At.7.a.209.b
Qui iam decesserunt, omnique odio carent. in Sal. 272.b
Cum adiunctione. Qui iam de uita decesserũt. pro Rab.97.a
Vetat Pythagoras iniussu dei de præsidio & statione uitæ decedere. de Sen.92.a
DECERNO. Non solum hoc Senatorũ sententijs, aut priuatorũ tribuitur, quibus aliquid statuebant: sed & contentionibus & pugnis, quibus res aliqua periclitabatur. ut,
Omnia facere omnis debet, ne ius decernatur. At.102.
Certamen quod ferro decernitur. de Or.138.a
Sed utinam meo solum capite decernerem. At. 163.a

Pendeo animi expectatione Corfiniēsi, in qua de salute reipub. decernitur. At.122.a
Vno iudicio de fortunis omnibus decernitur. pro Quint.1 b
Decerto. Neque hoc uerbum uulgare est: quo pene nihil usitatius est Ciceroni. idem significat quod Certo. ut,
Duo sunt genera decertandi: unum per disceptationem, alterum per uim. Off.7.b
Cum multis consularibus tanta contentione decertaui, quanta nunquam antea. Ep.64.a
Demosthenes & Aeschines inter se decertare soliti sunt. de Fin.125.a
Decido. pro, Transigo cum aliquo, forense uocabulum rebus contrahendis tributum: ignotum nunc plurimis.
Clodius cum propinquis suis decidit, ne reos faceret. de Ar.253.a
Decidis statuisq́ tu quid ad denarium solueretur. pro Quint.5.b
Qui cum reo transigat, post cum accusatore decidat. in Ver.125.a
Per te. C. Aquili decidit P. Quintius, quod liberis Scapulæ dissolueret. pro Quint.5.b
Qui medimnis DCC. decidere noluit. in Verr. 159.b
Decidere de omnibus rebus rationibusq́ societatis. pro Quint.5 b
Tuam partem dimidiam magno decidisti pro S.R.50.b
Decisio in eadē sententia, ut facere decisionem. Vulgo, Conuenire de summa aliqua: aut, hc

tantum dare: aut. Transigo tantum dicunt, q̄d quocꝙ in hac significatione usurpatur.

DEDICO. Ignotum hoc in uulgus est, significat enim, Deo alicui aliquid consecrare. Marcellus duo se templa dedicaturum Romæ uouerat in Ver. 228. b

Simulacrum Iouis dedicare. in V. 214. b
Delubrum Homero dedicare. pro Arch. 189. b
Simulacrum, aut arã dedicare. pro Dom. 257. b
Consecrare & dedicare publice aliquem deum. de N. 41. b
Aedes Castori & polluci in foro dedicata. pro Dom. 223. b
Domum consecrare. monumentum facere, in ædibus alicuius signum dedicare. pro dom. 223. b
Nostro sermone, *Vueiben* dicimus.

Dedita opera aliquid facere, non tam uulgare, quàm libenter aliquid facere: quod linguæ patriæ simile est.

Vt igitur hæc scirem, dedita opera has ad te literas misi. At. 156. a
Opera dedita facere aliquid. de Or. 101. a

DEDVCO. Varia significantur hoc uerbo uulgo ignota, ut res eo deducta est &c. pro, In eum statũ peruenit: ut imperiti loquũtur, aut, Ad Hoc res iam uenit.

Rem huc deduxi, ut palam pugnare possetis. in C. 105. a
Quem in locum res deducta sit uides. E. 46. b
Eum in locum res deducta est, ut. E. 260. a
Certamen deducere ad extremum. E. 121. b

Accom-

Accommodatur quoque ad sententias,& ani-
mos hominum,quos uerbis flectimus.ut,
Odoror quam sagacissime possum, quo iudi-
ces deduci oratione facillime posse uidean-
tur. de Or.125.b
Vt is qui audit,ad fletum,misericordiamq; de
ducatur.de Or.125.b
Illud quod eo,quo intendas,ferat, deducatq;
cognoscendum est.de Or.96.a
Eloquentia deducimus perterritos à timore,
& consolamur afflictos.de N.56.a
Voluntatem impellere quo uelis:undeautē ue
lis deducere.de Or.87.a
Quem nulla conditio pecuniæ ab summa in-
tegritate continentiaq; deduxerit.Qu.Fr.291.a
De prauitate animi deducere aliquem.Qu.de
Pet.211.a
Quod instituit referre de religione,ab eo dedu
ci non potest. Ep.2.b
Neq; legis improbissimæ pœna deductus est,
quo minus &c,E.256.a
De sententia deduci aliquem.At.25.a
De fide deducere aliquem.in Ver.71.a
De animi lenitate deducere.in C.110.b
Eodem modo à mente consilioq; deduci ali
quem.in Ver.77.b.pro,Amentem, aut Demen
tem fieri.
Deducere Ratiocinatorum quoq; uocabulum
est:quod tam usitatum non est nostris, quàm,
Detrahere de summa.
Vt boni ratiocinatores officiorum esse possi-
mus.& addendo,deducendoq; uidere, quid
reliqui

reliqui summa fiat. Offic.12.b
Partitionis caput scriptum caute, ut centum nummi deducerentur. de Leg.180.b
Si in testamento deducta, scripta non essent. de Leg.180.a
Hinc Deductio. ut, Certis nominibus deductiones fieri solebant. in Ver.189.a

Defero Honores, uoluntates, officia, hoc uocabulo aliis offerebantur: quod Barbari nunc Præsentare dicunt. ut, Ego præsentaui illi meum officium. Sic uero Latini:
Quicquid possum, ad hanc rem conficiendam, tibi polliceor & defero. pro Pom.17.a
Omnem ei suam autoritatem, gratiam, copias, opes, ad hoc negotium conficiendum detulit. pro Flac.149.a
Vltro mihi cæsar omnia detulit. Ep.56.b
Hanc meam uoluntatem ad matrem tuam detuli. E.94.a
Eiq; nec opinanti uoluntatem tuam per literas detuli. E.211.b
Vniuersum studium meum & beneuolentiam ad te defero. E.87.b
Honores alicui deferre. contra Rul.75.a

Tribuere idem etiam significat.
Ad quem tum Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. de N.5.a
Deferre palmam alicuius rei cuipiam. de Ora.129.b
Deferre præmiũ dignitatis alcui. pro Fla.146.a
Atq; istam partem uitæ cõsuetudinisq; nostræ totam ad te defero. E.16.b

Præponere

Proponere aliquid & iudicare sæpe significat.ut,

Aliquid ad populum,aut ad aliquem deferre. Off.74.a.pro Dom.259.a.At.11.b.de D.156.a

Te esse solicitum,multi ad nos deferũt. E.47.a

In his obseruandum,non solum in uitio poni Deferre:sed in laude etiam. Vsurpatur itidẽ pro Accusare,sed trita hæc sunt.

DEFICIO. Vis huiꝰ uerbi satis nota, sed usus minimè. Hinc fit, ut imperiti dicant, Deficit mihi aliquid, quomodo Cicero nunquam est locutus. semper accusatiuus consequitur, nunquam datiuus.ut,

Ea me solatia deficiunt.Ep.51.b

Leontina ciuitas me defecit.in Ver.171.b

Si eũ in causa deficerent omnia.pro Font.281.a

Res me ipsa deficit.Q.Fr.314.b

Iam me uires deficere cœperunt.de Or.101.b

Vox me citius defecerit, ꝙ nomina.in Verr. 119 b

Iam me dies deficit.in V.119.b

Tempus hercle te citius, quàm oratio deficeret.pro S.R.35.a

Dolorem aliquem non deficere.in Ver.268.a

DEFINIO. Vulgus nescit hoc uerbum iungi cum ablatiuo, idemq; ualere quod Metior. Existimo.

Hic tu modum uitæ tuæ nõ salute reipub. sed æquitate animi definies.pro Mar.155.a

Loca quæ regionibus orbem terrarum,rebus illius gestis imperium populi Rom. definiunt.pro Cor.68.a

Res hæ,

Res hæ, quas gessimus, orbis terræ regionibus definiuntur. pro Arch 190.a
Neq; æquum est tempore & die memoriam beneficij definire. Postquam. 205.a
DEFLAGRO. Nullis hoc uerbum usitatum est, nisi qui in optimis autoribus sunt uersati. alij pro eo utuntur, Incendi, Exuri, Comburi.
Dianæ Ephesiæ templũ deflagrauit. de N. 40.a
Curia Saliorum deflagrauit. de D. 86.b
Illæ faces, quibus incensa L. Bellieni domus deflagrauit. in Ant. 177.b
Phaeton ictu fulminis deflagrauit. Off. 71.a
Aedes nympharum manu tua deflagrauerũt. Par. 121.b
DEFORMO, deformatus, uenustate qua in forma est priuari. Conspurcare potius dicunt rudes. Sed apud Ciceronem hoc non est.
Eius concio, in qua Pompeium ornat, an potius deformat? de Ar. 256.
Aliquis deformatus, atq; ornamentis omnib. spoliatus. pro Quint. 17.b
Sic ego hunc omnibus à me pictum & politũ artis coloribus subitò deformatũ uidi. At. 36.a
Mortuus, deformatus, tumore præditus, corpore decoloratus. ad Her. 14.b
Si hominem deterrimũ poeta aliquis fictis cõquisitisq; uitijs deformatum uellet inducere. de Ar. 257.a (de Ar. 249.a
Ludi deformati, inquinati, peruersi, cõturbati.
Deformata ciuitas. de Or. 145.
Parietes nudos deformatosq; reliqt. in V. 228.b
DEFVGIO, pro Fugio, non ita nobis usitatum ut

cum ut

tum ut Ciceroni.ut,Disputationem,munus,in iurias fortunæ, & eius generis alia: quorũ exẽ- pla apud eum quæras.

DEFVNGOR. pro liberor, Explicor,in usu non est.

Cum ij,qui antea metuebãt,redirent, & iam de functos sese periculis arbitrarẽtur. p S.R.21.b

Defungi periculis,pro Explicari.

Et hoc mendacio,si qua pericula tibi impende rent,ut defungeremur optaui.Ep.112.a

DEGO uitam, ætatem: neq; uulgari linguæ simile,neq; usu nunc tritum. (180.b

Quod reliquũ est uitæ,in otio Rhodi degã.Ep.

Cum Lentulo & Catilina fœdissimam & miser- rimam uitam degere.pro Syl.181.b

Degere uitam cum uirtute.de Fin.125.

Degere uitam in egestate.pro S.R.42.b

Ad uitam degendam præparare res necessari- as.Off.5.b

Degere omnẽ ætatẽ in trãquillitate.de Fin.89.b

Amicitia nullam ætatis degendæ rationem pa titur esse expertem sui.de Am.112.a

Degere ætatem inter feras.pro S.R.45.b

Id sibi quisq; genus ætatis degendæ cõstitu- it,quod maximè adamauit.Off.25.b

Et omne tempus ætatis sine molestia possit de gere.Off.72.b

DEGVSTO, pro Gusto,Experior,uulgo ig- notum:ut,Degustare aliquid:ut,de fabulis ali- quid, Ex aliqua re aliquid, Hominem aliquẽ.

Degustabis genus hoc exercitationũ mearũ, quibus uti consueui.Parad.116.b

Tu uelim

Tu, uelim, Fabium odorere, & istum conuiuā tuum degustes. At. 12. a

DEIICIO. Cum honoribus, & ijs quæ sperassemus. tribuitur: uulgare non est. ut,

Pollicitus est, quantum uellent pecuniæ, si me ædilitate deiecissent. I. V. 70. b

Quintus Tubero prætura deiectus est. pro Mur. 142. b

Deijci de urbis præsidio, & de custodia ciuitatis deturbari. pro Mur. 143. a

Si metum hunc Siciliæ deiecero. in Ver. 262. a

Nec uerò usquàm discedebā, nec à repub. deijciebam oculos. I. A. 153. a

Tumultuantem de gradu deijci. Off. 16. b

Mihi uidetur στρατύλαξ ille deiectus de gradu. At. 261. a

Nos sæpe aduersarios nostros de statu omni deiecimus. Or. 208. b

Videsne quantum de doloris terrore deieceris? Tus. 178. a

Hac se commemoratione ciuitatis omnia uerbera depulsurum, cruciatumq; à corpore deiecturum arbitrabatur. I. V. 269. a

Cum Senatum à gubernaculis deiecisses? pro Dom. 218. a

DE INTEGRO. Si hoc usitatum esset nostris, non dicerent, A principio, A nouo.

Eas leges de integro ferri placet. At. 221. b. in A. 196. a

Illud uerò uel optimè, quòd ita multa mutari uolunt, ut mihi de integro scribendi causa non sit. At. 213. a

DE LABOR, Non tam hoc notum est, quàm Cado, aut Decido. ut, (195.b
Ex utraque parte tecti aqua delabitur. de Or.
E cœlo diuinum hominem esse in prouinciam lapsum. Qu. Fr. 291.a
De manibus audacissimorum ciuiũm delapsa arma ipsa ceciderunt. Off. 16.a
Iam enim à sapientum familiaritatibus ad uulgares amicitias oratio nostra delabitur. de Am. 110.b
A maledictis pudicitiæ ad coniurationis inuidiam oratio est nostra delapsa. pro Cæl. 40.a
A maioribus ad minora delabi. Part. 230.b
Nam ipse quotidie mihi delabi ad æquitatem, & ad rerum naturam uidetur. Ep. 88.a
Cum tu prouectus subito, atq; delapsus in flumen. nusquam apparuisses. de D. 92.b
Delabi in morbum. At. 104.a
Delabi in aliquod uitium. de Or. 131.b
Dum autẽ uerbis utitur suis, delabitur in eas difficultates, ut necessitatẽ fati confirmet inuitus. Fat. 148.a
Omnia, quæ delapsa iam fluxerunt, seueris lebus uincienda sunt. pro Mar. 134.b
Habenda est ratio rei familiaris: quam delabi sinere, flagitiosum est. Off. 46.b
Delabitur interdũ, ut dicat opinaturũ. Aca. 15.b
DELIBERO. Mihi deliberatũ est, pro Constitutum. ignotum in uulgus, dicunt enim potius, Ego conclusi mecum: quod barbarũ est.
Mihi deliberatum & constitutum est, ita gerere consulatum. contra Rul. 65.a

Certum est deliberatumq́ dicere.pro. S·R·23.a
Si iam tibi deliberatum est,quibus abroges fidem iurisiurandi,responde pro Qu R.25 a
Sic habuisti statutū cum animo ac deliberatū, omnes qui habitarent,&c I·V·168.a
Iste certe statuerat, & deliberauerat non adesse.in V.76.b.

DELICIAE. Vocabant ueteres eos aut ea, quibus ualde oblectabantur.Cum hominibus tribuitur,pro his dicit uulgus,Amicus, aut Amica,aut Charus,aut Chara.
Pyliæ salutem dices & Atticæ, delicijs & amoribus meis.At.255 b
Simia quam rex Molossorum in delicijs habebat.de D.96.a.
Sed redeo ad amores deliciasq́ nostras in (Ant.207.b.
Scito C. Sempronium, mel ac delicias tuas calumniam maximo plausu tulisse.Ep.116.b
Deliciæ tuæ Aesopus.Ep.94.b
Quæ ciuitas tibi in amore atq; in delicijs fuit. in V.200.b
Illi quibus eras in delicijs, uix risum tenebāt. in Vat.32.b
Publicanos habeo in delicijs At.87.b

DELITESCO. Neglecto hoc uerbo, rudes linguæ latinæ dicūt. Se abscondere, Se abscondisse.aut,in angulo latere.ut,
Vt eo mitteret amicos qui delitescerent: deinde repentè prosilirent.pro Cæl.50.b
Serui in balneis delituerunt 51.a
Stella cum delitescens, tum rursum se aperiēs. de N.36.b

Bestia

Bestiæ in cubilibus delitescunt.51.a
Aequitatis iudicium cum erit,caue in ista frigi da calumnia delitescas.pro Cecin.296.b
Sic Arcesilas,qui cõstitutã philosophiã euerte-ret,& in eorũ autoritate delitesceret,&c. Ac.5.a
Demigro. Neq; propria, neq; translata significatio nunc in usu est:sic igitur restituatur.
Demigrandũ est potius aliquo, quàm habitã-dum in hac urbe.pro Dom.233.a
Demigraturi nostri homines in illa loca sunt. propter ægrotum aliquem. cõtra Rul.74.b
A quo repudiatus, ad sodalem tuũ M. Marcel-lum demigrasti.I.C.101.a
Quos tu demigrare. & aras & focos relinque-re coegisti.I.P.99.a
Mentes quæ ex hominum uita ad deorum re ligionem sanctimoniamq; demigrãt. pro R. P.96.b
Multa mihi dat solatia, nec tamen ego de meo demigro.At.65.a
DEMISSVS & demisse,imperitis in ore non est,sed Humiliatꝰ,quod aliud significat:aut hu militer:quod nõ tam usitatum est, crebrius u-surpare solent.
Videsne tu illum tristem & demissum:iacet,dif fidit,&c.pro Mur.134.b
P.Sylla mœrẽs,demissus,afflictus.pro Syl.181.a
Vt ille tum humilis,ut demissus erat.At.36.a
Inuenies eum apud sororem tuam, occultan-tem se capite demisso.pro Dom.229. b
Erigebat animũ demissum,oppressum Oppia nicus.pro Cluen.29,a

Anim9 humilis atq; demissus pro Font.280.b
At. C. Fabricius à subsellijs demisso capite discesserat. pro Cluen.29.b
Suppliciter ac demisse agere gratias alicui. Attic.284.b
Demisse & humiliter loqui. Tus.185.b. 235.a
Vtrum me nõ respondere, an demisse respondere decuit? pro Dom.252.a
Me tueor ut oppressis omnibus non demisse, ut tãtis rebus gestis parum fortiter. At.54.a
DEMITTO. In ea significatione qua Demissus, ignotum multis est. ut,
Si uincunt, efferunt se lætitia: uicti debilitãtur, animosq; demittunt. de Fin.135.a
Te rogo, ne cõtrahas, aut demittas animum. Qu. Fra.290.a
In mediocri figura uersabimur, si hæc ut ante dixi, aliquantulũ demiserimus. ad Her.26.b
Illa usq; ad talos demissa purpura. p Clu.40.b
Cum in eum casum me fortuna demisisset. Ep.147.a
DEMORTVVS, Idem quod Mortuus: tritũ non est. ut,
Sanxerunt ne quis emeret mancipium, nisi in demortui locum. in Ver.202.a
Altera lex iubet augurem in demortui locum qui petat, nominarè. ad Her.4.a
Alij enim sunt aliàs nostriq; familiares ferè demortui. At.259.a
Cum esset ex ueterum numero quidam Senator demortuus. I. V.139.b
DENEGO. Pauci utuntur eodem modo quo

quo Nego, cum idem ualeat, exempla aliunde petantur.

De nuncio. Omnino hoc uerbum in tenebris iacet, quare in lucem est proferendum. Varia enim ueteres eo significabant, Primum nunciare aliquid.

Expectāti mihi tuas quotidie, Lupus noster subito denūciauit ut ad te scriberem. Ep. 179. a
Ego autem nunquam, cum mihi denūciatum esset à tuis ire aliquem, non dedi. Ep. 195. a
Siculis denunciatum esse audio, domum ad illum ut uenirent. in V. 70. b

Deinde *Testor*, aut, ut nunc uulgus loquitur, Protestor significat. ut,

Alphenus denunciat se procuratorē esse. pro Quint. 4. b
At ille dennnciat fundum illum suum esse pro Cecin, 288. b
Cur Ebuti de isto potius fundo, quam de alio Cecinæ denunciabas. pro Cec. 305. a
Quamobrem illa arma non periculum nobis, sed præsidium denunciant. pro Mil. 101. b
Testificor, denuncio ante, prædico, nihil eum facturum. in A. 206. b

Tertio, Bellum aut contentiones nunciare & indicare. ut,

Quod Senatus non ad pacem deprecandam, sed ad bellū, denunciandū miserat. Ep. 198. a
Denunciare nouas inimicitias alicui. pro Flac. 146. b
Catilina Sulpitio uim denunciabat. pro Mur. 136. a

Denunciare iudicium alicui.pro Sest.11.b
Quid erat aliud, nisi denunciare populo Ro. seruitutem.in A.189.a
Mortem ab illo denunciatam palam Miloni & prædicatam.pro Mil.111.a
Iudici denunciare,& in iudicium.pro S.R.49.a

Depaciscor, Conditionibus certis transigo cum aliquo. neglectum à multis, ita reuocetur.

In quo non extimesco periculum. cum enim tot impendeant,cur non honestissime depacisci uelim?At.140.a
Cum illo partem suam depacisci.pro S.R 36.b
Ipse tria prædia sibi depactus est.ibidem.37.b
Neq; ante dimissus,quàm ad conditiones eius depactus est.in V.160.b
Depascisci cũ aliquo,ut aliquid fiat.de In.71.a

DEPASCO.idest.Pascendo consumo. Ignari huius uerbi, aut muti sunt, cum res ipsa sit uerbis exprimenda: aut dicunt. Pecudes esse in agris. quæ edunt gramen, aut triticum, aut simile. Etiam atrondere dicunt quidam, qui politius loqui uolunt.

Qui à pecore eius depasci agros publicos dicebant.de Or.135.a
In summa ubertate inest luxuries, quæ stilo depascenda est.de Orat.137.b
Depasci ueterẽ possessionẽ Academiæ ab hoc acuto homine non sinemus.de Leg.167.b

Dependo, idem quod Pendo: sed non ita usitatum & notum nostris hominibus, hoc igitur modo consuetudine teratur.

Mihi abiurare certius est, quàm dependere. Attic.5.a

Puto, si quid in homine pudoris est, præstaturum eum, ne sero quodammodo dependatur. At 231.b

Dependendum tibi est, quod mihi pro illo spopondisti. Ep.11 b.286 a

Omnes reipub. pœnas præsenti morte dependerunt. pro S.27.a

Latorem legis Semproniæ pœnas reipub. dependisse. in C.120.a

Sic *Deperdo*, pro *perdo* notum non est. eius exempla ex Lexicis petas.

Deploro. Significatio nota, sed usus obscurior est. Nam non solum cum Accusatiuo, sed cum De præpositione quoque coniungitur. ut,

De iniurijs deplorari ac conqueri in Ver.157.a 122 a

Quæ de altero deplorentur, ad suas res reuocare de Or.128.a

Necessario mihi de ijsdem rebus esse arbitror, si non subtilius disputandum: at certe dolentius deplorandum. pro Sest.5.b

Depono. Ad inanima transfert crebro Cicero. nostri rarius. Barbari pro hoc dicunt, Ponere aliquid ex corde suo, Amouere aliquid ex animo suo, Non amplius recordari.

Obliuiscor iniurias, depono memoriam doloris. pro Cæl.49.b

Deponere timorem. Ep.178.b

Animus mollis & ad accipiendam & deponendam offensionem. At.14.a

Deponere ſimultatem. Ep.25.a
Deponere inicitias ueteres, pro Cluen.58.a
Deponere amicitias de Am.110.b
Deponere errorem. in A.220.a
Sin aliter, cum opinionem hoc ipſo in loco depoſitam & abiectam relinquatis. cõtra Rul. 87.b
Tu modo ineptias iſtas & deſideria urbis depone. Ep.99.b
Si audierit te ædificationem depoſuiſſe. Epiſt. 205.a
Opprimi me onere officij malo, quam id quod mihi cum fide ſemel impoſitum eſt, aut propter perfidiam abijcere, aut propter infirmitatem animi deponere. pro S.R.20.a
Alijs rebus quoq; tribuitur, quas ponimus. ut, Poſſumus petitoris perſonam capere, accuſatoris deponere. pro Qu.8.a
Deponere alienum nomen ipſe maluit, quàm ſuum illis reddere. in A.250.a
Vt primum in concione prouinciam depoſui, ſtatim &c. Ep.60.a
Prouinciam remitto, exercitũ depono. in An. 218.b
Deponere imperium. Off.14.a
Depoſitis armis, de re pecuniaria diſceptare. pro Qu.7.b
Sed quid ego hæc, quæ cupio deponere, & toto animo philoſophari. At.25.b
Deponere aliquid de manibus At.59.b
Dicitur quoq; de pecunia, aut re alia, quam alicuius fidei committimus: unde *Depoſitum.*

Tribunitij

Tribunitij candidati HSCCCC. apud M. Catonem deposuerunt. Qu. Fr. 316. b
Rationes mei Quæstoris Apameæ deponere cogitabamus. Ep. 28. a
Habere aliquid depositum apud aliquem. in V. 206. a
Apud me item puto depositum. At. 245. a
Deponere pecuniam apud aliquem. Off. 75. a
Depositum.
Vt non reddere depositum, etiam ne furioso promissum facere. Off. 7. a. 71. a
Qui propter auaritiam clam depositum non reddit, quod est iniustitiæ. Tus. 194. a
Deporto. Neque proprie, neque translate utimur nunc hoc uerbo, pro Conferre, Ferre.
Mihi placebat, si firmior esses, ut te Leucadem deportares &c. Ep. 256. b
Non te literas ex Sicilia in Verrem deportare uelle arbitrantur. in V. 59. a
Tertia illa tua, quam tecum deportabas. in Ver. 243. b
Mittam qui pantheras alant, & eas deportent. Ep. 119. b
Pompeius bellum in Africa confecit, uictorem exercitum deportauit. pro Pom. 15. b
Hoc simulacrum quidam homo nobilis ad ornatū ædilitatis suæ deportauit. p Dom. 235. b
Nihil ex ista prouincia potes, quod iucundius sit deportare. Ep. 102. b
Deportare triumphum ex prouincia. Off. 16. a
Aliq̄d aut in Asia susceptū, aut ex Asia deportatum flagitium ac dedecus. pro Mur. 126. b

Teq́ non cognomen ſolum Athenis deportaſſe, ſed humanitatem. de Sen. 77. a

Depoſco, Vehementer poſco. uulgare non eſt, facilis tamen eius cognitio. ut.

Depoſcere aliquam rem. pro Flac. 164. in Acad. 190. a. pro S. R. 54. b

Aut depoſcere aliquid ad aliquid. in Ver. 88. b pro Pom. 4. b

Sibi aliquid. de In. 88. a. pro Pom. 12. a

Qui ſibi has urbanas inſidias cædis atq́ incendiorum depopoſcerat. in V. 105. b

Sed hanc mihi diſceptationem pro paterna neceſſitudine & cõiũctione depoſco in A. 248. a

DEPRECOR, pro Valde precor, uſitatum ſatis. ut, (158. a

Deprecari ne aliquid fiat. de Fin. 64. a. pro Mur.

Aut aliquid ab aliquo in Ver. 150. a. 235. b

Aliquid deprecari, pro precibus urgere & petere Ep. 198. a. de Or. 145. b

Sed *Deprecari pro altero*, non tam uulgare nunc eſt, quàm Intercedere pro aliquo: quod in hoc ſenſu apud Ciceronẽ nõ inuenitur, neq́ Interceſſor: neq́ Interceſſio: ſed Deprecator, & Deprecatio. q̃d exẽplis, ut clarius fiat, docebimus.

Pro uno filio duo patres deprecamur. pro Plan. 281. a

Mater & ſoror deprecatur ꝓ pueris. Atti. 280. b

Omnia ſemper pro amicorũ periculis, nihil unquã pro meipſo deprecatus ſum. de Or. 127. a

Pro reditu. P. Popilij multi cognati & affines deprecati ſunt. Poſtquam. 199. a

Deprecari aliquem pro aliquo. Poſtquã. 212. a

DEPRECATOR.

Filium misit non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei. At.175.b.179.a

Cretenses ad Pompeium legatos deprecatoresque miserunt. pro Pom.10.a

Sperabam iudices honoris potius L. Placci me auditorem futurum, quàm miseriarum deprecatorem. pro Flac.146.a

Deprecator fortunarũ alicuius. pro Plan.281.a

Deprecator salutis meæ. pro Sest.8.b

Post temeritatem nostri Dolobellæ, deprecatorem me pro illius periculo præbeo. Ep.21.a

Significat præterea *Deprecor*, Precando effugio aut uito, aut Precando obtineo: quod certe usitatum non est.

Neque est ullum periculum, quod pro libertate aut refugiam aut deprecer. Ep.163.b

Qui nullum supplicium deprecatus est, neque recusauit. Tus.186.b

Iam qui tot scelera commisit, is nullam ab sese calamitatem poterit deprecari. in V.108.a

Vt à me quandam prope iustam patriæ querimoniam detester ac deprecer. in Ca.100.b

Inuidia remota, quam dies mitigauit, oratio mea deprecata est. pro Clu.54.b

Deprecari mortem alicuius in Ver.261.a

Deprecari iniuriam ab aliquo. Ep.122.a

Non supplicium deprecarer. pro Rab.97.a

Multorum hic uitam est à L. Sylla deprecatus. pro Sylla.180.b

Pro reditu P. Popilij multi cognati & affines deprecati sunt. Postquam.199.b

DEPREHEN

DEPREHENDO. Et hoc uerbum notandum fuit, quòd indocti pro eo dicant, In ipso facto inuenire aliquem. Latini uero, Deprehēdere in aliquo facto.

In adulterio. de Orat. 154. a
In maleficio. de Inuen. 65. b
Cum aliqua muliere. Ep. 116. b
Aliquam rē deprehēdere ut facinus. pro Cæl. 46. a. de Cla. 190. b. pro Flac. 154. a

DEPROMO. Translate sæpe utitur Cicero, hoc modo.

Argumenta alicunde depromere. de Or. 119. a
Ex loco aliquo. de Fin. 108. a
Ex arte. Ep. 205. a
Ex intimis. de Or. 138. a pro Cluen. 29. b
Ex iure ciuili. de Or. 101. a
De iure ciuili. de Orat. 106. a
Primum in Cæsarem maledicta congessit, deprompta ex recordatione stuprorum suorum. in A. 186. a
Vereor, ne cui ex Stoicorum disputationibus, non ex meo sensu deprompta hæc uideatur oratio. Parad. 116. b
Depromere domo alicuius. in V. 182. b

DEPVGNO. Vsitatum nostris non est, idem significat quod Pugno. ut,

Depugnare cum aliquo. At. 106. a
Aiax depugnaturus cum Hectore. Tus. 210. a
Torquatus cum Gallo apud Anienem depūgnauit prouocatus. de Fin. 80. a

DERIVO. Culpam, aut áliquid in aliquē deriuare, non ita nobis usitatum ut Ciceroni. dicimus

cimus potius, Reiicere culpã in aliquem: pro quo Cicero usus est Deriuare.ut.
Dicam enim,non deriuandi criminis causa,sed ut factum est.pro Mil.107.a
Id poterat inficiari, poterat in alios deriuare. At.56.a
Quid est,quamobrem putes te tuam culpã nõ modò deriuare in aliquem, sed communicare cum aliquo posse.in V.118.b
Considerandum est,ne tota causa mutata,in aliam causam deriuetur.ad Her.14.b
Aliis rebus quoq; attribuitur.ut,
Et cogeris partem aliquã in Asiam deriuare curæ & cogitationis tuæ.in Acad.235.a
L.Domitius aliò responsionem suam deriuauit.in V.104.b
Iusticia nihil in suam domum inde deriuat.Tuscul.242.b
DEROGO. pro, Non tribuo: unum de illis uerbis,quæ à multis aut ignorantur,aut negliguntur.ut,
Quomodo isti, si somniũ uerũ euasit aliquod, non ex multis potius uni fidẽ derogant, q̃ ex uno innumerabilia cõfirmant.de D.138.b
Derogare aliquid de dignitate populi.de In. 68.b
Non ego nationi huic fidem derogo.pro Flac. 147.b
De aduersarii testium fide derogatur.pro Cec. (286.b
Quorum uirtuti & rebus gestis fidem & autoritatem in testimonio inimicitiarum suspicio derogauit.pro Font.278.b

Digna

Dignane causa uideatur, quare aut de magnifi centia, aut de honestate quiddā derogetur. de In.84.a
Derogare aliquid de lege, abrogare legem, &c. de In.79.b
Cum ostenditur id factum esse, quod ea lex san ciat, cui legi abrogatum uel derogatum est, ad Her.9.a
Non enim mihi tantum derogo, tametsi nihil arrogo, ut te copiosius quàm me putem pos se dicere. pro S.R.33.a

DESCENDO. Tam eleganter Cicero hoc uerbum multis rebus non locū significātibus attribuit, quàm nunc à multis negligētia præ tereatur. ut.
Videte quò descēdam iudices. pro Font. 276. a
Viri boni cu experiundi potestas non est, timi dè & pedetentim huc descendunt. pro Qu.9.a
Subito nunc mutata uoluntate ad accusandū descendere. in V.53.a
Nō qui odio inimicitiarum ad accusandū, sed qui studio accusandi ad inimicitias descende rent. pro Mur.137.a
Sic constituetis iudices, non descensurū quen quam ad hanc accusationem fuisse, cui utrū uellet, liceret. pro Cæl.57.b
Quanto minus est ad iuris ciuilis perdiscendi occupationem descendendum. de Or. 107.a
Si nihil in Lepido spei sit, descensurum ad ex trema, &c. Ep.166.a
Alterutram ad conditionē descendere uult Cæ sar, ut aut, &c. E.118.b

Ad omnem

Ad omnem animi remiſſionẽ ludumq́ deſcen-dere.in V.96.a (ſam.in A.215 a
Conſenſus populi Rom.iam deſcendit in cau-
Deſcendere in aliquod certamen. Tuſc.118.b
Deſcendere in magnã dimicationem uitæ.ad Her.37.b

DESCISCO. pro deficio, notũ paucis nunc eſt: ſic enim Romani ſunt uſi.
Deſciſcere à repub.in Acad.235.a
A ſenatu.de Ar.253.a
A patribus.ibidem 214.a
A ſe non deſciſcere.At.25.a
Ab excitata fortuna ad inclinatam, & propè ia-centem deſciſcere. Ep.26.b
Ab inſtitutione aliqua.de Fin 110.a
A uita deſciſcere.de Fin.105.a
A ueritate.Acad.12.b

DESCRIBO. Qui non à doctis latinè didi-cerunt, ignorantia huius uerbi. Tranſcribo a-lĳs modis utuntur. Ab aliquo aliquid deſcri-bere, ſignificat, quod Barbari dicunt, Ex alicu-ius exemplari aliquid tranſcribere. ut,
Scripſit Balbus ad me, ſe à te quintum de Fini-bus librum deſcripſiſſe. At.210.b
Mirificè Cerelia ſtudio uidelicet philoſophiæ flagrans, deſcribit à ſuis iſtos ipſos de Fini-bus. At.210.b
Multos item fugit, *Deſcribere* idem ualuiſſe a-pud ueteres, quod Diſtribuo, Partio.
Flaccus deſcripſit pecuniam ad Pompeĳ ratio-nem, quæ fuit accommodata L. Syllæ deſcri-ptioni. pro Flac.152.b

Vectigal

Vectigal, quod Græcis æqualiter descripserat, Qu. Fr. pro Flac. 152.b
Ciuitatibus pro numero militum pecuniarũ summas describere. in V. 248.a (85.a
Dena describit in singulos iugera. contra Rul.
Descripsisti urbis partes ad incendiũ. in C. 99.a & 112.b. 107.a
Quorum bona suis comitibus compotoribusq; descripsit. Postquam. 198.b
Quæ mihi uidetur nõ tam ipsa aquila, quæ describitur, quàm Platonis oratione creuisse. de Or. 87.a
Ius ciuium generatim in ordines ætatesq; descriptum. ibidem. 90.a
Describere suum cuiq; munus. Qu. de Pet. 215.b
Describere aliqd in multa genera. de Or. 135.b
DESCRIBERE, & DESCRIPTIO. Pro oratione aliquem depingere, & conspectui subijcere. ut,
Si qua mulier sit eiusmodi, qualem paulo antè descripsi, uita instituto q; meretricio. pro Cæl. 48.a
Nonne mehercule contumeliæ causa describã quemq; præsertim ingeniosum. in Par. 94.a
Hominũ sermones moresq; describere. Orat. 209.a
Solers subtilisq; descriptio partium in figuris animantium. de Na. 50.a
Descriptio quàm Græci χαρακτηρισμόν uocant, qualis sit auarus, qualis assentator, cæteraq; eiusdem generis in quibus natura & uita describitur. Top. 228.a

Horum

Horum exẽpla & descriptiones in præceptis elocutionis continentur. de In 52.a

DESPERO. Significatio nota fortasse satis, sed usus minus est. nam quis nunc de uulgo sic loquitur?

Serui desperantes uitam domini pro Mil.112.a
Desperare honores, uel aliquã rem. in C.108.a
Desperare de aliqua re. Ep.192.b
Siue restituimur, siue desperamur, nihil opus est. Qu.Fr.304.b
Essent illi quidem desperandi, sed tamen ferendi. in C.106.b

Cum Datiuo.

Is cum promissis suis excitauit, & simul saluti desperare uetuit. pro Clu.31.b
Bonos uiros lugere malui meas fortunas, quàm suis desperare. Postquam.211.b
Qui cum oppido desperassent, munire arcem cœperunt. in P.97.b.98.b
Quoniam sibi hic ipse desperat. pro Mur.154 b
Desperare ab aliquo. in P.81.b

DESTINO, pro Constituo, Decerno, Attribuo, ut,

Cum eorum alteri Dionysius diem necis destinasset, &c. Off.61.a
Qui locus orbis terræ iam non erat alicui destinatus? pro Sest.17.b
Sed si Plancus destinat, tum haberes difficultatem. At.216.a
At ego iam destinaram. At.248.a
Quod tibi destinaras Trapezophoron, si te delectat, habebis, Ep.106.a

Non est annus hic tibi destinatus. Ep. 159. b
Si prius aperuerimus, quid oporteat ab ambobus in causa destinari, quò ratio omnis totius orationis conferatur. ad Her. 5. b

DETERIOR. Restituẽdum hoc nomen est, quod & res & usus eius à multis nesciatur. Sic enim Latini locuti sunt.
Quicquid detraxeris, uitiosius & deterius futurum est. de Or. 145. b
Rem non fecit deteriorẽ, haud scio, an fructuosiorem. At. 226. b
Si corrigere aliquid uolet, deterius id faciet. de Clar. 188. b
Res uerbo fieri interdũ deterior solet. in Aca. 215. a
Nisi hoc statuisses, quicquid dixisses, te deterius esse facturum. in Ver. 178. a
Natura non optima putãda potius, quàm deterrima. de N. 53. a
Esse deteriori iure, quàm cæteri ciues. pro Cec. 288. a. 293. b
Nec ideo est Gaditanorum causa deterior, grauissimis enim & pluribus rebus est fulta. pro Cor. 162. a
Deteriore tempore absens auctionatur. pro Q. 5. b.
Ego ualeo sicut soleo, paululo tamen etiam deterius quàm soleo. Ep. 70. b
Tertius uerò ille finis deterrimus, ut quanti quisq; se ipse faciat, tanti fiat ab amicis. de Amic. 107. a (in A. 256. a
Deteriores iugulare cupio, meliores uincere.
Homo

Homo deterrimus.ad Her.17.b
Theophrastus autor haud deterior, mea quidem sententia.de Leg.171.a
Hetrusci libri deteriores, & repulsos hos appellant.quorum & mentes & res sunt perditæ.de Ar.256.a
DETVRBO, idem quod Deijcio.neglectum à nostris.ut,
Tyndaritani statuã isti9 deturbarũt.in V.221.a
Cum parietes disturbabas.Parad.129.a
Quòd si cæmentum bonum non haberem,deturbarem ædificium.Quint.Fra.328.b
Translatè.
Deturbare aliquem de possessione. Para.121. a
De fortunis omnibus P. Quintius deturbandus est.pro Quint.8.a
Illi statuam istius deturbant,affligunt,comminuunt,dissipant.in P.99.a
Deturbari spe & possessione.Ep.198.b
Sed hoc scito tuos ueteres hostes, nouos amicos,uehemẽter literis perculsos,atq; ex magna spe deturbatos iacere.Ep.65.b
DEVINCIO, & deuinctus sum. Si nostri homines scirent, transferri crebrò hoc uerbum ad beneficia & officia quibus astringimur,non dicerent,Obnoxium facere,Obnoxius sum. Sed sic est Cicero locutus.
Sanguinis autẽ coniunctio & beneuolentia deuincit charitate homines. Off.11.b
Ipsum præterea summo officio, & summa obseruantia tibi in perpetuum deuinxeris. Epistol.203.b
q 2 Cuius

ut ponit, Deturbare.

Cuius officijs me esse deuinctum cõfiteor. Ep. 14.b.87.b

Cleomenes ab isto donis beneficijsq; plurimis deuinciebatur.in V.252.b

Tũ uiros optimos, & homines honestissimos summo beneficio in perpetuum tibi tuisq; deuinxeris.Ep.206.b.88.b

Tenere aliquẽ deuinctũ largitione. pro Plan. 257.a.ibidem.

Is totam Hortensiorum domum deuinctam consuetudine tenebat.

P.Crassus cum Seruio Galba affinitate sese deuinxit.de claris.Or.133.a

Quem nõ solum sermone meo,sed etiam familiaritate deuinxi.Qu.Fra.200.a

Iis studijs,quibus uterq; nostrũ deuinctus est. Ep.45.a

Hic tibi tua præstanti in eum liberalitate deuinctus est.Ep.6.b

Alijs item tribuitur.ut,Deuincire spe aliquẽ, aut alia,quorum exempla ex Lexicis petas.

DIFFIDO. Non significat,quod uulgus putat,Fidem non adhibeo:sed Despero,non Confido.ut,

Eudemus grauiter æger fuit, ut omnes medici diffiderent.de D.91.b

Diffidens & desperans rebus suis.in P.98.b

Vides ne tu illum tristem demissum:iacet,diffidit,abiecit hastas.pro Mur.14.b

Qui autem diffidit perpetuitati bonorũ,timeat necesse est, de Fin.82.b

Is certè potius, qui sibi alia ratione diffideret, quàm

quàm is qui omni ratione consideret. pro Clu.30.b
Aliquem fugientem excipere, diffidentem reb. suis confirmare. pro Pomp.8.a
Diffidere sibi, de Pro, 77.a
Nihil affirmabo, quæram omnia, dubitans plerunq; & mihi ipse diffidens. de D.110.a
Hinc incipio sententiæ diffidere. Tus.228.b

Cum infinitiuo.

Tanta adhibeatur à nobis diligentia, ut rem posse confici non diffiderem. Qu.Fra.290.a
Diffido me posse in hac causa consistere. pro Q.14.a
Inuenire se posse, quod cuperent, diffisi sunt. Acad.3.a
Experiri id nobis, quod te assequi posse diffidas. Or.197.a
Eloquentia quam omnes se assequi posse diffiderent. Or.205.b

DIFFVNDO. Trāslatè crebro utitur. quod rarius à nostris fieri uidetur. ut,
Virtus ex bonis amici quasi diffunditur, & in commodis contrahitur de Am.105.b
Error tam longe lateq; diffusus. de Fin 88.b
Ius ciuile, quod nunc diffusum & dissipatū est cogere, & ad artem redigere. de Or.121.b
Numerus optimatum late & uarie diffusus est. pro Sest.25.a
Cn. Pompeij late longeq; diffusa laus. pro Cor. 57.a
Sol diē efficit toto cœlo luce diffusa. de N.45. a
Dij uim suam longe lateq; diffudunt. de D.97. a

Terrra semen tepefactum complexu suo diffundit.de Sen.87.b

Platanus ad opacandum aliquem locum patulis diffusa ramis.de Or.87.a

DILABOR. Etsi propria uis nota est,translata tamen non item:præsertim cum pro Concidere,Effugere,aut Obliuisci usurpatur. ut,

præclarissime constituta respub. dilapsa est. Off.50.a

Male parta,male dilabuntur.in Acad.175.a

Sunt alij plures fortasse,sed mea memoria dilabuntur.in Acad.248.a

Sed intento opus est animo,ne omnia dilabantur,si unum aliquid effugerit,Tus.211.a

DILORICARE tunicam aut uestem, dixit Cicero:pro quo uulgus Discingere, Religare, Aperire.

Qui in causa peroranda non dubitauit excitare reum consularem,& eius diloricare tunicam.de Or.119 b

DIMOVEO,pro Remoueo:non tam in uulgus notum,quàm Ciceroni usitatum est.ut,

Quòd in Oratorijs libris personam desideres Scæuolæ,non eam temere dimoui. At.65. b

Similis à repub.labes in posterum dimouebatur.pro Dom.226.a

Quo ego adiumentò sperabam hanc à me molestiam posse dimoueri.in V.55.b

Odium à nobis dimouere,& in alios struere.de Orat.127.b

Dimouere aliquem de cursu suo.pro Sest.24.a

Vis,quæ formidine animum perterritum loco

sæpe,

sæpe,& certo de statu dimouet.pro Cec.293.a
Dimoueri & depelli de loco.294.a
Vt ne quis te de uera & certa possit sententia dimouere.in Ver.75.b
Dimouere aliquem loco suo pro Plan.270.a
Virtus nũquam potest dimoueri loco.in Aca. 195.b
Ex ea possessione rempub. dimouere, ex qua Syllæ dominatio nõ deiecisset.cõt. Rul. 82.a
Voluptas mentem ex sua sede & statu dimouet.Parad.118.a

DIOECESIS.Ea uoce græci nominabãt procurationem & administrationem regionum, partium regni aut prouinciæ alicuius.Ea enim in διοικήσεις distribuitur, hoc est, in uicos quosdã,qui cõmuni iure sunt & utũtur:& ab eo qui præest,ius dicitur certo aliquo loco & tempore.quo oẽs illius diœcesis homines cõueniũt. Eadem ratio apud nos est, ut regnũ distribuatur in certas regiones:quas nostra lingua uocamus *zent*:aut,*ein Landgericht*,*Landuogtei*: Gallico latine Belliuias uulgus nominat: Vicos etiam nonnulli appellant, Latini nullo proprio nomine,sed communi idẽ exprimũt.ut,Procuratio,Administratio.Qui præest,diœcetes diceba tur: Procurator,aut Administrator latine. Germanice,*Ein uogt*,*Landuogt*,*Truchses*,ab aliis, Satrapa,aut Satrapes:quod Persicum est
Mirifica expectatio Asiæ nostrarum dioecesium.At.82.a
Vt me omnium illarum dioecesiũ,quæ cis Taurũ sunt, omniumq́ earum ciuitatum magi-

ſtratus legationesq́ conuenirent. Epiſt. 57. a
Deinde, ſi quid habebit cum aliquo Helleſpon tino controuerſiæ, ut illam ἀποίκιαν reijcias. Ep. 235. b

DIOECETES.

Rabirius Diœcetes fuit regius. pro R. P. 126. a. 127. a

DIRIGO. Significatio nõ tã obſcura, quàm uſus nunc eſt. Nã tametſi uulgus intelligit, quo modo cum præpoſitione Ad coniungatur: ut, Dirigere puerum ad aliquam opinionem, Aliquid dirigere ad aliquid: non conſueuit tamẽ cum ablatiuo iungere hoc modo.

Sed tamẽ ad extremũ utilitate putat officiũ dirigi magis quàm honeſtate. Off. 70. a. & 68. b

Honeſtate dirigenda utilitas eſt.

Fines bonorum, quos utilitate aut uoluptate dirigunt. de Fin. 158. b. 97. b

Lituo Romulus regiones direxit, tum urbem condidit. de D. 8. 5. b

Nec ſunt rythmicorum aut muſicorum acerrima norma dirigenda. de Or. 160. b

DISCEDO. Fiunt & hoc uerbo quædam loquendi formæ, quas imperiti noſtris temporibus ignorant. ut, Cœlum aut terram diſcedere. Noſtri homines potius, Aperire ſe cœlum aut terram dicunt. Sic uerò Latini:

Cum cælum diſceſſiſſe uiſum eſt, atq́ in eo animaduerſi globi. de D. 100. a. b

Marſico bello cœlum diſceſſit, &. 121. a

Cœli diſceſſus.

Qui cum terra diſceſſiſſet magnis quibuſdã imbribus,

bribus, in illum hiatum descendit. Off. 59. b
Aliis quoque rebus, non locis attribuitur. ut, A mente, aut animo discedere. Nostri, In ecstasin incidere.
Is magnitudine timoris à constantia atque mente atque à seipso discessit. de D. 132. a
Sic, A se discedere, pro Immutari, & Sui dissimilem fieri.
Cælius discessu meo discessit à sese. de Cla. 190. a
Pro Abire. ut,
Modo audiui quartanā à te discessisse. At. 122. b
Si istius hæc tanta iniuria impunita discesserit. in Ver. 215. b
DISCEPTO, pro Diiudico, aut Cognoscēdo & audiendo causam aliquam iudico, & cōtrouersiam dirimo. usitatū nunc non uidetur. Quin potius uulgus idem ualere putat, quod contēdo. nam Disceptare cum aliquo, inter se, multi dicūt. Sed Cicero nunquā sic est usus. ut,
Et isti est præpositus quæstioni, qui hæc iuste sapienterque disceptet. pro Mil. 106. a
Si hanc causam in foro dicerem, eodem audiente & disceptante te. pro Deiot. 144. b
Cum Academici Stoicorum controuersias disceptarent. Tus. 210. a
Fœciales bella disceptanto. de Leg. 173. b
Rei sunt omnes, quorum de re disceptatur. de Or. 125. a
Qua de causa definitiones ad omnia de quib. disceptabatur, habebant. Acad. 45. a
Sic *Disceptatio.*
Hinc *Disceptator*, pro Iudice, nunquam uero,

quod uulgus putat, pro Disputatore, aut Liti gatore, aut eo qui de re aliqua contendit, apud Ciceronem inuenitur.

Iuris disceptator, qui priuata iudicet, iudicari ue iubeat, prætor esto. de Leg. 185. b

Quorum alterum persæpe disceptatore domestico iudicatur. pro Cecin. 286. a

Populum Rom. disceptatorem non modo nõ recuso, sed etiam deposco. contra Rul. 65. a

Vel seuerissimis disceptatoribus M. Cælij uitã me probaturum esse confido. pro Cæl. 44. b

Disceptator, id est, rei sententiæq; moderator. Part. 250. b

DISCVTIO. Transfert sæpe hoc Cicero ad ea quæ aut deteguntur, aut pelluntur. ut,

Discutienda sunt ea quæ obscurãt, & quæ sunt eminentia & prompta sumenda. de Or. 163. a

De Comageno rege, quod rem discusseram, mirifice mihi blanditur Appius. Qu. Fra. 515. b

Discutere captiones alicuius. Acad. 12. b

Discussa est illa caligo, quam paulo ante dixi, diluxit, patet, uidemus omnia. Acad. 240. a

Pellere.

Modo cædem timueramus, quã oratio fortissimi senis Qu. Cõsidij discusserat, ea quã quotidie timere potueramus, exorta est. At. 59. a

Cum eorum aduocationem manibus, ferro, lapidibus discussisti. pro Dom. 224. a

Dij faciant, ut hoc periculum, quod &c. discutiam & comprimam. pro Mur. 144. a

DISIVNGO & Disiunctio nota satis sunt. Sed Disiunctum esse ab aliquo, pro Differre, Alienum esse,

fugere multos uidetur. ut,
Græci longè à nostrorum hominum grauitate disiuncti. pro Sest. 27. a
Quæ uita est maxime disiuncta à cupiditate, & cum officio coniuncta. pro S. R. 24. b
Mores eius longissime à tanti sceleris atrocitate sunt disiuncti. pro Cæl. 48. b
Aetolia procul à Barbaris disiuncta gentibus. in P. 99. a
Quorum mentes longe à communi salute disiunctæ sunt. de Ar. 256. a
Quod longissime est ab imperitorum intelligẽtia, sensuq; disiunctum. de Or. 86. a
Duo loca disiunctissima, maximeq; diuersa. in P. 5. b
Nihil est disiunctius ab ea cogitatione, quæ &c. Acad. 17. a
Disiunctissimæ terræ. Ep. 131. b. inter quas est longum interuallum. Sic interuallo locorũ & temporum disiunctos esse. Ep. 6. a. Barbari, valde longe à se inuicem abesse.

DISPERTIO, In uarias & multas partes distribuo. tritum nostrorum sermone non est: itaque à Cicerone eius usum accipiant.
Redeunt rursus ad coniecturam, eamq; in quatuor genera dispertiunt. de Or. 152.
Dispertire orationẽ in membra. de Cla. 179. a
Pecuniam illam iudicibus dispertiendam esse. pro Cluen. 32. a
Bona uerbo redigẽda, re dispertiẽda. I. V. 118. a
Romani homines, qui tempora uoluptatis laborisq; dispertiunt. pro Mur. 142. a

Deinde eorum generum quasi quædam membra dispertiat de Orat.100.b
Dispertitus,a,um
Mihi tecum ita dispertitum officium est.E.59.b
Satius existimo uos dispertitos, & in speculis esse.At.145.b
DISPICIO,Iudicio aliquid perspicio: præsertim id quod cõfusum est & uarium, iudicio separo,& eius cognitionem apprehendo.
Imbecillus animus uerum dispicere non potest.de Diuin.125.b
Si dispicere quid cœpero: scribam ad te.At.35.b
Nunc uelim dispicias res Romanas.At.97.a
sed ego quid sperẽ, non dispicio. Qu.Fra.304.a.&307.b
Cũ dispicere ceperimus, & sentire quid simus.de Finib.154.b
Tamen acie mentis dispicere cupiebant.Tusc.157.b
DISRVMPOR. Si nostris tam notum esset, non dicerent. Crepari dolore, inuidia. pro quo Cicero sic est locutus.
Quare disrumpatur licet ista furia, bis seruaui. pro Dom.235.a
Disrumparis licet.At.66.b
Disrumpuntur ij,qui me posse aliquid doluerunt.At.65.a
Disrumpor dolore.At.109.
C. Cosconius noster, quem disrumperis, cum ædilitium uides.in Vat.52.a
DISSENTIO.Significatio uulgaris est,sed usus nõ item. Quis enim nunc dicit, Dissentio
tecum.

tecum,pro,à te? Sic tamen apud Ciceronem sæpe inuenies.ut.
Dissensit cum Mario clarissimo consul nobilissimus & fortissimus.
Lucius Sylla cum Octauio collega.pro Syl.178.b.Off 67.a
Cum uidetur scriptoris uoluntas cum scripto dissentire.ad Heren.4.

DISSIPO. Vim & usum huius uerbi nostra ætate ij non tenent. qui dicunt, Vnũ huc, alterum illuc proijcere: Vnam partem huc,alterã illuc dispergi in multas & uarias partes distrahi.& alijs modis,q̃s oẽs enarrare non possum.
Ignis quocunq; inuasit, cũcta disturbat ac dissipat.de Nat.35.b
Illi statuam istius deturbant, affligunt,comminuunt,dissipant.in P.99.b
Euersa domus est,dissipati liberi,rapta cõiux.pro Sest.28.a
Simia omnia,quæ erant ad sortem parata,disturbauit,& aliud aliodissipauit.de D.96.a.& 122.b
Medeam prædicauit in fuga fratris sui mẽbra in ijs locis,qua se parens persequeretur,dissipauisse.pro Pomp.8.a
Capere,occidere,& dissipare hostes.Ep.25.b.& Dissipare classem.190.a
Facilius est apta dissoluere, quàm dissipata cõnectere.Or.220.a
Amicitia omnia contrahit, discordia dissipat, de Am.110.a
Omnia quæ sunt conclusa nũc artibus,dispersa &

ſa & diſſipata quondam fuerunt. de Or.100.b
Genus hominum in mõtibus & ſyluis diſſipatum. de Or.88.a
Ius ciuile, quod nunc fuſum & diſsipatũ eſt, in certa genera cogere, & ad artem facile redigere. 121.b
Qui diſcedere animum cẽſent, alij diſſipari ſtatim, alij diu permanere, alij &c. Tuſc.152.a
Diſperdere ac diſsipare patrimonium. contra Rul.61.a
Diſtributis partibus ſermo eſt tota Aſia diſſipatus &c. pro Flac.149.a
Diſſipare famam uel rumorem. in Acad.261.a
Cum iſtius amici ſermones huiuſmodi diſſipauiſſent, me, &c. in Ver.79.b.a

DISSOLVO. etſi ſatis nota eſt propria eius ſignificatio, quæ eadem quæ Soluo. Diſſoluere tamẽ pro Satisfacere imperiti rarò uſurpãt.
Diſſoluere æs alienum. pro Syl.177.b
Facili9 eſt apta diſſoluere, quàm &. pro Qu.5.a
Pecuniam tenere, nec quicquã ulli diſſoluere. in V.187.b
Illi turpe erit eo nomine, quòd ſatisdare debeat, procuratores eius nõ diſſoluere. At.261.a
Ego uero Lycurgo maximam gratiam habeo, q me ea pœna mulctauerit, quã ſine mutatiõe, & ſine uerſura poſſem diſſoluere. Tuſc.170.a
Neq; item *Diſſolutus* pro Nimium remiſſus, & ignauus nunc teritur.
Verres negligens ac diſſolutus. in Ver.184.b
Diſſolutus in re familiari, ac negligẽs. pro Qu. 5 b.&

Diſſolutus

Dissolutus, profusus, perditus, nepos. 7. a
Adolescens perditus & dissolutus. Tusc. 221. a 218. a
Dissoluta Græcorum consuetudo, & impudẽs licentia. pro Flac. 150. a
Consilia dissoluta & perdita. contra Rul. 77. a
DISTINEO. Negligitur item & hoc uerbũ à multis, quo sic est usus Cicero:
Ex eo colligere poteris, quanta occupatione distinear. At. 37. b
Nam antea distinebamur maximis occupationibus. Ep. 121. a
Nos hic multitudine & celebritate iudiciorũ ita distinemur, ut quotidie uota faciamus, ne intercaletur. Ep. 96. b
Sylla tot tantisq; negotijs distentus est, ut respirare non possit. At. 8. b
Metuẽdum est, ne imperita multitudo per me pacem distineri putet. in A. 245. a
DISTVRBO. Significat id, quod Germanicè dicimus, *Vndereinander uuerffen/ Vndereinander schütten*. Quod cum latinè uulgus ignoratione huius uerbi reddere non potest, absurda multa usurpat, quæ Cicero sic protulit:
Simia & sortes ipsas, & cætera quæ erãt ad sortem parata, disturbauit, & aliud alio dissipauit. de D. 96. a
Domum aliquam operis disturbare. O. 3. 155. a
Disturbata porticus Catuli, quæ reficiebatur, & ad tectum iam penè peruenerat. At. 55. b pro Dom. 234. a
Disturbari tecta, diripi fortunas. p Dom. 232. b
Quibus

Quibus ſpectantibus domus mea diſturbare-
tur,diriperetur.pro Dom.236.a
Pontes diſturbat,ciſtas deijcit.ad Heren.4.b
Ignis quocunque inuaſit,cuncta diſturbat & diſ
ſipat.de Nat.33.b
Qui fidem lædit,quãtum in ipſo eſt, diſturbat
uitæ ſocietatem.pro S.R.37 a
Si hoc diſſuadere eſt, ac non diſturbare atque
peruertere,contra Rul.86.b
Vi & armis diſturbare iudicia.pro Syl.180.b
Cum quidam agrariam curationem ligurirẽt,
diſturbari rem,totamque integram uobis re-
ſeruari.Ep.178.a
DITIO, Imperium & poteſtatem ſignificat.
Sed omnes modi loquendi noti non ſunt no-
ſtris hominibus.
Quæ in eorũ regno ac ditione ſunt. in V.215.b
Cæſar totam Galliam in noſtram ditionem re
degit.de Pro.75.b
Vrbesque Achaiæ multas ſub imperium populi
Romani,ditionemque ſubiunxit.in V.87.a
Tenere aliquem in ſua poteſtate & ditione.cõ-
tra Rul.74.a
Priuatorum etiam eſt poteſtas:quod uulgò
omnino ignoratur.
In ditione ac poteſtate alicuius eſſe.pro Quin.
1.b &
Si fas eſt,reſpirare P. Quintium cõtra nutũ di-
tionemque Neuij.17.b
DIVVLGO. Multi ignorant & propriã uim
huius uerbi & uſum : itaque a Cicerone diſcãt,is
enim hoc uerbo ſignificauit,quod Barbari uo
ſunt,cum

funt,cum dicũt,Aliquid inter homines difpergere,Aliquid omnibus in ore dare,Omnib9 copiam facere.
Inimici hãc rem fermonibus diuulgare uoluerunt.pro Fon.278.a
Hæc nullo pacto diuulganda funt.in A.162.a
Non fupprimenda res erat, fed diuulganda. Brut.91.a
Quare uifum eft,occultius agẽdum, neq; ullo modo diuulgandum, de te iam effe confectum.Ep.89.a
Hunc librum, etiamfi minus ueftra commẽdatione, tuo tamen nomine diuulgari neceffe eft. Orat.207.a
Volo eum librum diuulgari.At.199.b
DO. Omnes formæ loquendi huius uerbi tritæ non funt.ut,
Da quæfo te huic etiam generi literarũ.Ac.41.a
Neq; fermonib. uulgi te dederis.de Som.130.b
Da te homini.Ep.22.a
An ijs me dem,qui potiuntur.At.109.b
Dare fe ad aliquam rem faciendam.de N.5.b
His literis fcriptis me ad συντάξεις dedi. At 245.a
Si te ad ius refpondendũ dediffes.de Leg.158.a
L.Scæuola nemini fe ad docendum dabat.de Cl.193.b
Qui ad meam gloriam augendam tãto ftudio te dedifti.Qu.de Pe.207.a
Dare fe ad lenitatem.Ep.202.b
Is dedit fe in confuetudinem.&c.in Pomp.94.a
Is benè penitus in iftius familiaritatem fefe dedit.in V.143.a

t Familia-

Familiariter me in eorum sermonem insinuo ac do contra Rul.68.a

Is se in cruciatum dari cupit,dũ hac de re queratur.pro S.R.38.a

Dare se in tormenta.Tusc.244.a

DOMINATIO.Idem ualet, quod græcè Tyrannis:sed quia uulgus dominium in ore habet,pro dominatiõe aut dominatu, discat hic dominium apud Ciceronem, pro Tyrannide aut dominatu & imperio non inueniri.Sic potius ille est locutus.

Idem fecero, quod in Cinnæ dominatione, & Marij tyrannide Philippus.At.110.b

Non modò crudelis & superba dominatio nobis,sed ignominiosa etiam,& flagitiosa est ferenda.in A.190.a

Dominationem expectant, rerum potiri uolunt.in V.108.a

Dominatio quæsita ab utroq; est.At.125.a

Dominatus in uitio.

Vrbs ab Alexandro tyranno crudeli dominatu premebatur.de D.92.b

Dominus est,inquit, Alexandriæ:imò uerò in superbissimo dominatu fuit.pro R.P.128.b

L.Brutus populum Romanum dominatu regio liberauit.pro Dom.235.b

In laude.

Terrenorum commodorum omnis est in homine dominatus.de D.57.a

Dignissimus potestate & dominatu omnium rerum.de Nat.31.a

Cassio mea sententia dominatum & principatum dedi.

tum dedi in Acad.238.a
Cum autem assumpta ratio est, tanto in dominatu locatur, ut omnia illa prima naturæ, huius tutelæ subijciantur. de Fin.115.a
Dubitanter aliquid agere) (contrarium est, Fidenter, aut Confidenter. uulgare non est.
Sine ulla affirmatione quærentes, dubitanter unum quodque dicemus. de Inuen.63.a
Verecūde dubitanterque facere aliquid. de Cla. 172.a
Spes posteritatis, qua sublata, nō dubitanter occidam. Oct.329.a
Dubitanter) (Fidenter. de N.5.b
Dubium esse, Venire in dubium : & istiusmodi alia obseruanda quoque sunt.
De hac re mihi dubium non est. At.173.b
Si dubium tibi est, posse te illius regni potiri, conandum non est: si exploratum, non est cunctandum. Ep.7.a
De ciuitate in dubium uenire. pro Cecin. 288.a
Alij non ueniunt in dubium de uoluntate. At. 179.b
Non eo dico, quò mihi in dubium ueniat tua fides. pro Quin.1.b
Acta Cæsaris in dubium uētura uidentur. At. 263.b
Quæ res est, quæ cuiusquam animū in hac causa dubium facere possit? pro Pom.1.a
Hæc autem habere dubia, abhorrere à sapientia est. Acad.8.b
Vocare aliquid in dubium. de Inuen.72.b
Quæ in dubium uocarentur &c. de Or.121.b

Omnia in dubium, incertumq́ reuocari. pro Cecin.289.b

DVCO. Multis & uarijs rebus hoc uerbũ tribuitur: quæ uerò à consuetudine uulgari discedunt, solũ notemus. Primum origo & initiũ rerum hoc uerbo significatur. ut.

Ex quatuor temporum mutationibus, omniũ quæ in terra mariq́ gignũtur, initia causæq́ ducuntur. de N.36.a &

Viæ ab intestinis ad iecur ductæ ac directæ 53.b

Sed ab ijs partibus quæ sunt honestatis, quẽadmodum officia ducerentur, satis expositum uidetur Off.30.b

Qui commendationem ineuntis ætatis à scelere duxerit pro Deiot.144.a

Ab eodẽ uerbo ducere sæpe orationẽ. Or.209.b

Ac uideo hanc primũ ingressionem meã non ex oratoris disputationibus ductam, sed è media philosophiá repetitam. Orat.197.b

Neq́ attẽdit eos ipsos, unde hoc simile ducit, aliter. de Orat.158.a

Hinc Pomponij ductus est sermo. de Clar. Or. 165.b

Omnis ille sermo duct9 è percunctatione filij. de Cla.284.a

Aliquis è quo similitudinẽ duceret. Or.197.b

Alicuius rei rationem ducere. pro habere. uulgare non est. ut,

Officij rationem, atq́ existimationis duci conuenit. pro Quint.9 b

Officij rationem in omni uita, non cõmodi esse ducendam. pro Sest.7.b

Duxi

Duxi meam mecum rationem. At 128.a
Debere cum aiebat suam quoq; rationem du-
cere, multa sibi opus esse in V.102.a
Non ullius rationem sui commodi ducit. pro
S.R.40.a
Item, *Duci aliqua re.* pro Cõmoueri, & delectari.
Qui eloquentiæ laude ducitur. Orat 207.a
Qui in periculis cum laude & uirtute uersan-
tur, spe posteritatis fructuq; ducuntur. pro
Rab 96.b
Alij emẽdi quæstu & lucro ducũtur. Tusc.229.b
Qui statuarum honore & gloria ducitur. in V.
157.b
Ita credo literis eorum Chrysogonus ducitur.
pro S.R.38.b
Sic etiam, *Animam spiritum, uitam ducere.*
Aspera arteria excipit animam eam, quæ du-
cta est spiritu, eademq; à pulmonibus respi-
rat. de N.53.a
Vt optandum sit, ut possimus ad id tempus
reipublicæ spiritum ducere. Ep.143.b
At eosq; portus, quibus uitam & spiritum du-
citis. pro Pomp.10.a
Ducere spiritum præ cura. ad Her.54 a
Ducere tempus, aut rem aliquam, non dicunt
nostri homines: sed Prolongare, Extẽdere. quo
rum alterum barbarum, alterum aliud signifi-
cat. Cicero uero sic:
Ita tempus duceretur, ut à M. Glabrione Pr ad
prætorem alium ueniremus. in Ver.82.a
Bellum ducetur. Brut.289.b
Parietem ducere per locum aliquẽ. pro Mil.116.a

Ducere, Ratiocinatorum uerbū: pro quo nos Computare. ut,

Vt fœnus quaternis centesimis ducant. At. 91. b

Soluere centesimis ductis cum renouatione singulorum annorum. At. 85. a

Centesimis ductis non perpetuis, sed renouatis quotannis. At. 91. a

DVDVM. Aduerbiū hoc si in uulgus notū esset, nō diceret, Rectè antè, paruo tēpore antè.

Dixi dudum, materiam aliam esse ioci, aliam se ueritatis. de Orat. 135. a

Cum uix ut dudum ad Demosthenem, sic nunc ad Crassum peruenimus. de Clar. 188. a

Dudum enim circumrodo, quod deuorandū est. At. 57. b

DVM pro Donec crebro usurpatur. ut, Expectare dum aliquid fiat. Sed Nihil dum elegāter Cicero utitur pro Nondum. ut,

Brundusio nihil dum erat allatum. At. 135. b

Nihil dum etiam istiusmodi suspicabar. in Ver. 201. b

Nihil dum enim sciebam. Ep. 151. a

Nihil dum audieramus ubi esses, Ep. 186. a

E

EA re, pro Propterea. uulgatum non est. ut, O rem turpem, & ea re miseram, sic enim, &c. At. 125. a

Is metuit, & ea re fugit. 127. a

Deinde ea re non uenit in mentem, quia nihil attinuit. in Ant. 191. a

Id ea re quia turpe est, nō est faciendū. Off. 62. b

Ea re utrumq; scripsi, ut, &c. Ep. 211. b

Et ea

Et ea re traduci non potuerunt. de In.74.b

EDICO. Si hoc uerbum diuulgatum satis esset, nõ dicerent Indocti, Mandare pro Edicere. nam illud priuatorum tantum est, hoc magistratus: aut ut Barbari, Mandamenta publicare, Affigere mandata: pro quo Latine, Edicta.

Si quis eum pulsasset, edixit sese iudiciũ iniuriarum non daturum. in V.122.a

Consul edicit, ut Senatus senatusconsulto ne obtemperet. in Pomp.83.'a

Antonius edixit, ita ut me & Lælium exciperet. At.174.a

Ne absens censeare, curabo edicendum & propemodum locis omnibus. At.17.b

Prætorem edicere, ne fiat aliquid. Qu. Fr.195.a

Edictum quod communiter compositum fuerat, solus edixit. Off.68.a

Iustitiũ edici, saga sumi dixi placere. in A.206.a

EDISCO. Admonendus hic tantum lector est, ne pro hoc uerbo dicat, Memoriter discere aliquid. Nam id Edisco significat: illud uero apud Ciceronem non reperitur.

EDO. Edere aliquid, pro Diuulgare, notum est. Sed cum significat is, Certis aliquid præscribere, aut Comprehendere, aut Nominare, uulgare non est

Leges autem edentur à me non perfectæ &c. de Leg.173.b

Iudicium quin acciperet, in ea ipsa uerba quæ Neuius edebat, nõ recusasse. pro Quin.11.b. & Se iudicio id quod edat, accipere.12.a

Deinde posteaquam est editũ, expositis à Cn.

Flauio primum actionibus nulli fuerunt, de Or.100.b
Nec scriptū habeo, nec posſū edere in V.207.a
Tabellæ recitatæ nobisq; editæ sunt, pro Cluē. 56.b
Edere rationem alicuius rei cuipiam. At.76.a. & 102.b
Socium in eius bonis edidisti Quintum, pro Quin.14.a
Apollo Pythius oraculo edidit Spartam, nulla re alia, nisi auaritia esse perituram. Off.49.b
Tibi familiari meo prius edituri fuerunt iudicium scribæ mei, si uoluisses, quam in codicem referrent. pro Syl.175.b
Post autem aliquanto Vulturnij iam iudicio exposito atq; edito, surrexit. in Cat.113.a
Is nomen meū operarijs ediderat, imperitis iniecerat. pro Dom.216.a
Clarissimi ciues nomen editi iudicis non tulerunt. pro Plan.267.b
Qui nascitur, in lucem edi dicitur. Tus.173.b. & 190.a
Crocodilos cum in terra partum ediderint, obruere oua. de Nat.52.a
Oues nullum fructum edere ex se sine curatione hominum possunt. de Nat.58.a
Ager qui meliores fœtus possit & grandiores edere. de Orat.120.b
Edere clamores. de D.119.a
Memini nos miros risus edere. Qu. Frat.312.a
EFFERO. Varijs & multis reb. hoc uerbū tribuitur: quæ uero uulgo ignorãtur, hæc sunt
Primum

Primum, Terram efferre fructus. nã alij dicũt, Proferre fructus: quo Cicero non est usus.
Ager qui multos annos quieuit, uberiores efferre fruges solet. de Clar. 166. a
Cum ager id quod perrarò euenit, cum decimo extulisset. in V, 172. a. &
Id perdere aratorem, quod agri segetesq́ extulissent. 193. a
Quæ efferunt aliquid ex se, perfectiora sunt, quàm ea quæ ex his efferuntur. de N. 43. a
Efferre, pro eo quod Barbari dicunt, ad sepulturam ferre funus, aut mortuum.
Cn. Lucullus matrem efferebat. At. 238. a
Cur Maximus extulit filiũ cõsularẽ. de N. 76. a
Efferri ante lucem. de Leg. 185. b
Cum pupillum filium ipse pene in humeros suos extulisset. de Or. 104. b

Funere efferre.

Cum casu in eadem causa cum funere efferretur anus Iunia. pro Flac. 154. b
Si Cæsar funere elatus esset. At. 226. b
Cum tua rogatione funere elata respu. est pro Dom. 221. b

Efferre, pro Extollere.

Quæ res extulit eum? una commendatio huius. pro Qu. R. 50. a
Hi quos fortuna extulit. &c. pro Cor. 58. a
Quæ quanquam sunt abscissæ, tamen efferent se aliquando, & ad renouandum bellum reuirescent. de Pro. 76. a
Efferre aliquid aliquem, aut efferri. pro Commoueor, Concitor, Afficior.

Si me efferret aliquãdo ad gloriam in refutan dis maledictis improborũ animi quidã dolor, quis non ignosceret? de Ar.247.b
Dolore efferri, & iracundia longius digredi quàm deceat. de Ar.244.a
Læsi dolent, irati efferuntur. pro Cæl.41.b
Efferri lætitia. pro Deiot.148.b
Si uincũt, efferunt se lætitia: uicti debilitantur, animosq́ue demittunt. de Fin.135.a
Efferre se insolenter. Tus.217.a
Gaudio sum elatus. Ep.151.a
Superbire, ut recentiores loquuntur, ueteri & incorrupto more Efferre dicebatur.
Efferre animos. pro Dom.241.b
Sed certe non continebuntur, progredientur longius, efferentur. contra Rul.85.b
Aliquid se gloria & prædicatione efferens. Par. 118.a

Laudare.

Efferre aliquẽ in cœlum laudibus. de Clar.192.a
Efferre aliquem uerbis. Or.147.b
Contempsisti L. Murenæ genus, extulisti tuum. pro Mur.127.a
Efferre aliquem summis laudibus in cœlum. E.155.a
Pronuncio, & id quod uulgo per Profero ef fertur. nam Profero significat, In lucem edo.
Res alio atq; alio elata uerbo. Orat.205.a. &
Efferre sententiam grauem inconditis uerbis. 211.b
Verba quæ similiter iisdem casibus efferũtur. ad Heren.39.b

EFFER-

EFFERVESCO. Significat, quod Barbari dicunt, Effluo, Ebullio: quo Cicero in hoc sensu non est usus.

Aquæ quæ efferuescũt subditis ignibus. de N. 51.b

Totus Pontus armatus, efferuescens in Asiam, atq; erumpens. de Pro. 70.b

Censeo latendum tantisper ibidem, dum efferuescat hæc gratulatio. Ep. 127.a

Si nimiũ efferbuisse uidetur huius in gerẽdis inimicitijs uis, ferocia, pertinacia. pro Cæl. 55.b

Si campus atq; illæ undæ comitiorum ut mare profundũ & immensum, sic efferuescunt, quodam quasi æstu, &c. pro Plan. 262.a

Pontidius efferuescens in dicẽdo. de Clar. 187.a

Verba efferuescentia. de Orat. 116.b

EFFICIENS. Monendi sunt indoctiores, ne Effectiuus dicant: Barbarum enim id plane est. Cicero semper Efficiens, aut Conficiens. Sic in scholis usitatũ est, Efficaciter: pro quo Cicero Efficienter: & Efficacia dici, cum dicendum esset Efficacitas. exempla à Cicerone petantur.

EFFLORESCO. Cicero hoc uerbum transtulit ad ea, quæ ut flos ex germine, sic ex aliqua reducuntur & efferuntur. uulgus, Excrescere. Vigere ex aliqua re, dicit.

Ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio. de Or. 86.b

Vtilitas efflorescit ex amicitia, etiamsi tu eam minus secutus sis. de Am. 115.a

Post anapæstus procerior quidam numerus effloruit. de Or. 160.a

Amputanda multa sunt illi ætati.siquidem efflorescit ingenij laudibus.pro Cæl 53.b
Et apparebit,eas penitus ex ea causa quæ tum agatur,effloruisse.de Or.158.a
Cum autem usus progrediens familiaritatem effecerit, tum amorē efflorescere,&c.de Fin. 63.a
EFFLVERE,pro Præterire etiam & obliuisci Cicero est usus.
Considerabis etiam de Tusculano, ne æstas effluat. At.201.b
Præterita ætas,quamuis lōga, cum effluxerit. non potest consolari stultum senem.de Sen. 78.a.&
Cum enim id aduenerit, tunc illud quod præterit, effluxit.91.b
Nec præteritas uoluptates effluere patiatur. de Fin.57.b
Hoc modo me commonuit Pisonis annulus, quod totum effluxerat.in V.215.a
Antequā plane ex animo tuo effluo.Ep.102.a
EFFRENATVS. Ab equis ad homines Cicero traducit,qui libidine & animi impetu feruntur: nulla uero ratione ducuntur.ut,
Homines secūdis rebus effrenatos, sibiq; præ fidentes,tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet. Off.18.b
O libidinem effrenatā & indomitam.pro Clu. 20.b
Noui hominis furorem,noui effrenatam uiolentiam.in A.244.b
Indomitæ atq; effrenatæ cupiditates.In V.38.a
Effrenatus

Effrenat9 & præceps furor alicui9.de Ar.242.b
Mens & effrenata & præceps.pro Cæl.44 b
Proiecta quædam & effrenata cupiditas. pro Dom.236.a
Libido efficit effrenatã appetentiã. Tusc. 212.b
EFFVNDO. pro, Dico omnia quæ in animo habeo. aut, Copiose de re aliqua dico, Cicero utitur.
Effudi uobis omnia quæ habebã.de Or.98.a
Testis effudit, quæ uoluit oĩa.pro Flac.154.b
Hæc enim ætas effudit hanc copiã.de Or.167.b
Brut9 effudit illa omnia, quæ tacuerat. At.256.b
Põpeius in nos suauissimè est effusus. At. 60.a
Alijs uarijs rebus tribuitur: ut.
Segetes fœcundæ effundunt herbas inimicas frugibus. Or.201.b
Quod ego odium effudisse me omne arbitrabar. Ep.15.b
Magno timore perculsa ciuitas tota ad te secũ coniugibus & liberis effundebat. At.274.a
Cõsules ex Italia profugisse, cunctũ senatum, totam Italiam esse effusam. pro Deiot.145.b
Qui omnes iudices Tribun9 è carcere in forũ effudit. de Ar.251.b
Quòd in me carcerẽ effudistis. in Pomp.82.b
C. Cæsar patrimoniũ suum effudit, quanquam non sumus usi eo uerbo quod decuit: non enim effudit, sed in salutem reipub. collocauit. in A.184.a
Effundere patrimonium. Off.44.a
Effusis ac dissipatis fructibus uestris. contra Rul.84.a
An tem

An temperantem eũ dices, qui se in aliqua libi dine cõtinuerit, in aliqua effuderit? Par.119.b

Effuse.

Largè effuseq́; donari alicui pro S.R.22.a. pro Cæl.45.b
Cum & inaniter & effuse animus exultat, tũ illa lætitia gestiẽs, uel nimia dici potest. Tus.212.a
Id nemo tam effuse petulans conatus est. in Pom.81.a

EGENS. Notãda hæc uox est, quòd Cicero Egentem uocauit, quem alij autores Egenum.

ELABORO. pro, Valde laboro, Operam do: Cicero crebro usurpat, nostri ignorare omnino uidentur.
Non tam ut prosim elaborare soleo, quàm ut ne quid obsim. de Orat.156.a
Enitere, elabora, uel potius eblandire, effice ut Plancus. At.265.b
Contende quæso atq; elabora. Qu.Fra.298.a
De industriaq; non ex insidijs elaboratur, ut uerba uerbis quasi demẽsa & paria respondeant. Orat.200.a
Qui non aliqua in re unà separatim elaborauerunt. Or.85.b.&
Neque in uniuerso genere singulos elaborasse.87.a
Nullum est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret. cõtra Rul.79.b
Ex illis rebus uniuersis eloquentia cõstat, quibus in singulis elaborare permagnum est. de Or.86.b
Desudare & elaborare in aliqua re. de Sen.84.a

Elaborare & eniti causa alicuius. Quin.de Pet. 208.b

Qui se ostenderit de toto hoc genere nihil elaborare. Tus.171.a

ELEVO, Idem quod Leuo. tritum nunc non est.

Suspiciones & offensiones in amicitia tum euitare, tum eleuare, tum ferre sapientis est. de Am.112.b

Nihil est quod tam obtundat eleuetq; ægritudinem, quàm &c. Tus.198.a

Quod est ab aduersario obiectum, lepore magis eleuandum, quàm contentione frangendum uidetur. de Orat.130.a

Nõ intelligis duplicari solicitudines, quas eleuare, tua te prudentia postulabat. Ep.70.b

Mouere risum oratoris est, quod frãgit aduersariũ, quod impedit, quod eleuat, quod deterret, quod refutat. de Or.130.b

ELOGIVM. Significat Latinè, quod in laudem alicuius extat, aut quod Græci Epitaphium uocarũt, quo uocabulo cum nos utamur tanquam Latino, ignorari uidetur quomodo latinè idem exprimatur.

Neminem uidebis ita laudatum, ut artifex callidus comparandarum uoluptatum diceretur: non elogia monumentorum id significant, uelut hoc ad portã, uno ore cui plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse uirum. de Fin.89.a

Quid ipsorum sepulchrorum monumenta, quid elogia significant, &c. Tusc.154.b. item,

At hoc

Ad hoc nusquam opinor scriptũ fuisse in illo elogio, quod te consule in sepulchro reipublicæ incisum est.

Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat uelle suam mortem dolore amicorum lamentisq; uacare. de Sen 92.a

Si illud censorium elogium Appij Claudij & L. Pisonis, quo usus est quisq; eorum, pro lege palam uniuersis recitarem, nonne tibi uiderer æternas inurere maculas. in Sal. 274.b

Quod elogium recitasti testamento Cn. Egnatij. idcirco se exhæredasse filium, quòd is ad Oppianici damnationem pecuniam accepisset. pro Cluen. 45.b

ELVCERE, pro Apparere, Clarum esse.

Amicitia magis elucet inter æquales. de Ami. (15.a

Excellentia magnitudoq; in utilitatibus despiciendis elucet. Off. 4.b

Nemo studet eloquentiæ, nisi ut in causa & in foro eluceat. de Or. 115 b

Quid est igitur, ubi elucere posit prudẽtia? ꝑ Fon. 278.b

ELVDO. In usu huius uerbi obseruãdum non solum cum accusatiuo iungi, ut, Eludere aliquem: sed cum Datiuo etiam. ut,

Quæ est ista ars coniectoris eludentis ingenio. de D. 158 a

EMANARE aliquid ex aliquo, pro Oriri. notũ fortasse satis est: sed pro diuulgari aliqd non item. ut,

Orationem ita compressam, ut nũquam emanaturam putarem. At. 44.b

Nam ferè omnis sermo ad forensem famā ab his emanat autoribus. Qu. de Pet. 207. b

Vereri te arbitror, ne per nos hic sermo tuus emanet. de Clar. 185. b

Quæ fama non idcirco solū emanarat. in Ver. 76. b

Denique inuidiosum tibi sit, si emanarit. Ep. (115. b

EMENTIOR. Falsò fingo & excogito aliquid callidè. negligitur ualde à nostri seculi hominibus.

De Opt. 144. b. & pro S. R. 39. b. & pro Plan. 27. b. Aeschines legationem ementitus est.

Alij emētiti sunt in eos quos oderāt. Part. 254. a

Ementiri genus suum. pro Cor. 55. b. & ibidem: Nō furatꝰ est ciuitatē. nō genus suū emētitus.

Videmus hæc signa nunquā ferè ementientia. de D. 85. a

Ementitus est auspicia. in A. 176. a. &

Quod me de ementitis auspicijs putares esse dicturum. 177. a

Quantū sit emētita opinio, apparet. Tus. 205. a

Me non ementitum esse autoritatem eius ordinis. pro Don. 225. b

EMERGO. Transfert Cicero hoc uerbum ad alia quibus expedimur.

Homo emersus subito ex diuturnis tenebris lustrorum ac stuprorum. pro Sest. 7. a

Homo emersus è cœno. in Vat. 32. b

Cum uiriditas herbescens è uaginis emerserit. de Sene. 88. a

Qua ex uita emersit, totumq; se eiecit atq; extulit. pro Cæl. 43. b

Emergere ex mendicitate.in Vat.55.b
Emergere ex peculatus iudicio.in Ver.78.a.&
184.b
Filium emergere ex paternis probis.
Meum consilium reprehēdo,quòd non aliqua ratione ex hoc negotio emerseram. At.72 b
Emerseram commodè ex Antio in Appiā. Att. 29.b
Ex quo magis emergit, quale sit decorū illud. Off.22.b
Respirare à metu cædis, emergere à fluctibus seruitutis.de Ar.255.a
Incommoda ualetudo, qua iam emerserā. Att. 71.b
Ista serpēs, quæ tum hic delitescit, tum se emergit.de Ar.256 b
Hoc uno modo sæpe multorum improbitate depressa ueritas emergit.pro Cluen.56.b
Quamuis enim demersæ sint leges, quāuis tremefacta libertas, tamen emergunt hæc aliquando. Off.37.b
Nunc emergit amor, nunc desiderium ferre nō possum. At.144.b
ENECTVS, ut Enectus fame, siti. uulgus,
Mortuum esse, aut mori fame, siti.
Auis fame enecta in offam pultis inuadit. de D.125.b
Siti enectus Tantalus. Tus.150.a
Ea parte anni nec inopia enecta, nec satietate affluenti. de D.93.b
Sic Appius ἐξ ἀφαιρέσεως prouinciam curarit, sanguinem miserit, quicquid potuit detraxerit,
mihi

mihi tradidit prouinciam enectam, & πρ...
νατριφομένην. At.84.a
Enectus) (Plenus.de D.137.b
ENITOR, Elaboro.
Tu nunc omni amore enitere, ut nos iuues.
At.151.b
Sed poti9 debet eniti & efficere,ut &. Am.107.a
Enitere.elabora,uel potius eblandire.effice,ut &c. At.265.b
Qui stadium currit, eniti & contendere debet quàm maximè possit,ut uincat. Off.60.b
Eniti in aliqua re.de Orat.136.a
EO. Fiunt hoc uerbo quædam locutiones, non satis usitatæ nostris hominibus. ut,
In consilium iri oportebat.pro Clu.28.b
Quàm diu alium prætorem cum ijsiudicibus, quos &c. de te in consilium illum putasti? I. V.86.a.& 82.b
Si potest Cal.Ian.in consilium iretur.
Ire in exilium,& proficisci in exilium.in C.101.a
In sententiam aliquam ire, pro Assentiri. Senatorum erat,qui discessione facta, in partē aliquā ibant.ut,
Perspiciebāt enim in Hortensij sentētiam multis partibus plures ituros.Ep.5.a.& ibidem.
Frequentes ierunt in alia omnia.
Equidem antequā tuas legi literas, in hominē ire cupiebat.At.26.a.Se opponere alicui.
In duplum ire. pro , Duplum damnum accipere,aut Duplo plus dare.ut uulgus loquitur.
Prætor decreuit,ut si iudicatum negaret,in duplum iret.pro Flac.156.b

Rem ire: pro Procedere: ut nos loquimur.
Quod quidem ut res ire cœpit, scio an aliquando futurum sit. de Am. 104. b
Incipit res melius ire quàm putaram. &, Prorsus res ibat. At. 231. a & 235. b
ERECTVS. A corpore ad animum sæpe à Cicerone transfertur, hoc modo:
Alacri animo & erecto proficisci ad mortem. de Sen. 92. b
Vir celsus & erectus, & omnia quæ accidere possunt, parua ducens. Tus. 236. b
liquem erectum & celsum huc & illuc uagari. de Orat. 100. a
Is uagatur lætus & erectus passim toto foro. pro Font. 280. b
Ardens & erectus ad libertatē recuperandam. in A. 195. b
Si quis est paulo erectior, &c. Off. 21. b
Nunc uerò multo sum erectior, quod &c. in A. 191. b
Erectior senatus cohortationibus uestris excitatus. in Acad. 278 b
Magno animo & erecto esse pro D. 150. b
Sum erectior animo. At. 178. a
Sic Erigere: cuius exempla in Lexicis uideas.
EROGARE, pro, Rogatione aliquid dare, tribuere, nam de publicis rebus tantum dicitur: uulgare nō est. Sic tamen usi sunt ueteres.
Erogasti pecunias ex ærario tuis legib. in Vat. 35. a
Pecunia in classem erogata est. pro Flac. 152. a
Quanta tamen pecunia penderetur, si omniū

nomine quicunque Romæ ludos facerent, erogaretur. Qu. Fr. 595.a
Qua ex insula nullus nummus me obtinente erogabitur. At. 82.a
Pecunia publica ex ærario erogata ex uectigalibus populi ad emendum frumentum attributa in V. 185.a. & 245.b
Ostendam multas pecunias isti erogatas in operum locationes falsas esse perscriptas.
Etiam atque etiam. Modus loquendi nostra lingua alienus, & multis inusitatus. ut,
De qua arbitror isti ipsi, qui minantur etiam atque etiam, qui id liceat considerabunt. pro Pom. 151.a
Vide modo, etiam atque etiam cōsidera. in Ver. 62.a. & 60.b
Tu quemadmodum existimes, uide etiam atque etiam.
Etiam atque etiam te horror. At. 131.a
Te uehementer etiam atque etiam rogo. Qu. Fr. 501.b
Etiam atque etiam puto. Ep. 85.a
Etiam atque etiam se auertere &c. At. 135.b
Diligenter etiam atque etiam facere aliquid. de D. 81.a
EVADO. Propria uis nota, sed Euado pro Fio, Exitum aut euentum habeo. uulgare non est. Aliquando id quod somniamus euadere. de D. 135 b. & 138.b
Cum eadem somnia & aliis aliter euadant, & iisdem non semper eodem modo. Multa uera, inquit, euadunt. de D. 131.a

Nihil ante de profectione constituam, quàm ista quò euasura sint, uidero. At.234.b
Antea uideamus, hoc quorsum euadat. 153.a. &
Quoad audiamus hæc quæ cõmota sunt, quorsum euadant. 261.b
EVENIRE, Bene aut male, Latini dixerũt, pro quo uulgus nunc, Finem aliquem, aut exitum bonum aut malum habere.
Multis bonis male euenire, multis improbis optime. de N.76.a. &.59.b
Magnis uiris prospere eueniunt semper oẽs res, id ego sum precatus, ut ea res nobis faustè, fœliciter, prospereq́; eueniret. in C.124.a
Velim tibi prospere euenire quæ facta sunt. Ep.44.b
Quibus utinam ipsis euenissent ea quæ tum homines precabantur. pro Sest.19.a
At certe ei melius euenisset. Tus.266.a
EVOLVO. Inusitatum nostris hominibus pro Explico, Aperio.
Euoluere id quod inuolutum est. Top.221.b
Cuius ego criminis neq; principium inuenire, neq; euoluere exitum possum. pro Cæl.49.a
Si quis uoluerit animi sui complicatam notionem euoluere. Off.67.a
Totam hanc deliberationem euoluis accuratius literis. At.146.a
Euoluere aliqua, id est, explicare & exponere. de Or.162.b
Euoluere naturam omnium rerum. Acad.28.b
Euolui uolumen epistolarum tuarum. Attic. 145.a

Euolue-

Euolue diligenter eius librum qui est de animo. Tus.153.b
In poetis euoluendis tempus consumere. de Finibus.63.b

EX Præpositio nota, sed quædam formæ loquendi ea fiunt, nostris non satis usitatæ, quas cum Græci præpositione κατὰ exprimunt: & nos patrio sermone eodem modo, docere hic uolumus, Latinos non Secundū, ut multi euertunt, sed Ex, aut E dixisse: nō enim dicunt ueteres illi Romani, Secundum leges administrare ut uulgus nunc, sed Ex lege. ut,

Ex legibus optime respub. administratur. de In.55.b
Ex lege iurati iudices iudicent. de In 56.a
Ex utilitate communi leges interpretari, non ex scriptione. de In.55.b
Ex testamento iuberi, & ex plebiscito uetari. ad Her 5.b
Ex mandatis alicuius aliquid mandare. Ep.31.b
Ex præceptis sapientium uiuere. Tus.225.a
Spectare aliquem, aut æstimare aliquid ex aliquo. pro S.R.49.b
Ex uoluntate mea, & reipu. commodo omnia fieri. Ep.175.a
Te ex sententia nauigasse gaudeo. At.80.b
Ex iurisperitorum consilio & autoritate restipulari ab aliquo. pro Qu.R.54.a
Nauigium ex tempestate moderari. pro Cor. 67.b

Sic ex natura, ratione uiuere. Nā Secūdum à Cicerone non coniungitur istiusmodi nomi-

 nibus,

nibus, nisi in hoc sensu. Secundum naturam ui uere: alijs modis non inuenies.

EXAEDIFICO, quod nostra lingua dicim9 Aufz bauuen, Aufzmmeren Den beuu aufzmacl.en. tritum uulgari sermone latine loquentium nūc non est.

Te rogo, ne grauere exædificare id opus quod instituisti. de Orat. 98.a

Nauis publice gratis coactis fabris operisq; imperatis exædificari atque effici potuit. in V. 245.a

In nostris sedibus exædificatum templum licentiæ. de Leg. 17.8. b

Ne exædificatum quidem hunc mundum diui no consilio existimo. Acad. 32.a

EXAEQVO. Aequum, aut æquale facere. uulgare non est.

Superiorē esse contra improbos, minus nego tiȷ est, q̄ bonis exæquari. Postquàm. 205 a

Pauci pluribus exæquari nō possunt. ad Her. 50.a

Exæquare omnia. de Fin. 92.a

Sed uereor, ne quia complures tibi præcipue commendo, exæquare uidear ambitione quadam commendationes meas. Ep. 218. b

Pecunia omniū dignitatem exæquat. At. 62.b

Vt longitudo & plenitudo harū multitudinē alterius assequatur & exæquet. ad Her. 50.b

Iste omnia iura precio exæquauit, omnium rerum delectum atq; discrimen pecunia sustulit. in V. 133.b

Qui in amicitiæ necessitudine superiores sunt, exæquare se cū inferiorib. debēt. de Am. 109.b

EXAGI/

EXAGITO, Vexo, Agitando commoueo. tritum non est.
Inuenti sunt. qui hanc dicendi exercitationem exagitarent atque contemnerent. de. Or. 148. a
Insectari & exagitare aliquem. At. 12. a
Quonam igitur modo audiretur Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes exagitetur ut putidus, Or. 199. a. &
Quod apud Lucilium scite exagitat in Albutio Scæuola. 210. b
Ne & meum mœrorem exagitem, & te in eundem luctum uocem. At. 41.
Colonorum dissensio delata ad patronos est, cum multos annos esset exagitata. pro Sylla. 178. b
Horum enim disputationibus & exagitatus maxime orator est, & adiutus. Or. 198.
Causam Senatus exagitatam esse concionibus improborum. Postquam. 208. b
Nec in hunc locum nisi multis exagitati seculis reuertuntur. de Som. 131. a
EXAMINARE ponderibus, trutina, statera, aut pondere, dixit Cicero: quod nos Germanice *waeger* uocamus. ut,
Ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. de Or. 123. a
Sed ego hoc meis põderibus examinabo, quid cuique debeam. pro Plan. 276. a
Diligenter examinare uerborum omnium põdera. Or. 199. a
Cum enim sui similem & leuitatem & calorem

adeptus est,tanquã paribus examinatus põ
deribus,nullam in partẽ mouetur. Tus.157.b
Ad unamquamq; rem existimandam, momen
toq; suo ponderandam. pro Fon.278.b
EXARDESCO. Crebro Cicero transfert hoc
uerbum ad animi motum, qui concitatur in
homine tanquam ignis & flamma.
Philippus grauiter exarsit. de Or.143.b
In omni genere amplificationis exarsimus.
Or.206.a
Ego illam flammam excepi, pro patria solus
exarsi. de Ar.254.a
Ex quo eorum exardescit amor. de Am.115.a
Ira exadescit, libido concitatur. Tus.187.b
Exarsi non solum præsenti iracundia, sed &c.
Ep.15.a
Homo exarsit iracũdia & stomacho. in V.118.b
Hodie longo interuallo ad spem libertatis ex-
arsimus. in A.194 a.&
Ipsi enim sponte uestra exarsistis ad libertatis
recuperandæ cupiditatem.251.a
Quanquam tum propter multorum delicta
etiam ad innocentium periculum tempus il
lud exarserat. pro R.P.124.b
Ingenium Carneadis exarsit contra Stoicorũ
disciplinam. Tus.244.b
Nisi quædam intolerabilis iniuria exarserit.
de Am.110.b
Præsagitio, &c. quæ si exarsit acrius, furor ap-
pellatur. de D.94.b
Nunc uero si bilis uulgi, fremitu Italiæ uereor
ne exarserit. At.35.a

Is in

is in causa Bruti exarsit incredibili dolore. Br.
90·b (228.b
Tota Italiia exarsit libertatis desiderio. in A.
Ex multis uitijs repente ista tanta importunitas inauditi sceleris exarsit, pro Syl.181·b

EXCEDO. Tribuetur & hoc uerbũ quoq; non motum, ut uocant, significantibus·ut,
Vt primum ex pueris excessit. Archias. pro Arch.186·a
Nam is postquam excessit ex ephebis· de Or. 158.b
Sed ad eos qui uita excesserunt, reuertamur· de Clar.189·a
M.Cato multa uita excedens præuidit. in Aca, 165.a
Videbãtur q̃ uita excesserãt, uiuere. Tusc·154.a
Excedere è uita·Off.51.a

EXCIDO. Præter uulgarem uim & usum significat Temere aliquid & inconsiderate aut dicere, aut diuulgare aliquid.
Verbum ecquo unquam ex ore huius excidit casu aliquo, unde quisquam posset offendi. pro Syl.180.b
Ex isto ore religionis uerbum excidere aut elabi potest? pro Dom.234·a
Quod uerbum tibi non excidit fortuitu. in Ac. 225.a
Libellus, qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. de Or.85. a ibidem.

Obliuisci.

O miram memoriam Pomponi tuam, at mihi
ista

ista exciderant.de Leg.179.a.&.157.b
Quæ cogitatio cum mihi non omnino excidisset, etenim penitus insederat.Ep.69.b
Sed planè te intelligere uolui, mihi non excidisse illud, quod tu ad me quibusdam literis scripsisses.At.85.a
Ex animo excidere aliquid.de Pro.78.a
EXCIPIO. Sunt & huius uerbi quidam modi loquendi, qui nostros homines fugiũt: ut, Aliquem excipere, pro Incurrere. Incidere in aliquem. nos potius Intercipere dicimus.
Isti bonorum emptores arbitrantur nos hic tales uiros sedere, qui excipiatis eos qui de suis manibus effugerunt.pro Qu.R.44.a
A multis admoniti sumus, ut caueremus ne exciperemur à Cæsare.At.127.a
Timeo ne illum aliquorũ furor excipiat.Bru.91.a
Classis dissipata est, onerariæ omnes ad unam à nobis sunt exceptæ.Ep.190.a
Excipere aliquem cum literis.Ep.157.b
Excipere fugientes. in C.112.b
Significãtur quoq; hoc uerbo, quæ consequũtur aliquid continuo ordine.
Interim me Quæstorem Siciliensis excepit annus.de Clar.194 b
Herculis ambusto corpore uitã & uirtutẽ immortalitas excepisse dicitur.pro Sest.27.b
Grauem figuram excipiat attenuata. ad Herẽ.27.b
Sed memoriam illius uiri excipient omnes anni consequentes de Sen 80.b

Linguam

Linguam ad radices eius hærens excipit sto machus.de Na.53.a

Audio, Intelligo.

Eaq; dū animis attentis admirantes excipiūt, fugit eos & præteruolat numerus. Or.216.a
Maledicto nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur.pro Plan.271.a
Vt filiorum extremum spiritum excipere sibi liceret.in V.259.b
Aliquid ex sermone alicuius memoria dignū excipere.de Or.95.a
Nisi si quid ex prætereūte uiatore exceptū est, nihil scire possumus At.29.a
Aduersarij non solum sententias, sed etiā uerba omnia excipere.de Orat.122.a
Omnia alicuius loquentis uerba excipere.de D.117.a
At eo tempore ipso misit qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se deferrent. pro Deiot.148.a
Ex alterius oratione excipere aliud atque ille uult.de Orat.154.a

Periculis & laboribus tribuitur quoq; quæ inferuntur.ut,

Cum in me illa flamma illorum temporū coniiciebatur, excepi, & pro patria solus exarsi.de Ar.254.a
Omnem uim improborum excepi meo corpore.pro Dom.225.b
Vnum pro uniuersis subire atq; excipere pericula.de pro.77.b
Is omnia tela excipiat necesse est.in V.144.b

EXCLVDO. Propria uis nota, sed excludi temporibus non est uulgare. Sic tamen Cicero temporis aut angustiã, aut iniquitatem significauit. ut,

Hi exclusi tẽporibus populi Rom. agere quæ uoluerant non potuerunt. in V.213.a.&

Angustijs temporis excluduntur omnes.106.a

Quæ soluto animo familiariter scribi solent, tẽporibus excluduntur. At.136.b

EXCVRRO. Eo uerbo significabant Latini celeres profectiones, quæ ob causas priuatas, aut animi gratia etiam suscipiebantur. ut,

Ego, dum naues & cætera parantur, excurro in Pompeianum. At.168.b.& 231.b.&

Fortasse excurremus mense Septembri legati ad Pisonem.1.b

Excurrat aliquis, qui hoc tantum malum filio suo nunciet. in V.89.b

Mandaui utriq; ut antè ad me excurrerent, ut tibi obuiam prodire possem Ep.35.b

Sic, excurro in fines hostium, & agros depopulor. unde Excursiones.

Habent propinquam prouinciam, quò facilè excurrunt in V.150.a

Carthago excurrere ex Africa & imminere populo Rom. uidetur. contra Rul.85.b

Via illa excursionibus Barbarorum est infesta. de Pro.69.b

EXCVTIO, pro Scrutor, & Diligenter inspicio. uulgare non est.

Decemuiri qui nostros imperatores excutiãt. contra Rul.78.a

Nihil

Nihil est quod metuas, non excutio te, si quid forte ferri habeas, non scrutor. pro S.R.54.b
Scrutari omnes sordes, & excutere unumquemque comitum. Qu. Fra.291.b
Tabellarij sexcentis locis excutiuntur. Am. Ep. 163 b
Hoc igitur probè stabilito & fixo, illud excutiendum est, ut sciatur &c. Tus.167.a
Quamobrem excutiemus omnes istorum delicias, omnes ineptias, si prodierint. pro Cæl. 52.a
Aspicitur, non attrectatur, procul apparet, nõ excutitur, non in manus sumitur pro Plan. 265.a
EXECO, Excindo, Excido, ut,
Ipse armarij fundum execuit, & nummos abstulit. pro. Cl.55.b
Vetus opinio est, exectum esse Cœlum à filio Saturno. de N.58.b
Hi medentur ciuitati, qui execant pestem aliquam tanquã strumã ciuitatis. pro Sest.26.a
Strato in crucẽ actus est execta lingua. pro Cl. 57.a
Neruis omnibus exectis. contra Rul.84.b
Non minus esset probanda medicina quæ sanaret uitiosas partes, quàm quæ execaret. At.22.b
Exectio, onis. Cum illa exectio fundi in armario animaduerteretur. pro Clu.155.b
Execrari aliquem, quod nostra lingua dicimus, *schelten / einem fluochen.*
Alij Sacerdotem execrabantur, qui Verrem tã nequam reliquisset. in V.101.a
Omne

Omnes te oderunt. tibi pestē exoptant, te exe-
crantur. in P.101.a
Quod tibi proficiscenti euenit, ut omnes exe-
crarentur, male precarentur. in P.86.b
Rectè Socrates execrari eum solebat, qui &c.
de Leg.162.b
Itaq; accepimus Socratem solitū execrari eos
qui, &c. Off.54.a
Execratur apud Ennium Thyestes, primū ut
naufragio pereat Atreus. Tusc.261.b
Vt optet, ut execretur. Or.209.b
Ex Enn. Cui q̄d in me est execrabor hoc, quo
lucet. quicquid est. de N.59.a

EXEMPLVM. Inter cætera tribuitur hoc
nomen literis, significatq; idem quod Germa-
nicè uocamus, *Ein abschriffi oder ein Coppey*. in Gal
lolatini Copiam uocant. ut,
Cæsaris literarum exemplū tibi misi. At 122.a
Earū literarū exemplum infrà scripsi. At.122.a
Literarum exēplum compositū esse arbitror.
contra Rul.76.b

Literæ aliquo exemplo, aut uno exemplo si-
gnificant, quod Barbari dicunt. Aliquo aut u-
no tenore, aut unum & idem esse in literis.
Capua literæ sunt allatæ hoc exemplo &c. Att.
138.a
Sæpius ad aliquem literas uno exemplo da-
re. Ep.48.a.&
De quo tu mihi antea scripseras bis eodē exē-
plo.135.a

EXEO. Transfertur hoc uerbum persæpe à
Cicerone ad inanima. ut,

Cum

Cum omnes boni perſpicerent ad iſtum nō modò illos nummos, qui per ſimulationem ab iſto exierant, reuertiſſe. in V.121.a
Cum de conſularibus mea prima ſors exiſſet. At.17.b
Nihil nō cōſideratū exibat ex ore. de Cla. 189.a
Nequaquam tamē ſimiliter oratio mea exire, atq; in uulgus emanare poterit pro S.R.19.a
Libri quidem exierunt, ut in tali genere ne apud Græcos quidē ſimile quicquā. At.208.a
Exire è patricijs. pro Dom.229.b
Quinto autem anno exeunte, cū eſſet ſpes &c. de D.91.b
Exire de uita. Off.98.a
EXERCEO. Propria uis nota: ſed tribuitur munerib. & officijs, in quibus opera aliqua ponitur: ſignificatq; id quod noſtra lingua, *Etwas treiben*, dicimus.
Exercere medicinam. de Cl.55.b
Qui uectigalia exercent atq; exigūt. pro Pom. 6.b. & 4.b
Ius ciuile. de Leg.75.b
Crudelitatem exercere. in Am.232.a
Inimicitias exercere. in V.57.a
Iracundiam in aliquem. At.274.a
EXHAVRIO. Cicero ſemper penè translatè utitur, idq; uarijs modis q̃s uulgo ignorat. ut, M. Antonius publicam dilapidabat pecuniā, ærarium exhauriebat, minuebat uectigalia. Octa.329.b
Cum omnem pecuniam ex ærario exhauſiſſetis. contra Rul.86.a

Exhaurire sentinam urbis. At.18.a
Si exieris, exhaurietur ex urbe tuorū comitū magna & perniciosa sentina reipub. in C.99.b
Aerarium exhaurire, rempub. compilare. in Vat.29.b
Immanes quæst9, quos M. Antonū tota exhausit domus. in A.196.a.&
Tātum uini in Hippiæ nuptijs exhauseras, ut tibi necesse esset uomere.172.b
Vno mehercule Catilina exhausto, releuata mihi uidetur respub. in C.205.b

EXIMO. Verbi huius usus non satis tritus.
Metellus calumnia dicēdi tempus exemit. At. 56.b
Clodius rogatus, diem dicēdo eximere cœpit. Qu. Fr.306.b
Eximere aliquem è uinculis. Or.204.a
Eximere aliquem à culpa. de Inuen.65.a
Ille confirmabat sese nomen Sexti Roscij de tabulis exempturum. pro S.R.22.b
Absentem de reis eximit. in V.209.a
Eximere aliquem de numero proscriptorum. &c. At.268.b
Agrum de uectigalibus eximi. in A.179.a
Qui ex obsidiōe fœnerato res exemerit. Epist. 65.a
Ob eam causam ne tu ex reo eximerere, si ego non adessem ad diem. in V.128.b
Eximere aliquem ex ærarijs. de Or.135.b

EXISTIMO. Huius uerbi & propria uis & usus uulgò ignoratur: nam quod imperiti dicunt, per, Opinionē bonā aut malam habere

de ali-

de aliquo, Latini expresserunt hoc uerbo. ut,
Benè existimare de aliquo. Ep.258.a
Dionysius de Dicæarcho benè existimabat. At. 90.a
De ingenio eius ualde existimaui benè. E.256.a
Iudices beneuolos & bene existimantes facere. de Or.138.a
Malè de aliquo existimare. in V.57.b. Off.40.a Ep.58.a
Homo ipse de se bene existimãs, seseq́ diligẽs, Off.58.
Barbari, Multum de se tenere.
Pro Iudicare crebro ab eodem usurpatur.
Si existimare uerè de omni hac causa uolueritis. pro Cæl.37.b
De quo aliquid scire ipse & existimare posset. pro Syl.169.b
Orationes in quibus existimari de ingenijs potest. de Cla.171.b
Vt ex euentu homines de tuo consilio existimaturos uideremus. Ep.7.a
Desine unumquemq́ moribus tuis existimare. in Sal.275.b
EXPECTATIO. Cicero hoc nomine significauit, quod nunc pleriq́ Desiderium dicunt.
Varronis sermo facit expectationem Cæsaris. At.46.a
Facere expectationem sui. Acad.5.b
Nescis quanta cum expectatione te sim auditurus. de Nat.60.a
Scribis mirificã expectationẽ esse mei. At.105.b
Summa est expectatio tui. At.284.a

Ea si paulo latius dixeris. expleris omnē expectationē diuturni desiderij nostri. de Or 102.a
Summa scito in expectatione te esse. Ep.19.a.&
Sum in expectatiōe omniū rerū 245.a.et 125.a
Cum me in summā expectationē adduxeris. Tusc 156.a
Afferre expectationem alicui. At. 48.a
Vincere expectationem. Ep.19.b

EXPENDO. Idem quod Perpendo. Sed uulgus magis hoc, quàm illo utitur. Cicero uero contra.

Hæc laus non poetarum carminibus celebratur, sed prudentiū iudicio expenditur. pro R.P. 129 a
Equidem cum colligo argumenta causarū, nō tam ea numerare soleo, quàm expendere. de Or.137.b
Vos qui in iudicijs testem diligenter expenditis. pro Flac 158 b

Neq; Expendo pro Consumo aut Impendo à Cicerone & similibus autoribus, ut uulgꝰ putat, usurpatur: sed ꝑ Appēdo, aut Pōdero ut.
Ante pedes Prætoris in foro expensum est auri pondo centum paulo minus per Sex. Cæsium. pro Flac.160.a

Hinc *Expensum ferre alicui*. pro eo quod indoctiores dicūt, quod Mutuatꝰ est alicui, aut, Mutuo dedit in libro scribere alicui. uel, Scribere in libro rationū, se dedisse alicui summā aliquā
Expensa Chrysogono H S sexcēta, accepta pupillo Maleolo retulit. in V.95.a.& ibi: Chrysogono expensa lata sunt.

Ne tu

Ne tu expensum muneribus ferres. At.24 b
Videas enim unde nummi sint, mihi feras expensum. At 247.b
Quis unquam in illo Iano inuentus est, qui L. Antonio mille nummũ ferret expensum. in A.188.a

EXPERIRI. pro, Intendere actionem: aut quod nostra lingua dicimus, *mit recht fur nemmen* uulgare non est.
Quid ad constitutum experiundi iuris gratia uenisset. pro Cec. 291.
Experiri summo iure. pro Quin 6 b
Qui nunquã ne cõgressu quidẽ & cõstituto cœperunt de tãtis iniurijs experiri. pro Cæl 41 b
Fuit procurator, quin cum experiri posset. pro Qu.12.b.& 13.b

EXPLERE, pro Satiare. tritum non est.
Explere diuturnam sitim. de Sen.82.a
Explere libinem. pro Cæl 47.b
Explere cupiditates, satiare odium. Part.258. b
Explere auaritiam suam pecunia. pro S.R.43.a
Explere inimicitias & saturare odium. ad Her. (34.b
Explere intẽperãtiã alicuius. de Ar.255.b
Iis qui illud malum exciderint, nihil quo expleri possit eorum meritum, tribui unquam poterit. Brut.236 a
Explere cumulate uitam beatam. de Fin.73.b
Hanc igitur partẽ relictã explebimus. Off 58.b
Vt amicitiæ munus expletum sit. de Am.109.a
Noli committere ut excusatione potius expleas officium scribendi, quam assiduitate literarum. Ep.266.b

Sic expleuit, quod utriq; defuit. de Clar. 178. a

EXPLORATVS, *a, um.* pro Certus, aut, De quo nō dubitatur. crebro Cicero utitur: nostri rarius: sed pro hoc dicūt, Certò scire, certū esse.

Cum possit exploratum esse de sua salute Aca. 14. b

Quid enim mihi exploratius esse potest, quàm illius animus in rempub. At. 287. a

Cum mihi erit exploratum, te libenter esse risurum, scribam ad te pluribus. Ep. 131. b

Quid siue id quidem exploratum est, fore ut mihi liceat. de N. 160. a

Brundusium pergere cogito, felicior enim & exploratior deuitatio legionum fore uidetur, quàm piratarum qui apparere dicuntur. At. 252. a. & 261. a. &

Dixi me nullo modo facere posse. nisi exploratum mihi esset, eum tyrannoctonis amicum fore. 119. b

Quis est tam stultus, cui sit exploratum, se usq; ad uesperum esse uicturum. de Sen. 91. a

Deus habet exploratū fore, se semper. de N. 12. a

Poteritis igitur exploratam habere pacem, cū in ciuitate Antonium uideatis? in A. 212. a

Si exploratum habere cœpero, Cæsarē honoribus extraordinarijs fore contentum. Att. 275. b. & 141. b

Cæsarem hoc idem probaturum, exploratum habeo. de D. 121. a. At. 47. b

Literæ à timore exploratæ.

EXPROMO. Cicero translate semper fere utitur, pro. In lucem profero. ut.

Quæ

Quæ nunc expromã abſens audacius.Ep.67.a
Sed iam exprome,ſi placet, leges iſtas de reli-
gione,de Leg.173.a
Deinde ſuum exprompſit odium.At.29.b
Sed ego ueſtram crudelitatem expromo:pro
Dom.225.a
In meo inimico crudelitatem exprompſiſti tu
am.pro Mil.108.a
Vt apud eos ipſos.quod abijs didicerimus,ue
limus expromere. Quint.Fra.295.b
Cauſa in qua uis eloquentiæ poſſit expromi.
de Or.208.a
Conferre cauſas,& quid in quamq; ſententiam
dici poſſit,expromere.D.159.a
Quorũ omnis induſtria uitæ & uigilandi la-
bor in antelucanis cœnis exꝑmitur.I.C.109.a
EXQVIRO,Diligenter inquiro,aut quæro.
tritum non eſt:hoc modo ergo diuulgetur.
A te nihil dum certi exquiro,ſed quid uidetur.
At.109.b
Omiſſis autoritatibus,ipſa re & ratione exqui
rere ueritatem.pro Pom.13.b
De Varrone non ſine cauſa, quid tibi placeat,
tam diligenter exquiro.At.211.a
Exquire de Bleſamio.pro Deiot.151.b
Cogitatio in uero exquirendo maxime uerſa-
tur.Off.26.b
Vos qui mores exquirẽdos putatis. pro Flac.
148.a
Sed hæc non minus exquiro à Græcis.At.114.a
Omnium rerum ex quibus aliquid exquiri-
tur,nihil eſt agricultura melius.Off.50.b

Cum ex te causam uniuscuiusque diuinationis exquirere n. de D. 117. b

Hinc Exquisitus. ut, Exquisita doctrina, ratio, ars, uerba, literæ, munditia, & quæ similium generum sunt: quæ delecta sunt magno iudicio.

EXTERMINO. Ignotum in uulgus, pro Ejicio usurpari.

Protagoras urbe atque agro est exterminatus. de Nat. 14. a

Cum ex urbe Catilinam ejiciebam, cum illum exterminari uolebam. in C. 111. b

Ex urbe expelli, exterminari, ejici. pro Mil. 121. b

Hunc ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. in A. 246. a

Vt non ante attigerint, quàm hunc ordinē cōdemnarint, quàm autoritatem uestram è ciuitate exterminarint. de Pro. 69. b

Exterminabit ciues Rom. Consul à suis dijs penatibus. pro Sest. 9. a

EXTREMVS. In extremis. aut, In extremo aliquid esse, indoctiores non dicūt. sed pro eo, In fine literarū, aut libri. Cic. In extremis. ut, Literæ quibus in extremis erat, sibi insidias fieri. At. 225. a. & 219. a

Epistola in qua extrema scriptum erat.

Iouis oratio quæ est in extremo illo libro. Qu. Fr 510. a

In extremo tertio libro. Off. 54. a

Vt in extremo tertio scribis de D. 82. a

In extrema ferè parte epistolæ. At. 88. b

EXTVRBO, ut supra Deturbo: atque etiam à cōsuetudine nostrorū hominū æque alienū.

Quæro

Quæro qui sint isti optimates, qui me exturbent, cum ipsi domi maneant. At.154.a
Cum Senatum à gubernaculis deiecisses, populum è naui exturbasses. pro Dom.218.a
Exturbare homines è possessionibus. pro Syl. 180.b
Exturbari & expelli ex agris. contra Rul.82.a
Exturbare aliquem bonis patrijs. in V.118.a
Miserum est, exturbari fortunis omnibus. pro Qu.17.b
Exturbari domo & expelli domo. ꝑ Clu.20.b
EXVLTO, Lætitia immoderata me effero & iacto. ut,
Quintus pater exultat lætitia. At.248.a
Hominem furentem exultantemq; continui. de Ar.245.b
Palam exultare lætitia & triumphare gaudio cœpit. pro Clu. 20.b
Exultare immoderateq; iactari. de D.93.a
At Cymbri in prælijs exultant, lamentantur in morbo. Tusc.189.a
Fabius Annibalem iuueniliter exultantem, patientia sua molliebat. de Sen.79.a

F

FACIO. Romani quædam hoc uerbo significarunt, pro quibus nunc potius dicunt, Facere medicinam, topiariam: quomodo etiã recte loquuntur, Facre medicinam alicui. Ep. 236. pro Adhibere, &c. ut,
Medicinæ faciendæ locum nõ esse. pro Qu.2.a
Ita sum leuatus, ut deus mihi aliquis medicinam fecisse uideatur. Ep.236.b

Facere piraticam·Postquam·206.a
Facere topiariam·Qu.Fr.319·a
Facere argentariam.in V.267·b
M.Brutus accusationem factitauit.de Cla.176.a
Ille uersus, qui uetat artem pudere proloqui quam factites.Orat.210·b

Facere aliquid, aut aliquem laudari loquentem· pro.

Fingere & introducere personam aliquam loquentem.
Plato facit mundum ædificari à Deo·de N.5.b
Plato facit Isocratem laudari à Socrate.de Op. 244.a
Facere aliquem loquentem. Or.204.b
Plato facit Socratem disputantem·de N.8.a
M.Cato apud quem Lælium & Scipionem facimus admirantes.de Sen.77·b
In eo libro,ubi se cum Curione colloquentem facit·de Cla·184.a

Damnum,iacturam,detrimentum facere.

Respublica detrimentum facit.in V.204.a
Facere damnum.de Cla.175.b
Facere iacturam.At.196.a

*Cum aliquo aliquid facere.*uulgus. Pro aliquo aliquid esse A partibus alicuius esse.

Cum Cæsare Lentulus consul facit.At.96.b
Autoritas doctissimorum hominum nobiscũ facit. pro Cecin·305·a·&
Rem & sententiam interdicti mecum facere fatebatur.300.a
Faciebant omnia cum Pupilla·in V.97.b
Cum furialis illa uox secum illos facere personabat·pro Plan.277·b

Demosthenes

Demosthenes φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id est, quasi cum Philippo facere. de D.133.a

Hoc nihilo magis ab aduersarijs, quàm à nobis facit. de In.59.a

Contra opponitur.

Facere contra aliquem. de Fin.76.b

Fac esse. Imperiti, dicũt, Pone casum quod sit: aut, Pone quod sit, Concesso. Dato, Posito quod sit.

Fac potuisse, quod est, &c. in A.161.a

Verum fac esse omnia. Ep.156.a

Sed fac igneam, fac spirabilem, nihil ad idquod agimus. Tusc.165.a

FALLO, nisi me fallit. Nostris ita in usu non est, ut olim fuit Latinis. nam pro eo dicunt potius, Nisi errem.

Sed nos (nisi me fallit) iacebimus. At.227.a

Nisi me forte fallit. Brut.289.a

Is enim sum (nisi me fallo) qui &c. Acad.243.b

Nisi me fallit animus. pro S.R.26.a

Nisi omnia me fallunt. At.122.b

Nisi quid me fallit. Ep.76.a

FASTI, *orum*, Latine dicuntur quæ nunc uulgus Calendaria, aut Almanach, uel Diaria uocant: nam in his &, temporis ratio & festorum dierum obseruatio notatur, ut olim apud Romanos in fastis.

Decreui, ut in fastis ad eum diem Bruti nomen ascriberetur. &

Quod ego cum dabam Bruto, notam esse in fastis gratissimæ uictoriæ memoriam uolebam. At.283.a

Cum

Cum diem festum ludorum de fastis suis sustu lissent. in V.235.a

Eximere dies de fastis in V.135.a

Consules non modo ex memoria, sed etiam ex fastis euellendi. pro Sest.10.a

Lōgæ paginulæ in codicillorum fastis. At.59. b

Luna accretione & diminutione luminis quasi fastorum notans & significās dies. Tus. 162 a

Etenim ordo ipse anīmalium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione fastorum. Ep.68. a

Flauius Annij filius protulit fastos nam occul tatā putant quodam tempore istam tabulā, ut dies agendi peterentur à paucis. At.86.a

Posset agi, nec ne, pauci quondam sciebant: fastos enim uulgo nō habebāt. pro Mur.129 b

FATVM Latini appellant, quod Theologi Scholastici nunc prædestinationem. ut, Toto libro de fato.

Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. &c. de D.106.b. de N.12.b

Ruina igitur oppressus esset. at id neq; si fatum fuerat, effugisset: neq; si non fuerat, in eum casum incidisset. de D.112.b.& 94.

Neque me Apollo fatis fandis dementem inuitam ciet.

Aliquem esse aliquo fato, significat: quod Barbari dicunt. In aliquo planeta, aut sidere natum esse aliquem, Aliqua fortuna esse.

Ea conditione atq; eo fato natum me esse. pro Fon.285.b

Milo hoc fato natus, ut ne se quidē seruare potuerit, quin una rempu. seruaret ꝑ Mil. 107.a

Omnes

Omnes qui ad illa arma fato sum9, nescio quo, reip. misero funestoq; cōpulsi. pro Mar. 133. a
Quonam meo fato fieri dicā. in Acad. 160. b
Qua quidē in re singulari sum fato. Ep. 55. a
Vt meo fato & tu & omnes mei corruistis. Qu. Fra. 305. a

FERIO. Modi qui hoc uerbo fiunt, non tam Obscuri, quàm ignoti nunc nostris. ut,
Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis. pro Cor. 65. b
Aduersarius qui sit & feriendus & repellēdus. de Or. 115. a
Ferire parietem pro Cæl. 50. a
Instat ut securi ambo feriantur. in V. 91. b
Quo minus patent multa in eorum uita, quæ fortuna feriat. Off. 15. a
Sed tamē in laudando iungenda sunt etiā hæc genera uirtutum: feriunt enim aurem hominum. de Or. 140. b
Binis aut ternis ferire uerbis. Or. 219. a
His autem spectris etiam oculi possent feriri, animus qui possit, non uideo. Ep. 253. a
Ferire fœdus cum aliquo. de In. 73. b
Fœdera feriebātur prouinciarum. pro Dom. 239. a
Ideone ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires. pro Cæl. 44. a

FERO. Varia iunguntur cum hoc uerbo.
Quæ uerò ignorantur uulgo, hæc esse puto.
Vt opinio, coniectura, spes fert. pro, Vt opinor, conijcio, spero.

Nos, ut

Nos, ut opinio & spes & cōiectura nostra fert, tuti sumus. At.39.b
Vt opinio mea fert. Ep.16.a. pro Clu.26.b
Plura dixi, q̄ aut opinio mea tulerit, aut uolūtas mea. pro Dom.219.b. pro Plan.268.a
Sicut opiniones hominum & religiones ferūt. in V.274.a.& 257.a
Ita sui periculi rationes ferunt & postulant. &c.
Tantum relictum est, quātum Apronij libido tulit.159.b
Tempus, causa, res fert, & istiusmodi alia, significāt: quod indoctiores dicunt, Tempus, res nō permittit, non exigit, non postulat.
Si res ita tulisset. in Acad.194.a
Velim ita fortuna tulisset &c. Ep.45.a.& 7.b
Quid res, quid tēpus, quid causa ferat, tu perspicies.
Si ita tempus feret. Ep.245.a pro Cecin.299.b
Si occasio tulerit. Ep.156.b
Vereor ne grauioribus utar uerbis, quàm natura mea fert. pro Quint.10.b
Hoc si uobis uersutius, quàm mea cōsuetudo defendendi fert, uidebitur. pro Cec.301.a
Grauius q̄ consuetudo tua ferebat. At.273.a
Ad me ut tēpora nostra, nō ut amor tuus fert, uerè perscribe. Qu.Fr.305 b
Vt ætas illa fert. pro Clu.53.a
Si ita cōmodum uestrum fert. contra Rul.81.b
Ferre tribum, centuriam, suffragia, dicitur is, qui tribum, centuriam, suffragantē habet: quod uulgari more diceremus, Vnius tribus nomē, aut uocem habere.

An tan-

An tandem una centuria prærogatiua tãtum habet autoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit, quin renunciatus sit? quasi abstulerit. pro Plan. 269. a
Dubitatis inquit. quæ coitio facta sit? cũ tribus plærasq; cũ Plotio tulerit Plãcius. an una fieri potuerũt, si una trib. non tulissent? an nonnullas pũctis penè totidem. pro Plan. 270. a
Aut tum cum es factus, unã tribum sine Curio ne ferre potuisses? in A. 161. a
Questꝰ es, plures te testes habere de Volitinia. q̃ in ea tribu puncta tuleris. pro Plan. 270. b
Aut ne te gratuita quidem eorum suffragia tulisse. ibidem.
Suffragium ferre, Idẽ etiã quod Suffragari. ut, Ideoq; refert, ut uniuersus populus in campo Martio suffragium de re Clodij ferat. At. 17. a & alijs locis plurimis.
Fero. pro Aufero.
Qui ab eo partẽ prædæ tulerunt. pro S. R. 36. a
Ego fructus ex repub. magna acerbitate permixtos tuli. pro Plan. 279. a
Ne diutius pendeas, palmam tulit. At. 62. b
Cũ à me quoq; id responsum tulisset. in C. 101. a
Repulsam ferre. pro, Rejci in petitione magistratus.
Cum ipse consul factus esset, ille repulsam tulisset. id est, præteritus esset. de Or. 134. a
Ferre legem significat, quod Barbari dicunt, Facere statutum, aut legem aliquam.
Perniciose cum Philippus in Tribunatu legem agrariam ferret. Off. 48. b

Nihil

Nihil unquam de isto fœdere ad populum, nihil ad plebem latum esse dico. pro Cor. 61. b
Pompeius cõtendit, ut decem Tribuni plebis ferrẽt, ut absentis ratio haberetur, quod idẽ ipse sanxit lege quadam sua. At. 120. a

Sic *Ferre*: aut, *Ad populum ferre*. pro, Proponere aliquid populo, & rogare.

Nihil unquam de isto fœdere ad populũ. nihil ad plebẽ latum esse dico, &c. pro Cor. 61. b. &
Ferre ad populum de aliqua re. 60. a. At. 120. a
Cum absentis ratio haberetur, ferebamus. At. 105. a. & 106. a
Illud unà datum est, annorũ decem imperiũ, & ita latum placet.
Vt P. Scæuola Trib. pl. ferret ad plebem, &c. de Fin. 75. b
Deinde quod Sylla ipse ita tulit de ciuitate, ut non sustulerit horum nexa. pro Cecin. 304. b
Num igitur ulla quæstio de Africani morte lata est? certè nulla. pro Mil. 104. b
Quod is L. Scribonio quæstionẽ in eum ferente populo misericordiam concitasset. de Orat. 104. b
Num quæ rogatio lata? &c. pro Mil. 105. a
Familiaris tuus de te priuilegiũ tulit, &c. Par. 121. a

Sententiam ferre: quod imperiti dicunt, Dicere, aut dare sententiam.

Vos autem iudices de hominum fortunis sententiam fertis. pro Clu. 48. a

Ferre conditionem, pro Præscribere.

Hanc conditionẽ misero ferunt. pro S. R. 25. a

Ferre cum aduerbijs.ut,Grauiter, acerbè.bellè,&c.tritum.

FESTVS *dies*, Feriæ, significant, quod Festū alij, præsertim poetæ dixerunt: sed hoc uocabulo Cicero nō est usus, neq; Festiuitas pro Ferijs, aut Festo die apud quēquam Latinorum autorum, quos imitari debemus, inuenitur: sed sermonis urbanitatem & iucunditatem eo uocabulo expresserunt.

Huius nomine dies festi agitantur pulchra illa Verrea,non quasi &c.in V.139.b

Feriæ.

Feriarum festorumq; dierum ratio in liberis requietem habet litium & iurgiorum,in seruis operum & laborum.de Leg.175.b

Festiuitas.

Dicendi uis egregia, summa festiuitate & uenustate coniuncta.de Or.126.a

FIDENS & *Fidentia*, diuulgata satis sunt. *Fidenter*,cui Timide opponitur,non item.ut,

Tum Velleius fidenter sanè,ut solent isti, nihil tam uerens. quàm ne dubitare aliqua de re uideretur.de N.5.b

Paulo uellem fidentius respondisses. Att.88.b. & de Fin.69.a

Tum ille fidenter homo peritissimus,cōfirmare ita se rem habere.de Orat.105.b

Timidè fortasse signifer euellebat,quod fidenter infixerat.de D.122.b

Deinde quomodo suscipere aliquam rem, aut agere fidenter audebit? Acad.71.b

FIDES.In fide alicuius esse, Recipere in fidem,&c.

dem,&c.ijs tribuitur,qui aut dediderũt se, aut commiserunt alicui.qui se committebant, Clientes nominabantur:recipientes,Patroni. nostro more apellamus Tutelã. Ein schutz und schirm Germanice. Sed, In tutela alicuius esse, non idem est, quod In fide, aut clintela. illud enim pupillorũ:hoc uero,eorum qui aut uicti sunt, aut præsidio alicuius egent.

Esse in fide & clintela alicuius.pro S.R.54.a

Ea societas uniuersa in mea fide est.Ep.227.b.

Municipia quæ in fide mea erã t.pro Plã.280. a

Qui nationes deuictas bello in fidem recepissent. Off.8.a

Peto à uobis, ut eum in uestram accipiatis fidem.pro Arch.191.b

Recipere aliquem in fidem suam. Antequam. 196. a

Recipere aliquem in fidem suam, & eum commendatum habere. At.245.a

Esse in fide & clientela alicuius.pro S.R.54.a

Ciuitatem in Catonis fide locatam funditus perdidissem. At.85. b

FIDVCIA significat,quod uulgo appellatur Obligatio. hoc est, pignus quod alicui ceditur,dum soluat quod debetur.

Tria iudicia,fiduciæ,tutelæ,societatis.pro Qu. R.47.b

Iudicia fiduciæ.de N.75.a

In arbitrio rei uxoriæ melius, æquius in fiducia inter bonos bene agier. Off.64.a

Qui fiduciam accepit, debet præstare fidem. Top.224 a

Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupauisti. pro Flac. 157. a
Hanc fiduciam commissam tibi tenes hodie ac possides. ibidem.
FINGO; non significat Mentior, ut plerique putãt: sed, Ingeniose aliqd excogito & formo.
Hoc intelligerem quale esset, si id in cereis fingeretur, aut fictilibus figuris. de N. 15. a
Et qui aliquid fingũt, etsi tum pictura nihil utuntur: tamen utrum sciant pingere, an nesciant, non obscurum est. Orat. 91. a
Omnia quæ cogitatione nobismetipsis fingere possumus. de N. 69. b
Fingere aliquid animo & cogitatione. Tuscul. 241. b
Alexander ab Apelle pingi, à Lysippo fingi uolebat. Ep. 68. b
Vis quæ finxit & fabricata est hominẽ. Ac. 21. b
Ex materia quã fingit formatq; effectio. Ac. 4. a
Volucres uidemus fingere atq; construere nidos. de Orat. 110. b
Nihil nobis duobus laboriosius dici aut fingi potest. pro Mil 102. a
FINIO. Cicero hoc uerbo non utitur pro Finem impono: quo sensu plerique nunc utũtur. ut, Finire librũ, opus aliquod: sic enim loquuntur. Sed pro Circumscribere aliquid certis finibus & terminis.
Ad eam rationem cursus annuos sacerdotes finiunto. De Leg. 173. b. &
Demetrius sepulchris nouis finiuit modũ. 138. b
Pompeius M. Marcello consuli finienti prouin
 cias

ias Gallias Calen. Martijs restitit. At. 20. a
Deinde in ore sita lingua est, finita dentibus. de N. 56. a
Sententiæ uerbis finiuntur. de Or 160. b
Nec solum cõponentur uerba ratione, sed etiam finientur Or. 212. b
Similiter extrema definiunt. Or. 202. b
Sententia uerbis aptè comprehensa, & conclusa Or. 213. b
Cupiditates non Epicuri diuisione finiebat, sed sua satietate. de Fin.

FLAGRARE studio, amore, desiderio alicuius rei, crebro à Cicerone translatè usurpatur.
Nõ dici potest, quàm flagrem desiderio urbis. At. 73. a &
Dionysium flagrantem desiderio tui, mitto ad te. 103. b
Vos etiam nimis flagrare cupiditate uideo. de Or. 56. a
Flagrare cupiditate & amentia. in V. 217. a
Mulier ita flagrare cœpit amentia, sic inflãmata ferri libid. ne. ut eam, &c. pro Clu 20. a
Flagrabãt uitia libidinis apud illũ. ꝑ Cæl. 59. b
Consules flagrant infamia. At. 67. a
Ibicus Rhegynus amore flagrauit. Tus 225. a
Incredibili quodam nostri homines dicendi studio flagrauerunt. de Or. 86. a

Bello flagrare regionem aliquam.
Non uidit bello flagrantem Italiam, nõ ardentem inuidia Senatum. de Or. 143. a
Totam enim Italiam flagraturam bello, intelligo. At. 113. b

FLVO. Accommodat hoc uerbū Cicero a/ lijs,quæ aquæ fluctis more præterlabūtur.ut, Cætera fluere, labi, nec diutius esse uno & eo/ dem statu.Or.197.b
Fluit igitur uoluptas corporis.de Fin.87.a
Excident gladij, fluent arma de manibus. pro Mur 140.b
Omnia quæ delapsa iam fluxerunt, seueris le/ gibus uincienda sunt.pro Mar.134 b
Pro dispergi,& in uulgus dimanare.
Multum sermonem de libris nostris fluxisse ui deo.de N.3 a
Pythagoræ autem disciplina,cum longe lateq; flueret, permanauisse mihi uidetur in hanc ciuitatem Tus.209.a.b
Buccæ fluentes.
Gallus pictus eiecta lingua,buccis fluentibus. de Or.133.b
FOEDO.alij Conspurco.ut,
Romam uero ipsam fœdauit aduentus tuus. in P.91.a
Qui togatum domestici belli extinctorem nefa rio scelere fœdauit.de Ar.255.b
A Sex. Serano sanctissima sacella omni tur/ pitudine esse fœdata scimus.de Ar.251.a
FOEDVS,*a,um*.Turpis.ut,
Luxuria uero cum omni ætati turpis, tum se/ nectuti fœdissima est. Off.25.a
An ille fœdior atq; inquinatior in Cn.Pompe io accusando fuit.de Ar.256.a
Exitum iudicij foedum & perniciosum lenissi/ me tuli. Qu.Fr.328.a

Nihil fieri poteſt miſerius,nihil perditius,nihil fœdius. At.125 a
Belum fœdiſſimum futurum puto. At.117.b
Immaniſſimum ac fœdiſſimum monſtrum.in P.86.b
Genus mortis fœdum. At.247.a
FORTVITVS,a,um. Barbari, Quod ſic ultro ſua ſponte cadit.
Vt illud neſcio quid non fortuitum, ſed diuinum uideretur. Ep.98.b
Ex his factum eſſe mūdum concurſu quodam fortuito. de N.14.b
Subita & fortuita oratio. de Or.97.a
Si quippiam nacti ſumus fortuiti boni. de Nat. 77.b
Concurſio rerum fortuitarum. Top.227.a
Fortuita atomorum concurſio. Acad.4 a
FORTVNAE, arum, pro Bonis. Germanice *Hab un guot.*
Imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis. pro Dom.218.a
Nihil tibi deeſſe arbitror ad tuas fortunas obtinendas. Ep.52.b
Bonos uiros lugere malui meas fortunas, q̄ ſuas deſperare. Poſtquam.211.b
Itaq; ſi quis mihi erit aditus de tuis fortunis, id eſt, de tua incolumitate agendi, agam ipſe per me. Ep.87.b.&
Tamen impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo.53.
Ego pro mea omni fama fortuniſq; decerno. de Or.127.a

Vir ho-

Vir honoribus amplissimis, fortunisq; maximis.Brut.289 a
Succurrere saluti fortunisq; communibus .de Inuent.55.b
Ad quæ recuperanda, per fortunas incumbe. At.49.a
FORTVNO. Dij fortunent. pro hac locutione nunc Barbari dicunt, Det tibi Deus bonam fortunam.
Tibi patrimonium dij fortunent. Ep.18 b.&
Eum honorẽ tibi deos fortunare uolo.249.a
FRANGO. Transfert Cicero sæpe aut ad hominum potentiam, aut ad id quod uim aliquã habeat.ut,
Hominem.
Viriatus Lusitanus, quem C. Lælius fregit & comminuit. Off.41.a
C.Pomptinius ortum repente bellum Allobrogũ prælijs fregit, eosq; domuit. de Pro.75.b
Fractus & afflictus calamitate. pro Syl.169.b
Nec tantis se laboribus frãgeret. pro Arch.191.a
Frangere & abijcere aliquem. Ep.151.a
Rem.
Contudi & fregi exultantis latronis audaciam. in Acad.252.b
Nulla est tanta uis, quæ non debilitari & frangi possit. pro Mar.132.a
Primus ego leges Antonianas fregi. Ep.191.a
Verũ hæc furiosa uis uæsani Tribuni plebis facile superari frangiq; potest. pro Dom.224.a
Qui hostium fregerũt furorem. Antequã.192.b
Hominis furorem fregi & petulantiã. in P.86. a

Non est autem consentaneũ, qui metu nõ frangatur, cum frangi cupiditate. Off.14.a
Scæuola paulum requiescet, dum se calor frangit. de Or.108.b
O inanes nostras contentiones, quæ in medio spacio sæpe franguntur. de Orat.145.

FRAVS. Quædam formæ loquendi fiũt hoc nomine, uulgo Latinorum nõ usitatæ nũc. ut, Fraudi esse alicui aliquid. pro quo dicũt, Nocere, Incõmodare aliquid alicui. Cicero uero sic: Hæc res nemini unquã fraudi fuit. pro D.258.a
Fit S.C. ut neue Salaminijs, neue qui eis dedisset fraudi esset. At 83.a
Censeoq; ut ijs qui in exercitu Antonij sunt, ne sit ea res fraudi, &c. in A.201.a.&
Filio pietas erga patrem fraudi esse nõ debet. 22.
Eisq; fraudi ne sit, quòd cum M. Antonio fuerint. in A.220.a

Fraus pro Scelere. ut,
Rabirius fraudẽ capitalem admisit. pro Rab. 96.a
Fraus peculatus, id est, crimen. in A.241.b
Dij nonnunquam præsentis fraudis pœnas in diem reseruant. de D.81.b
Qui in republica uiolanda fraudes inexpiabiles concepissent. Tus 163.b
Scelus ac fraudem nocentis supplicio constringere. de Or.102.a

FREQVENS, Neq; uis, neq; usus huius nominis ijs notus est, qui dicunt, Concionem, ecclesiam, scholam, senatum esse plenum, Multos esse

esse in senatu,templo. quod Cicero hoc modo dixit.
Frequentes fuimus omnino ad ducentos. Qu. Fra. 306. a
Refert etiam, qui audiant, frequentes an pauci, an singuli. de Orat. 162 b
Senatus continuo est conuocatus, frequensq; conuenit. Ep. 151. a
Nunquam tam frequens collegium iudicauit. de Ar. 246 b
Idq; frequentissimo theatro, incredibili plausu comprobatum est de D. 95. a
Nulla in concione unquam frequentior fuit populus Rom in. Acad. 159. a
Sic, *Frequentem aliquem alicubi esse.* Vulgus, Sæpe, crebro esse. Audire aliquem. Venire aliquò.
Frequens enim te audiui, atque affui. de Orat. 106. a
Eo tempore Roscius erat Romæ frequēs, atq; in foro & in ore omnium quotidie uersabatur. pro S. R. 21. a
Demosthenes frequens fuit Platonis auditor. Orat. 198. a. &
Nos in hoc genere frequentes. 215. a
Sic *Frequentia.* ut,
Cum maxima frequētia à multitudine domū reducebatur. in V. 204. b. &
Tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo. 147. a
Quotidiana amicorum assiduitas et frequentia. Qu. de Pet. 205. b
Non enim tribum Terentinam, de qua, &c. sed

 solidam

solidam & robustam & assiduam frequentiam præbuerunt·pro Plan.265
Cum hic Dorylensis efferretur magna frequẽtia consessuq; uestro,pro Flac·154.b

Rerum.

Thucydides creber est rerum frequentia. de Or.113,a

Epistolæ.

De epistolarum frequentia nihil te accuso. At. 65·b

FREQVENTO,*as,are.* Verbi huius significatio & usus diuulgandus est, ut eo utantur indocti, cum dicant, Sæpe facere, ponere uti aliqua re.

Verbi translatio instituta est inopiæ causa. frequentanda delectationis.de Or·157.a
Distinguenda & frequentanda est omnis oratio luminibus uerborum.de Or.161.b
Aceruatim multa frequentare,Or.204.b.&
Hæc frequentat Phalereus maxime.205.

FVGIT *me,aut aliquid aliquẽ*,Cicero dixit: quod recentiores Græco more,Latet me.ut,
Cui rei fugerat me rescribere·At.74.b
Nõ fugisset hoc Græcos homines. de Or·107.a
Illos autem id fugerat superiores·de Fin.120·b
Verum hoc amentẽ hominem fugit.in V·205·b
Illud alterum quàm sit difficile, te non fugit. At.201·a
Nisi quæ me forte fugiunt.Tus.153·a
Nulla res est in usu militari posita,quæ huius uiri scientiam fugerit·pro Pomp.9.b

Fugiens uinum. Barbari, Vinũcrassescens,quod fit crassum,

fit crassum,aut longum,Vueicher,oder Abgefallener uuein. Der uuein ist lang
Qui uinum fugiens uendit sciens. Off.70.a

FVNDERE, Sæpe Cicero aliis etiã rebus, non humidis tribuit.ut,
Fundere uersus ex tempore.de Or.161.a
Fundere orationem numerose & uolubiliter. Or.217.b
Cum tã bonos septenarios fundát ad tibiam. Tus.171.a
Vtrumque eorum fundi quodammodo & dilatari putant.de Fin.100.b.&
Iusticia ipsa se fundit usu in cæteras uirtutes. 140.b
Aer fusus & extenuatus,in sublime fertur:con cretus autem,in nubem cogitur.de N.46.a
Murena magnas hostium copias fudit. pro Mur.128.b

FVNGOR muneribus & officiis uitæ attribuitur proprie:pro quo nostri tantum, Facio officium,munus : illum uero modum ignorat uulgus.

Munere.

Valetudo opportuna est,ut dolore careas, & muneribus fungare corporis.de Am.100.a
Possunt aliquando oculi non fungi suo munere.de D.95.a
Lysias est functus omni ciuiũ munere. De Cla. 170.a
Vt cõsulentibus respondeas,senectutis grato atque honesto fungerer munere.de Leg.158.a

Officio fungi.

Fungerer

Fungerer officio, quo tu functus es in meo luctu, teq; per literas cōsolarer, nisi ut. At.278.a

Neq; enim uerbis auget suum officium, si quo forte fungitur. Off.48.a

Qui adipisci ueram iustitiæ gloriam uolent, iustitiæ fungantur officio. Off.42.a

Qu. Arrius omni iam fortuna prospere functus. de Cla.187.a

G

GENERATIM. Id significat latine, quod Barbari dicunt, Vniuersaliter, aut specialiter, particulariter. Quæ duo posteriora Cicero quoq; effert per Speciatim & Particulatim. ut.

Ergo ab uniuersa prouincia generatimq; à singulis eius partibus diligitur. in. V.143.b.&

Nam ut publice ciuitates istos honores habēt, aut generatim homines. ut aratores, mercatores, nauicularij. 136.b

Quid auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata est, summam nunc explicem? generatim ea quæ maxime nota sunt. dicam. in P.90.a

Orator percurret omnes locos, utetur aptis generatim. Or.201.a

De iure generatim in ordines ætatesq; descripto. de Orat.90.a.&

Sed hæc Crassus aliquando uobis expediet, & disponet descripta generatim. 121 b.&

Nulli fuerunt qui illa artificiose digesta generatim componerent. 110.b

Exponam igitur generatim argumenta corū. Acad.12.b

Non

Nõ nominatim, sed generatim proscriptio est informata. At.173.a
Nam quid ego de cæteris ciuium Rom. supplicijs sigillatim potius, quàm generatim atque uniuerse loquar?in V.265.a
Infinitũ mihi uidetur id dicere, in quo aliquid generatim quæreretur: hoc modo, Expetendane esset eloquentia, expetendi ne honores. de Or.112.b
Vt si amicitiæ quid causa factum dicetur: si inimici ulciscendi, si metus, si gloria, si denique ut omnia generatim amplectamur, alicuius retinendi, augendi, adipiscendi ue commodi causa. de In.64.a
GENTILES uocant Latini eos, qui eadem gente & familia sunt orti idcirco eodem etiam nomine appellari solent.
Si furiosus est, agnatorum gẽtiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto. de Inuen. 80.b. & ad Her.4.b.5.a
Antiquus sane, fuit enim meo regnante gentili. Tus.156.a
Gentiles sunt, qui inter se eodem sunt nomine ab ingenuis oriundi, quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit, qui capite non sunt diminuti. Top.225.a
Tuus etiam gentilis Brute M. Pennus. de Clar. 174.a
Homines deorum immortalium quasi gentiles sunt de Vn.
Responde mihi nunc tu Verres, quem esse hũc tuũ penè gentilẽ Verrutiũ putas?in V.147.a
GERO-

GERO. Varij est usus: sed propriè facere, aut agere significat: & de rebus aut negotijs tã priuatis, quàm publicis dicitur, quod plerique nũc ignorare uidentur.

Quid negotij geritur? in quo ille tot & tales uiros defatigat. de Fin. 158 a

Si ipse negotiũ meum gererem, nihil gererem, nisi consilio tuo. At. 204. b

Tuum negotiũ gessisti benè. pro Qu. R. 50. b. &

Sui negotij bene gerens. 11. b

Nostro more malè rem gerentibus. &c. Off.

Gerere & administrare aliquem rem, uel negotium. de In. 50. b

Vt sapiens uelit gerere & administrare rempublic. de Fin. 104. b

Vt dicimus bellè, Rempub. gerere: sic etiam, Societatẽ, inimicitias, & istiusmodi generis alia, gerere. ut,

Qui magna fide societatem gerũt. pro Qu. 2. b

Tamen hominum more inimicitias gerere poteratis. pro Deiot. 149. b

Gerere simultatem cum aliquo. At. 228. b

Gerere graues inimicitias cũ aliquo. in V. 65. b

Gerere amicitiam. liber de amicitia gerenda. Ep. 58. a

Comitia illa sunt armis gesta seruilib9. de Leg. 193. a

GRATVLOR. Significatio & uis nota est, sed usus obscurior. nam cũ ablatiuo sine præpositione nostri homines non cõiungunt: sed solum cum ablatiuo, aut præpositione. Cicero sæpius ablatiuũ, quàm accusatiuũm attribuit. ut,

Gratulor

Gratulor tibi affinitate uiri optimi. Ep.122.b
Qui mihi gratulatus es illius diei celebritate. At.79.a
Cum populus Rom. frequens aduentu meo gratulatus est.in Sal.79.a
Sic uerba lætandi & gratulandi omnia,ut,
Primum tibi,ut debeo, gratulor: lætorq́ cum præsertim,tum etiam sperata tua dignitate. Ep.22.b

GRAVITAS *cœli,loci alicuius*,dixit Cicero: Multi,Non esse bonum aerem, Malum aerem esse, nunc dicunt.
Corpore uix sustineo grauitatem cœli huius. At.185.b
Loci grauitas cum reliquis etiam hinc miserri me perferenda. At.183.a

H

HABEO. Varij usus est uerbum: quæ uero in uulgus minus nota,hæc sunt.

Sic,*Bene, male se res habet*.nos potius,Sic est: Barbari uerò sic, Bene,malè res stat. Cicero uero sic habet.
Quæ res sic se habet. At.68.a
Verum ita se res habet. pro Quin.1. a. in Verr. 155.b
Præclare enim se res habet,si &c. de Or.94.a
Domitij se male habent. Ep.124.b
Cum ego me non belle haberem. At.74.a
Male enim se res habet, cũ &c. Off.57.a. de Or. 137.b
Sed res iam quomodo habeat se, diutius nescire non possum. At.165.b

Habere

Habere cognitum, perspectum, & istiusmodi alia pro Cognoscere, Perspicere trita non sunt.
Quantum ex tuis literis habeo cognitum. Ep. 255.a.&
Eum nondum habes satis cognitum. 211.a.&
Habere uitam alicuius perspectam. 167.b
Siculi ad meam fidem quam habēt spectatam iā & diu cognitam, confugiunt. in V. 56. b.&
Vt ante Cal. Sext. decumas ad aquam deportatas haberent 155.a.&
Itaq; hi conuersam iam habent demonstrationem suam. 230.b
Orator habeat omnes philosophiæ notos & tractatos locos Orat. 207.b
Docemur autoritate legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. Or. 101.a
Non habeo ambiguum. Ep. 175.a.&
Habeo expertum. 158.b
Vt habeant paratū quid quaque de re dicant. de Orat. 122.b
Cum exploratū habere cœpero. &c. At. 275.b
Quod me hortaris ut absoluam, habeo absolutum. Qu. 328.b
Hoc quod intersit, certè habes subductum. At. 83.b
Hæc & innumerabilia quæ collecta habēt Stoici. de D. 38.a
Quæ non animum meum magis sollicitum habent, quàm tuum. Ep. 26.b. 90.a.&
Sollicitum autem te habebat cogitatio, tum officij, tum etiam periculi. 96.b
Sic habeto, aut Habeas. pro Intelligito, accipito. Sic ergo

Sic ergo habeto, salutares te mihi misisse literas. At.139.b
Id primum ergo habeto.Ep.216.b
Vnum hoc sic habeto.Ep.21.a.& 23.a
Atque hoc sic habeto.Qu.Fr.299.b
Neque tamen adhuc habeo quod te accusem.E.22.a
Hi sic habeant, quæcunque in equite.Rom.dignitas esse potest, eam semper in M Cælio habitam esse summam, hodieque haberi ab omnibus.pro Cæl.38.a
Illud uelim sic habeas,&c.Ep.45.a.&
Ita statutum habeas,&c.79.b
Habeo cum Infinitiuo. ut Græci ἔχω.
De repub nihil habui ad te scribere.At.37.b.&
Eo minus habeo necesse scribere, quid sim facturus.155.b
Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere eiusmodi.pro Cor.61.b
Quid enim dicere habeant.Acad.21.a
De nostris somnijs quid habemus dicere.de D.136.b
Non quotiescunque potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere.de Orat.131.b
Non habebimus necesse semper concludere. Par.234.a
Hæc ferè obijcere habui de natura deorum. de N.79.a
De causa regia tantum habeo polliceri &c. Ep. 5.a
HAEREO. Multa significauit hoc uerbo Cicero, quæ ignoratione obscuratur.ut, Hærere pro Dubitare & impediri, quo minus progredi possit.

Hærere in aliqua re.de Orat.123.b
Hærere in iure.de Orat.99.a.aliquo loco.
Philosophi cum hærerent.Acad.4.b
In quo etiam Democritus hæret.de Fin.53.a
Incurrere in aliquam rem, & in ea hærere atq; impediri.de Vn.200.b
Valde in scribendo hæreo. At.215.a
In cæteris subuenies, si me hærentem uideris. de Fin.93.a

Peccatum, crimẽ, aut istiusmodi aliquid hærere in aliquo. pro eo quod recentiores dixerunt, Obnoxiũ aliquem esse peccato: quomodo Cicero, neq; ueteres sunt locuti.

Vt peccatum hæreat non in eo qui monuerit. sed in eo qui non obtemperarit.de D.86.b
Nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat.pro Cæl.40.a.&
In quo nõ modo crimen nõ hærebat, sed uix. &c.ibidem.&
Fama adolescentis paulum hæsit ad metas. pro Cæl.49.b.& 53.b.&
Hoc mihi planè hæsit.& 145.b
Potest homini huic hærere peccatum.pro Qu. R.47.a
Non potest hærere in tam bonis ciuilibus tam acerba iniuria.Ep.82.a

Hærere aliquid in uisceribus, medullis, &c. pro eo quod dicimus, Ego nunquam obliuiscar.

ἐγκλιώσματα illa tua non abieci, quæ mihi hærẽt in uisceribus. At.8.6.a
Qui cũ abessent, aderant tamen, & in medullis populi Rõ.ac uisceribus hærebãt. in A.195.b

Tu qui

Tu qui mihi hæres in medullis. Ep.253.a
Credo quòd hærebant in memoria, quæcunq; audierat aut uiderat. Acad 1.b
In hac causa mihi aqua hæret. Qu.Frat.50.b
Sed aqua hæret, ut aiunt. Off.76.a
Venit ad extremum, hæret in salebra. de Finibus.144.b

HAVRIO. Crebrò Cicerone ad alia trāsfertur, quæ alicunde accipimus, tanquā hauriremus. ut,
Sumptum haurit ex ærario, suppeditat socijs. contra Rul.72.b
Quoq; affluentius uoluptates undiq; hauriat. Tusc.25.b
Artes, quas cum domo haurire non posses, accersiuisti ex urbe Athenarum. de Cla.196.b
Hanc legē à natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus. pro Mil.103.a. & Or.212.b
Vidi enim, uidi, & illū hausi dolorem uel acerbissimum in uita, cum &c. pro Cæl.50.
Is propagatione uitæ quot, quantas, quàm incredibiles hausit calamitates. Tusc.166 b
Vnus pro omnibus hausi indignissimam calamitatem. pro Dom.219.a
Luctum nos hausimus maiorem, ille animi nō minorem. pro Sest.17.b.
Quæ unquam Charybdis tantos haurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum prædas exorbuit? de Ar.258.b
Quid cum non sorbere animo, non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis? A.232.a

HONOR. Nota satis uis nominis: sed, Habere alicui honorem, aut facere, &, Præfari honorem, uulgaria non sunt, nam pro illo dicimus, Pecuniam, aut Vinum honorarium dare: pro hoc uero, Sit uenia dicto, Cum uenia. Cicero uerò sic:

Curio misi, ut medico honos haberetur, & tibi daret quod opus esset. Ep.259.b

Is enim honos mihi uideri solet, qui nõ propter spẽ futuri beneficij, sed propter magna merita claris uiris defertur & precio. Ep.149.b

Præ fari honorem. Ep.140.b

HOSPES. Solum hic monendi uidentur studiosi, ne Hospitem Cauponem appellent: nam hic precio, ille beneficio hospites accipit. Vide in uoce Caupo.

HVMILIS & *Humilitas* non significant, quod plærique putant, animi uirtutem, & modestiam: sed potius in uitio est, & abiectum & fractum animum notant aut generis & conditionis statum.

Qui altiore animo sunt, nihil abiectum, nihil humile cogitant. de Fin.158.b

Animus demissus atque humilis. pro Fon.280.b

Sentiam idem quod Pompeius, neque id faciam humili animo. At.105.a

Fracto animo atque humili, supplicare alicui. pro Plan.269.b

Qui parentibus nati sunt humilibus. de Am. 109.b

Quis unquã apparitor tam humilis, tam abiectus? in A.176.a

I

IACERE.pro,Non clarum esse,neglectum & abiectum,aut mœstum esse. Cicero sæpe usurpauit.ut,

Qui in pace iacere,quàm in bello uigere maluit.in A.227.a

Cum C.Marius septimum annum post præturam iaceret.Off.67.b

Absens non in obliuione iacuisset.in V.97.a

Eodem silentio multa alia officia oratorum iacuerunt.de Orat.114.a

Quod priora tempora in ruinis reipu. nostris iacuerint.Ep.72.b

Iacent ea semper, quæ apud quosq; improbantur.Tus.148.b

Multi uiri antiqui his recentibus Marijs commemorandis iacebant.pro Mur.12.a

Cn.autem noster (ò rem miseram) ut totus iacet.At.115.b.&

Iacet in mœrore meus frater.157.a

Iacere in sordibus ac luctu.in P.98.b

Nunc iacēt precia prædiorum. pro Qu.R.50.b

Cum legis in ciuitate nihil ualeant, cum iudicia iacebant.Off.121.a

Iacet igitur tota conclusio.de D.130.b

Quod quæris quid hic agatur, tota Capua & omnis delectus iacet,At.116.b

Cur tamdiu iacet hoc nomen in aduersarijs? pro Qu.R.46 a &

Quomodo tibi tanta pecunia extra ordinem iacet?45.b

IACTARE.Propria significatio facilis:sed,

Iactari aliquem aliqua re, pro Exagitari & exercitari, quo Cicero utitur, minus notum.
Forensi labore iactor. Qu. Fr. 325. a
Qui in hac tēpestate populi iactamur & fluctibus. pro Plan. 261. a
Pompeius clamore conuicioq́ iactatus est. Ep. 5. b

Iactare se, pro, Multa sibi arrogare & tribuere.
Qui se in speratis pecunijs sumptuosius insolentiusq́ iactant. in C. 108. b
Superioribus inuidetur sæpe uehementer: & eo magis, si intolerātius se iactāt. de Or. 128. a
Miseros illudi nolunt, nisi si se forte iactant. de Orat. 130. b

IAM. Sæpe Cicero pro Præterea, aut ἔτι Græce, utitur, initio sententiæ quæ antecedentibus adiungitur.
Iam quid ego commemorem, &c. de D. 85. b
Iam illo tempore, cum &c. Ep. 27. a
Iam à principio uidendum est. Or. 216. b
Iam illo tempore, cum &c. in V. 79. a
Dionysius aureum Ioui detraxit amiculū grandi pondere. Iam mensas argēteas de omnibus. de libris iussit auferri. de N. 77. a
Contrahi autem animum Zeno, & quasi labi putat atq; cōcidere: & ipsum esse, dormire. Iam Pythagoras & Plato locupletissimi autores iubent. &c. de D. 133. a

Iamdiu & *iampridem* cū præsenti tempore paucis nunc in ore est. significat id quod cum olim cœpimus, facere nondum desijmus.
Iamdiu nihil noui ad nos afferebatur. Ep. 25. b

Quærenti mihi iamdiu quid ad te potiſſimũ ſcriberem. Ep.56.b
Ego te iamdiu plurimi facio. Ep.251.a
Poſtulatur à te iamdiu hiſtoria. de Leg.156.b
Quorũ ego uix à te iãdiu manꝰ cõtineo. E.99.b

IAMPRIDEM.

Nihil iã ſum pridẽ admiratus magis. Ep. 44. a
Cupio equidem, & iampridem cupio Alexandriam uiſere. At.25.a
Iampridem inſtitui. Acad.39.a
Nam in me iampridem effectum eſt, quod futurum fuit. Or.206.b
Alter iampridẽ princeps iuuẽtutis, &c. Ep.45.a
Iampridẽ de tempore nõ ita remoto. I. V.69.a

ID *temporis* & *id ætatis* coniungit Cicero, cum omnibus pene uerborum generibus: quaſi nõ mutarentur, neq; flecterentur eius caſus. quod tamen ipſum ſæpe ab eodem factum eſt.

Et nos ipſi, quoniam id temporis eſt, ualetudini operam demus. de Or.108.a
Is uenit ad me, & quidem id temporis, ut retinendus eſſet. At.216.a
Quos ego ad me uenturos id temporis eſſe prædixeram. in C.99.a
Maxime quod is locus ab omni turba id temporis, cum iam Clodius Romam redire potuiſſet. pro Mil.106.b
Et ſi id eſt ætatis, ut nõdum ſcientiam conſecutus ſit, pro Dom.237.a (Or.102.b
Hominibus id ætatis, tãtũ onus imponere. de
Cum id ætatis ſim. Ep.250.a
Duo filij id ætatis, pro S. R.29.a

Id ætatis iam sumus, ut omnia fortiter ferre debeamus. Ep. 93. a

ILLVDO. Non solum Accusatiuo, sed & Datiuo adiungitur, ut Eludo.

Alicuius miseri fortunis, aut alicuius dignitati illudere. pro S. R. 27. a

Hic illudit autoritati uestræ. pro Dom. 234. a

IMBVO. Iungitur hoc uerbum quibusdam nominibus à ueteribus: quod temporibus obscuratum & obrutum uidetur. ut,

Ad hanc legem non docti sed facti; non instituti, sed imbuti sumus. pro Mil. 105. a

Omnium hominum mentes imbuit deorum opinio. Tus. 154. b

Cognitiones uerborũ quibus imbuti sumus, de Finibus. 67. b

Bellum nefarium, & omni odio imbutum. pro Dom. 225. a

Cuius sanguine totum illud sociale bellum macula sceleris imbutum est. pro Fon. 282. a

Via Appia latronis sanguine imbuta est. pro Mil. 105. a

Imbuti sanguine gladij militum nostrorum, uel madefacti potius. in A. 259. a

Imbui opinionum prauitate. Tus. 190. b. item Imbui erroribus. & Imbutus dialecticis. 151. a

IMMINEO. Non solum datiuo, sed & Accusatiuo adiungitur à Cicerone: quod ignorari nunc uidetur. ut,

Impendebat direptio, imminebat tuus furor omnium fortunis. pro Dom. 218. a

Certior sum factus, Parthos ab illo aditu Cappadociæ

padociæ longè abesse, Ciliciæ magis immine re. At.79.a
Ipse autem hodie in Peti nostri tyrotarichum imminebam. At.231.a
Qui imminere iam cupiditate uidentur in tribunitiam potestatem. pro Dom.222.b
Huius mendicitas auiditati coniuncta in fortunas nostras imminebat. in A.198.a
Aliquem auaricia hiante atque imminenti esse. in Ver.155.b.&
Iste infestus in omnia maria ex omnibus Siciliæ partibus imminebat.265.b
Homo ad cædem imminens. pro Dom.216.a
IMPINGO. Ea significatione qua ueteres usi sunt hoc uerbo, non usurpat nunc uulgus, sed qua recentiores. nam ueteres nūquam Illidere & Offendere per Impingo dixerūt: sed pro Infligere, aut Inijcere aliquid quo capiatur aliquid, sunt usi. ut, Vncum impingere alicui.
Atque hoc tempore impingit mihi epistolā Scaptius Bruti. rem illā suo periculo esse. At.85.b
Quid? huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat. Tus.200.a
Quid si filius meus fustem mihi impingere uolet? Ep.118.b
Vncus impactus est fugitiuo illi, &c. in A.153 a
IMPLICO & *implicatus*. Cum datiuo nunc plerique coniungunt: Cicero uero ablatiuo. nam ablatiuo etiam casu poni ea puto, quæ discerni ob similitudinem casuum non possunt: quod cum distincto expressoque datiuo nunquam apud Ciceronem inueniatur.

Implicari aliquo certo genere curſuq; uiuen/ di.Off.24.a

Implicatus ſeueritate iudicum.in V.266.a

Vt profectus,&c.currat longius,& ſe implicet primum ciuium, deinde omnium mortalium ſocietate.de Fin.74.a

Nam implicati ultro & citro, uel uſu diutur/ no,uel etiam officijs.de Am.112.a

Eo maleficio tamen erant implicati. pro Cæl. 53.a

Implicatur.

Etenim omnes Cæſaris familiares ſatis oppor/ tune habeo implicatos conſuetudine & be/ neuolentia.Ep.89.a

Familiaritate implicatus.in P.94.b

Inconſtantia cum leuitate,tum etiam periurio implicata.in Vat.29.b

Illaqueatus omnium legũ periculis, irretitus odio bonorum omnium,implicatus expecta/ tione ſupplicij.de Ar.245.a

IMPONERE *aliquid alicui*, Latini dixerunt. quod Poetæ,quos nunc uulgus imitatur, Gra uare aliquem aliqua re.nã qui ſoluta oratione ſcripſerunt.non Grauo,ſed Grauor, pro Non libenter facio,uſurparunt.

Itaq; impoſuiſtis in ceruicibus noſtris ſempi/ ternum dominum. de N.12.b

Imponere dominum alicui.At.249.b

Imponere nimis duras leges cuipiam. de Ora. 107.b

Is leges ciuitati per uim impoſuit.in A.212.a

Imponere ſeruitutem fundo.pro Qu.R.49.b

Vectigal

Vectigal esse impositum fructibus nostris di-
citur. pro Fon.278.a
Agris publicis pergrande uectigal imponere.
contra Rul.62.b
Imponere onus alicui.in V.136.a
Nunquam iste plus militi laboris imposuit,
quam sibi sumpsit.pro Mur.153.a
Aut iniuriam sine ignominia sibi imponerent.
pro Quint.18.a
Quibus tu priuatim iniurias plurimas contu
meliasq; imposuisti.in V.203.b
Ego mihi necessitatem imponere nolui huius
nouæ coniunctionis.At.57.b
Mihi impone istam uim, ut omnino ne liceat
polliceri.in V.138.b
Personam, aut partes aliquas imponere. pro eo quod
uulgus dicit, Officiũ aliqđ imponere, aut dare.
Vos mihi personam hanc imposuistis, ut eum
tuerer.contra Rul.75.b.item
Vt meminissem quam personam à uobis im-
positam sustinerem.
Duriores partes mihi impositæ sunt ab offen-
sione nostra.At.162.a
Partes has mihi Cæsar imposuit.At.164.a
Audacia cuius partes Roscijs impositæ sunt.
pro.S.R.38.b
IMPOTENS & *Impotenti animo homo.* Non tam
tritum est nostris sermonibus, quàm. Nõ pos-
se seipsum regere, aut coercere. sic uulgo lo-
quuntur. Cicero uero hoc modo.
Victoria quæ etiamsi ad meliores uenit, tamẽ
eos ferociores impotẽtioresq; reddit.E.54.b
Aut nul-

Aut nullos animi motus, aut non tam impotentes fuisse. Part. 240. b

Qui nulla impotēti lætitia efferūtur. Tus. 251. b

Quæ effrenatio impotentis animi. in A. 198. b

Impotens, iracundus, contumeliosus, superbus. in A. 199. a

Sic *Impotentia*. ut,

Quam uim significantes mali poetæ, impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt, ob scelera, animiq; impotentiam, & superbiloquentiam. Tus. 216. b. &

Iidem inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiā quandam animi à temperantia & moderatione plurimum discedentē. 220 a

IMPVNE *aliquid facere*, notius est, quàm Impune esse. pro, Non puniri: aut, ut Barbari loquuntur, Impunem esse.

Si hic illi insidias posuerit: si ille huic, tum nos scelere soluamur. pro Mil. 70 b

Qui nummos in tribu pronunciauerit, si non dederit, impune sit. At. 15. a

Vt impune in ocio esse possemus. contra Rul. 67. b

IN *singulos dies, in annum, in mensem*, Latini dixerunt. pro quibus nunc uulgus, Singulis diebus pro uno mense aut anno.

Sed cura ut excuser morbi causa in dies singulos. At. 189. a

Huius mei consilij maiorem in dies singulos fructum capio. Ep. 60. a

In dies singulos eius copiæ minuūtur. Ep. 167. a

Quoniam

Quoniam in perpetuum nõ placet, in dies singulos uidebis. At.190.a
Ego uobis in hunc annum consul popularis affero, pacem, tranquillitatem, ocium. cõtra Rul.86.b
In proximum annum consulatum petere. in Ac.175.a 158.a
Sed ego hanc ἀνεξίαν in unum annum meditatus tum. At.73.b
Scaptius centesimus, renouato in singulos annos fœnore contentus non fuit. At.93.a
Præsidia sũt in multos annos prouisa. At.241.a
Sic, *In iugerum, in medimna aliquid dare.* Latini dixerũt: Barbari nunc, Pro singulis iugeris, medimnis, tantum dare. Cicero uero hoc modo:
Minus tribus medimnis in iugerum nemo dedit. in V.172.a
Precium cõstitutum decumano in modios singulos H S ternos. in V.184.b
In frumentũ imperatum H S duodetricies in annos singulos Verri decernebatur. ibidẽ.
In medimna singula H S quinos denos dedisti in V.187.a

INAMBVLO, Idem quod Ambulo. hoc est animi, aut colloquẽdi causa cũ aliquo spacia facere. Nostri uero homĩes, neglecto hoc uerbo, aũt Ambulare, aut Spaciari solũ utuntur. Cicero sæpius Inambulo. Ambulo enim Proficiscor & Iter facio, quoq; significat, de quo suo loco.
Cum etiam tum in lecto Crassus esset, Antonius autem inambularet cum Cotta in porticu. de Orat.109.b

Prætor

Prætor q́eſcebat, illi inambulabāt. in V. 205.b
Ante lucem inambulabā domi. At. 90.b. & Ep. 164.b
In uiridi opacaq; ripa inambulare de Leg. 59.a
Romulus non longè à tuis ædibus inambulās dixit de Leg. 156.b
Quia diſputabant inambulantes in Lyceo. in Acad. 42.a

INANIMVS & *Inanimatus* cadē & ſignificatione & uſu. ſed Inanimus prorſus ignotum in uulgus eſt: Cum Cicero hoc aut crebrò, aut certe non rarius uſus ſit illo. ut,
Inter inanimū & animal hoc maximè intereſt: quòd Inanimum nihil agit: Animal agit aliquid. Acad. 10.b
Cuiuſque generis, uel inanimi, uel animati, uel muti, uel loquentis origo. Tuſc. 242 a
inanimum etenim eſt omne quod pulſu agitatur externo: quod autem eſt animatum, id pulſu cietur interiore. Tuſc. 159.b
Siue inanima natura, ſiue neceſſitas ui magna incitata de N. 41.a
Omnia muta atq; inanima commouerentur. in V. 171.a

INANIS. Hoc nomine quædam Cicero ſignificauit, quæ uulgò nunc ignorari uidētur, quin etiam cum Genitiuo coniunxit & Ablatiuo, ut Plenus, quod tritum quoq; non eſt. ut,
Literæ inanes, in quibus nihil eſt dignū cognitione. Ep. 94.a
Mittere tabellariū cū inanib. epiſtolis. At. 131.b
Tyndaritani equū inanē reliquerūt. in V. 141.a

Sed deinceps omnia plena cōſiliorum, inania uerborum uidemus. de Or. 88. a
Hæc inaniſsima prudentiæ reperta ſunt. pro Mur. 130. a
Nulla enim abs te per hos dies epiſtola inanis aliqua re utili & ſuaui uenerat. Ep. 27. b
Ager Agyrinenſis ſeptuaginta autoribus inanior eſt. in V. 174. b

INAVRATVS, Auratus. uulgò Deauratus, aut Auro obductus.
Non inauratam, ſed auream ſtatuam alicubi ponere. de Or. 154. b
Inauratam ſtatuam ponere in V. 119. b. & 131. b
Palla inaurata indutus. ad Her. 58. b

INCIDO, Hoc uerbo exprimit Cicero, quod alij per Breuiare ut,
Qui mihi pennas inciderant, nolūt eaſdem renaſci. At. 55. a
Lingua inciditur ad deplorandam calamitatem. Antequam. 195 a.
Poema ad Cæſarem quod compoſueram, incidi. Qu. Fra. 320. a
Tametſi oportet incidamus media, ne nimis ſerò ad extrema ueniamus in A. 169. b
In omnibus me numeris æqualiter particulas deceat Incidere, an facere alias breuiores, alias longiores. Orat. 217. a
Incidere neruos uirtutis. Acad. 45. b
Incidere neruos populi Romani. contra Rul. 75. b
Incidere linum, diſcindere linum, quo epiſtolæ ſtringuntur & obſignantur, in C. 112. b

Sic,

Sic, *Incidere aliquid in tabula, basi, monumentis, sepulchro, aere, aut in aes.* pro quo plærique Sculpere dicunt.

INCIPIO. Satis nota est uis uerbi, sed usus non item: tribuit ei Cicero semper penè præteritum Cœpi. Vno tantum loco, eoq; suspecto, hoc est in Epistolis ad Atticum, Incepi inuenitur. quòd si itaq; Cepi dicas, non Incepi, Ciceronis more loqui putaberis.

INCLAMO. pro Clamo, aut Voco, alienum est à consuetudine eorum qui nunc uulgo latinè loquuntur. quo tamen Cicero sic est usus.

Sed ita te para, ut si inclamaro, aduoles. Att. (35.b.&

Expeditus facito ut sis, si inclamaro, ut accurras. 35 b

Comitem illum inclamauit semel ac sæpius de Inuen. 64.a

Nemo ingemuit, nemo inclamauit patronorum, nihil cuiquam doluit. de Orat 104.b

INCLINO & *inclinatus* & *inclinatio* aliter & sæpius Cicero usurpat, quàm nunc uulgo fit. Cõsequitur aliquando Accusatiuus Inclino, sæpe etiam nullus casus. ut,

Si se dant, & sua sponte quò impellimus, inclinant atq; propendent, accipio quod datur. de Orat. 125.b

Quàm uellem, inquit, ut te ad Stoicos inclinasses. de Fin. 92.a

Inclinare omnia ad suæ causæ commodum. de In. 44.a

Cum sententia Senatus inclinaret ad pacem faciendam cum Pyrrho. de Sen. 80.a

Inclinan

Inclinantem erigere) (Stantē inclinare. de Or. 125.b

Qui ut me paulum inclinari timore uiderunt. At.45.a

Nunc quicquid est, quocunq; uestræ mentes inclinant atq; sententiæ, statuendum uobis ante noctem est. in C.119.a

Tum igitur intelliges, quid inclinet ad hoc meum consilium adiuuandum. At.198.a

Cum Aiax Danais inclinantibus prælium restituit. Tusc.220.a

Inclinatus.

Inclinata ululantiq; uoce canere. Orat.199.a

Ferre præsidium labenti atq; inclinatæ reipu. Brut.289.a

Nostra acies inclinata. Tusc.185.b

Sed tantum impelli primo iudicem, ut iam inclinato reliqua incūbat oratio. de Orat.138.b

Laboratur uehementer, inclinata res est: id est, quasi ruinam minatur. Ep.2.b

Vt te in ocium referres, præcipuè nunc iam inclinata uictoria. Dolob.130.b

Inclinato iam in postmeridianum temp9 die. Tusc.191.b. Orat.144.b

Inclinatio temporū, rerū, etc. significat Mutationē.

In repub. permagni momenti est ratio atq; inclinatio temporum. in V.272.b

Fuit hoc meum fatum, ut in me unum omnis inclinatio communium temporum incumberet. pro Cor.67.a

Minimis momētis maximæ inclinationes temporum fiunt. in A.195.b

Mihi nihil oberat præter cõuersionem status, & inclinationem cõmunium temporũ. pro Dom.222.a
Reipub.status,inclinatio temporum,ratio cõcordiæ.pro Plan.279.b
Magna est comitijs cõsularibus repentina uoluntatum inclinatio,præsertim cum incubuit ad bonum uirum.pro Mur.236.b

INCREBRESCERE *rem aliquam.* pro Perulgari:& Ventum increbrescere,pro, Maiorẽ fieri, minus nostris temporibus usitatũ ac tritum,quàm olim Romæ fuit.

Nunc apud Oratores ipse numerus increbuit. Orat.263.a
Cũ hoc nescio quomodo apud eos increbuisset,me &c.de Orat.91.b
Nonnullorum sermo iam increbuit, se &c. de Opt.243.b
Hi quorum sermo imperitus increbuit. Orat. 198.b
Hæc consuetudo quæ increbuit.in A.260.b
Sed ait rursus idem, increbuisse eam funerum magnificentiam, quæ nunc ferè Romæ est. de Leg.185.a
Ventus increbrescit.Ep.105.a

INCVLCO. Significat Imbuere, & quasi infarcire aliquid.notum iam minimè est:sic ergo usus eius discatur.

Aliquid inculcare.

Quid igitur attinet inculcare fatũ? de Fat.141.a
Ne ut quidam Græca uerba inculcantes, iure optimo rideamur.Off.22.b

De fir-

De firmissimis alia prima ponet, alia postre-
ma, inculcabitq; leuiora. Or.201.b
Inculcamus sæpe per imprudentiam etiã mi-
nus usitatos uersus. Or.215.b.&
Apud alios inculcata reperias multa. Or.219 b
Id quod tradatur, uel etiam inculcetur, si quis
sit tardior posse percipere. de Or.95.b
Inculcasti etiam, ut C. Pisonem nominaret. In
Vat.54.a

Alicui aliquid.

Inculcatum est Metello, te aratores euertisse. In
V.183.a
Vos autem non modò oculis imagines, sed eti
am animis inculcatis. de N.22.b
Valuit plus, quod erat illi nonnullorum arti-
ficijs inculcatum. At.14.a
Græci qui se inculcant auribus nostris. de O-
rat.110.a

INCVMBO. Neq; uis, neq; usus huius uerbi
nunc tritus est, significat enim quasi innitendo
toto corpore rei alicui aliquid efficere uelle.

In aliquam rem.

In gladium, aut gladio incumbere. de Inuent.
81.a
Incumbite in causam Quirites, ut facitis. In
Ant.193.b
Nunc tota mente incumbe in hãc curam. Att.
258.a
Incumbe toto animo & studio omni in eam
rationem qua adhuc usus es. Qu. Fra.295.a
Vt in rempub. omni cogitatione curaq; incũ-
beres. Ep.145.b

Cum in cupiditatem incubui,&c. At.75.a
Amabo te,incumbe in eam rem. At.77.a
Quamobrem pergite,ut facitis, adolescẽtes, & in id studium in quo estis, incũbite. de Orat. 87.b

Ad aliquid incumbere.

Quamobrem mi Plance, incumbe toto pectore ad laudem. Ep.149.b
Pompeius ad uolũtatem perferendæ legis incubuerat. At.18.a
Incumbamus, ò noster Tite ad studia. At.52.a
M. Cato incumbens ad illius perniciem. pro Mur.158.a
Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe. At.49.a
Nemo fuit ex eis qui nõ incubuerit ad rempublicam liberandam. pro Syl.183.a
Quare P.C. incumbite ad salutẽ reipub. circũspicite omnes procellas, quæ &c. in C.118.b
Idem uolũt omnes ordines, eodem incũbunt municipia. in A.208.b
Hæc doce, hæc profer, huc incũbe. pro. Planc. 268.a
Facis tu id quidẽ, & eo maximè incũbis. in A. 235.b
Vt eos qui audiunt, quocunque incubuerit, possit impellere. de Orat.147.b

INDEX propriè significat, qui aut quod indicat aliquid: sed pro homine qui aliquid indicat, peruulgatum non est. nam indicem uulgus Delatorem uocat, quo uocabulo Cicero non est usus.

Hæc

Hæc omnia indices detulerũt,rei confeſſi ſunt. in C.119.a.&
Cæſar indices maximis præmijs affecit.120.a
Interim uenit index ad Dineã, neq; obſcurus, neq; incertus, qui nũciaret & filium &c.pro Clu.21.b
Idem Nerius index edidit ad allegatos. Qu.Fr. 308.b
Complexus ſummæ beneuolentiæ falſi indices extiterunt in amore ſimulato.in A.231.a
Hinc *indicia* & *indicare*,quæ notiora ſunt.

INDVCO. Sunt quidam modi loquendi huius uerbi,non tam interpretandi, quàm in uulgus indicandi: quod nunquã, aut raro ijs utatur,non ſolum enim dixit Cicero,In animũ inducere:ſed etiam,Animum inducere.
Animum inducere nõ poteris, ut uiderem &c. At.4.a
Qui potuit animum inducere,ut filium exhæredaret.pro S.R.27.a
Antonius induxit animum, ſibi licere quod uellet.At.228.b
Tu igitur animum poteris inducere, contra ea dicere?&c.de D.85.a
Tu igitur animum induces cauſam hanc defendere.de D.117. b
Inducant animum diuitias contemnere. Tuſ. 254 a
Si exire in exiliũ animum induxeris.in C.102.a
Inducere animum iacentem amici in ſpem cogitationemq; meliorem.de Am.107.a
Inducere nouum morem,uerbum,&c. dixerunt La-

 tini:no-

tini: nostri uero, Nouum morem incipere, aut facere, Nouum uerbum inuenire, fingere, facere. Vsurparunt enim Latini eadem significatione, qua Autorem esse.
Inducere nouum morem iudiciorū in rempu. pro R.P.124 a
Inducere nouum uerbum in linguam Latinā. in A.256.a
Ne inexpiabiles religiones in rempu. inducerentur in A.155.a
Hanc rationem Epicurus induxit ob eam rem quòd, &c. de Fat.145.a
Qui hoc primus in nostros mores induxit. de Or.119.b
Rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt. seditionem atq; discordiam. Off.17.b
Puerum in hanc nostram rationem consuetudinemq; inducemus Qu.Fra.524 a
Quæ eloquentia falsos deos sustulit, eadem ueros inducat. de N.26.a
De personis loquentibus in Dialogis, aut Comœdijs & Tragœdijs dicitur. ut,
Poetæ deos libidine furentes induxerunt. de N 10.a
Varro inducetur in aliquem locum, si modo erit locus. At.63.b
Et homo facetus inducis etiam sermonem urbanum. pro Dom.231 b
Tiresiam poetæ nunquam inducunt deplorantem cæcitatem suam. Tus.250.b
Inducere fortissimū uirum lamentantem. Tus. 180.b

Hinc.

Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui &c.
Off.59.b

Inducere alicui agrum. pro, Magno precio alicui constare. Alicui emere.

Hic ager quoquo precio coemptus erit, tamē ingenti pecunia nobis inducetur. cōtra Rul. 89.a.&

Vt agros quanti uelletis pop. Rom. induceretis.86.a

Inducere significat quod Delere: ut si quis stylo lineam ducat transuersam per ea quæ scripta sunt. quo notat ea non ualere amplius. Inde etiam hoc uerbo exprimitur. quod Barbari dicunt per Annihilare. ut,

Inducere nomina. id est, Delere. At.67.b

Etsi nomina facta sunt, uel induci, uel mutari possunt. At.228.a.&

Vt induceretur locatio, postulatum est.15.b

Inducere, Fallere, Decipere etiam significat.

Hic nos decepit, fefellit, induxit. in P.79.b

Socios inducere, decipere, destituere. pro S. R. 57.b

Dolobella tum est impulsus, clusus, inductus. in. A.175.b

Inducere in pedes, aut pedibus soleas: idē q̄d Induere.

Soleæ ligneæ in pedes inductæ sunt. de. In.81.a

Pedibus inductæ sunt. ad Her.5.a

Indulgentia. Non uitij tantum est, sed ijs etiam quæ laudātur, à Cicerone tribuitur: quod multi in loquendo fugiunt, tanquā minus Latinū.

Liberi mei propter indulgentiā meam mihi uita sunt mea chariores. Postquam.198.a

Qui ſimili ſenſu atq; indulgentia filiorum com mouemini. in V.99.a

Tribuere indulgentiam alicui. At.287.a

Et hoc Cæſar pro ſua in nos indulgentia probabit. At.142.b

Si feræ partus ſuos diligũt, qua nos in liberos noſtros indulgentia eſſe debemus. de Or.124.a

Homines inter ſe naturali quadam indulgentia & beneuolentia contineri. de Leg.163.a

Cum animus cognitis uirtutibus à corporis obſequio indulgẽtiaq; diſceſſerit. de Le.168.a

INDVSTRIA. Vis propria huius uerbi cognita omnibus non eſt. ea enim eſt animi intẽtio & agitatio diligens in rebus agẽdis & expendendis: ut enim in corpore robur, ſic in animo induſtria laudatur. Locutio uero hæc, De induſtria aliquid facere, eſt quod alij ſuæ linguæ ſimilitudine dicũt, Ex propoſito, aut de propoſito aliquid facere: ſic enim Græci loquuntur, ἐκ τῆς προαιρέσεως τὶ ποιεῖν. Latini uero de Induſtria, Studio aliquid facere. Contrarium ei eſt, Caſu, Vltro, Sua ſponte aliquid fieri.

Vbi etiam de induſtria id faciendum fuit. Ora. 211 a.&

Etiamſi nihil eſt factum de induſtria. 212.b.&

ἀντίθετα numerum oratorium efficiunt, & eũ ſine induſtria. 213.a

Neq; uerbum ita traijciat, ut id de induſtria factum eſſe uideatur. Or.220.a. de Fin.71.b

Incuruatum de induſtria, de Inuen.61.a & in V. 72.b. & de Orat.146.b

Iniuriæ quæ nocẽdi cauſa de induſtria inferun(tur. Off.5.b

Erat

Erat in L. Crasso multus lepos, maior etiã magisq; de industria in C. Cæsare L. filio. Off. 22. a
Exilitatem de industria consequi. de Cla. 191. a

INEO. Tanta est huius uerbi ignorantia, ut sublatum prorsus de lingua latina uideatur. Restituetur igitur, si usum eius uarium discamus. propria significatio eadem est quæ uerbi Ingredior, aut Intro. ut,
Sanxerunt: ne quis suorum ciuium castra Imperatorum P. R. iniret. pro Cor. 59. b
Tu illius domũ inire uoluisti. pro Deiot. 145. a
Inire gratiam ab aliquo. de Ar. 255. a

Conuiuia inire. pro Adire, Ire ad conuiuia. pro S. R. 26 b

Inire magistratum. pro, Initium magistratus gerendi facere. Ad magistratum aliquẽ accedere.
Cum Consules magistratum inierint. in A. 191. a
Inire magistratum. in V. 71. b
Post sacerdotium initum. pro Deiot. 540. b

Consilium, aut rationem aliquam inire, Idem ualet quod Consilium capere, Deliberare, Aestimare, Cogitare, Constituere qua ratione aliquid fieri posset,
Inire consilia cum aliquo contra aliquem. pro S. R. 56. b
Inire consilium facinoris contra uitam alicuius. pro Deiot. 144. b
Consilia quæ clam essent inita contra salutem urbis. in C. 115. b
Consilia inire cœpi reipub. liberandæ. At. 282. b
Initum est consilium à Catilina inflammandæ ciuitatis. pro Syl. 167. b

Inire consilia de pernicie alicuius. At.43.b
Inire cõsilium faciendi aliquid. pro mur.143.b
De Pompeio interficiendo consilia inibantur. pro Dom.259.a
Cum Consules inirent rationem de commodis militum augendis in A.204.b
Ea ratio ædificandi initur consiliario quidem & autore Vestorio. At.225.a
Inire rationem quemadmodum aliquid fiat. E.216.a
Ineunda nobis est ratio, quemadmodum possimus. At.191.b
Inita & subducta ratione, nefaria scelera meditari. de N.74.a
Mihimet ineunda ratio & reperiunda uia est. in Ver.171.b
Initur ratio quæstus de pecunia uestra. contra Rul.79.a

Inire gratiam ab aliquo. pro eo quod multi Græcorum more dicunt, Inuenire gratiam apud aliquem significat enim Conciliare sibi gratiam alicuius.

Inire gratiam ab aliquo. de Ar.255.a
Inire gratiã ab omnibus aliquo facto. in Verr. 131.b. & pro Cecin.300.a
Plures ineuntur gratiæ, si uno tempore dicas pro pluribus. de Cla.183.b
Inire summam gratiam cum bonis omnibus. At.108.a
Pinna cum squilla quasi societatem init comparandi cibi.

INFAMIA. Est quidẽ propria uis & significatio

ficatio nota, sed nomen ipsum non ita usitatũ ut, Mala fama, Malus rumor. his enim uulgus ea exprimit, quæ Infamiæ nomine à Latinis exprimuntur.

Esto, habuit quandam ille infamiam suam. pro Flac. 164.a

Inferre infamiam alicui. pro Cæl. 46.b

Consules flagrant infamia. At. 67.a

Negem, fuisse infamiam iudicij corrupti. pro Clu. 18.b

Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta uitæ tuæ est? quod priuatarum rerum de decus non hæret infamiæ. in C. 100.a

Effugere infamiam crudelitatis. contra Rul. 84.b

Vt magnam infamiam fugiat. Ep. 2.a

Ferre ignominiam & infamiã sine dolore. Tus. 218.b

Ne qua generi suo nota turpitudinis iniuratur. pro Syl. 184.a

Iudicia uera, atq; insigni turpitudine notata, atq; oppressa dedecore & infamia. pro Clu. 50.a

Vos autem sempiternas fœdissimæ turpitudinis notas subijstis. in P. 88.b

Ignominia, infamia, contumelia, dedecus. Par. 258.a. & in Ver. 68.a. Macula.

Inferre infamiam alicui, significat, quod Barbari dicũt, Diffamare aliquem, aut carpere famam uel nomen alicuius.

INFANS & *Infantia*, Non solũ ætatem significant, sed etiam loquendi dicendiq; inscitiã. ut, ipsum

Ipsum scipionem accepimus non infantem fuisse. de Cla. 171. a
Infans & insipiens homo. de Inuen. 42. a
Homo infans atque impotens. de Finib. 39. b
Dialectici infantissimi ad Heren. 9. a
Oratio neque nimis infans, neque perfecte diserta. de Cla. 173. b

Infantia.

Nec infantia eius qui rem nouit, sed eam explicare dicẽdo non potest: nec inscitia illius cui res non suppetit, uerba non desint, est laudãda. de Or. 156. a
Huius infantiæ garrulam disciplinam contemneremus. ad Her. 9. a
Incredibilis infantia accusatorum. At. 64. b
Opponitur ei eloquentia.
INFERIORES significãt Latine, qui aut ætate, aut facultate, aut fortuna aliqua sunt minores aliquo.
Inferior ætas, & superior ætas. de Cla. 185. a
Aetate inferior paulo. de Clar. 181. a
Quem ego intelligo prudentia non esse inferiorem quàm me, usu etiam superiorem. Quin. Fr. 293. a
Timotheus belli laude non inferior fuit quàm pater. Off. 25. b
Is in iure ciuili laude non inferior quàm magister fuit. de Clar. 180. b
Indignum est, uinci ab inferiore atque humiliore. pro Quin. 18. a
Superior ordine, inferior fortuna. Ep. 204. b
In inferiores crudelis, in superiores cõtumax

in æquos,

in æquos & pares fastidiosus.ad Heren.36.b

INFERRE *aliquid in locum aliquem*. Notum satis & tritũ. sed modi plurimi sunt huius uerbi, quos raró uulgus usurpat.

Inferre pedem. pro, Pedẽ ponere in loco aliquo. Cum pedem intulero, atq; in possessionem uestigium fecero, tum excludar. Pro Cecin. 292.b

Sic, *Se inferre in locum aliquem*.

Inferre se in urbem. in P.91.a

Cum in templum Castoris te cum tuis furijs furestum intulisti.&

Repente enim te tanquam serpens è latibulis intulisti.29.b

Atq; etiam seipse inferebat & intrudebat. pro Cecin.287.b

Inferre se in discrimẽ uitæ pro patria.pro Cor. 59.b

Pro afficere sæpe sunt usi Latini.ut,

Qui puluinaribus Bonæ deæ stuprum intulit. de Ar.245.b

Qui ab ijs quibus infertur, si possint, non propulsant iniuriam. Off.5.b

Multum mali, multũ periculi unicuiq; nostrũ inferre potest uis tribunitia.pro Clu.57.b

Inferre mortem alicui per scelus.pro Mil.104. b

Inferre infamiam bonis, inferre probrũ castis, inferre labem integris.pro Cæl.46.b

Bellum, arma, signa inferre.

Bellum Italiæ terra mariq; inferamus. At.135.a & 152.a

Inferre bellum alicui. Off.16.b

Inferre

Inferre arma alicui. Oct.350.a
Inferre famem suis ciuibus, & uastitatem Italiæ At.144.a
Inferre signa patriæ pro Flac.147.a
Ille furens infesta iam patriæ signa inferebat. in A.198 b

Vim manus.

Inferre uim pro Mil.111.a
Inferre uim & manus alicui. in C.101.b
Non parenti manus intulisti. ad Her.28.a

Crimen periculum, discrimen, & metum, &c.

Inferre crimen proditionis alicui. in V.257.b
Inferre periculum capitis alicui. Off. 45.a
Inferre terrorem alicui pro Deiot.144.a
Inferre turpitudinem alicui. in Acad.259.b
Inferre metum mortis alicui. pro Planc.277.b
Cum hoc genus oppugnationis inferetur, &c. propulsare debebitis. pro Cæl.41.a &
Inferre facinus in famam atque in fortunas alicuius.49.a
Inferre ignes templis deorum in C.115.b
Inferre mortẽ alicui per scelus. pro Mil.104.b

Inferre sermonem.

Crassus sermonem de studio dicendi intulit. de Orat.87.b
In re seuera dedicatum aliquem inferre sermonem. Off.29.a

Inferre, pro Concludere.

Quo illato infirmatur quod inductum fuerat de In.58.a.&58.b
Aliud quàm cogebatur, illatum est.

INFESTVS, *a, um.* Huius nominis cũ propria

prla uis,cum usus peruulgatus satis non est. Significat enim ualde inimicum & acerbum aliquem,aut aliquid alicui esse:opponitur ei Propitius, Amicus.
Fortuna populi Rom. quæ nunc nobis infesta est,fuit aliquando propitia. Oct.329.b
Mihi summam per iniuriam omnia inimica & infesta sunt.pro Quin.1.a
Gallia, quam sibi armis animisq; infestam inimicamq; cognouit.in A.229.a
Is aratoribus infestus atq; inimicus est.in Ver. 254.b.&
Iniquo infestoq; animo intueri aliquē in Ver. 265.a
Infestis oculis omnium conspici.in C.100.b
Aetas quæ ipsa sua sponte infirma, aliorum libidine infesta est.pro Cæl.39.a
Infestis signis inferri in hostem. pro Fon. 283.a
Cum Accusatiuo.
In omnia maria infestus.in Ver.265.b
Infestus in cognatos ad Heren.56.b
Qui ardens auaritia, fertur infestus in omnes. pro S.R.33.a
Notarunt ueteres hac uoce id quod recentiores per Obnoxius.
Viæ incursionibus infestæ.de Pro.69.b
Vectigal bellis infestum.contra Rul.82.a
Libertas supplicijs infesta.pro Rab.92.a
Reddere prouinciam infestam excursionibus & latrocinijs.de In.76.a
Saltus Castulonensis nunc frequentioribus latrocinijs infestior factus est. Asin. Ep.165.a
Sic sine

Sic sine Datiuo, Aliquē, aut aliquid infestum esse: quod uulgus dicit, per Obnoxium esse periculis.

Aetas, quæ ipsa sua sponte infirma, aliorum libidine infesta est. pro Cæl.39.a

Huius salus ob eam ipsam causam est infestior. pro Plan.259.a

Vita filij infesta. pro S.R.25.a

Ad infestissimam Ciliciæ partem. Ep.23.b

Mare infestum habui. At.154.a.&

Habere mare infestum.250.b.&

Infestum & periculosum iter.244.a

INFICERE. pro Imbuere, tritum non est.

Puer infici debet bonis artibus, quas si dum tener est combiberit, ad maiora ueniet paratior. de Finib.91.b

Qui teneros & rudes cum acceperunt, inficiūt ac flectunt. de Leg.165.a.&

Cupiditatibus principum & uitijs infici solet tota ciuitas.190.a

Animi hominum infecti partibus. At.281.b

Sed nos umbris, delicijs, ocio, lãguore, desidia animum infecimus. Tusc.243.b

Vereor ne quod infectum est, serpat longius. At.7.b

Tum planè inficimur opinionū prauitate. Tuscul.190.b

Ab hoc uerbo fit Infector, quo Cicero nomine eum appellat, quem Tinctorem Barbari uocant. sic enim inquit in Epistolis:

Curtius noster dibaphum cogitat: sed infector eum remoratur. Ep.27.b

INFLAM/

INFLAMMO. Tam eleganter, quàm crebrò Cicero hoc uerbum ad animi ardentes affectus transfert.

Genus belli est eiusmodi, quod maximè nostros animos excitare atque inflãmare debet. pro Pom. 4. b

Inflãmare populũ in improbos. de Orat. 102. a

Animorum motus inflammare, uel extinguere. de Or. 90. a

Qui non fortuna inflammaret odium suum, sed bonitate leniret. prò Mar. 136. a

Et hoc quicquid attigi, non feci inflammandi tui causa, sed testificãdi amoris mei. Ep. 19. b

Magno amore inflammatum in patriam. de Orat. 101. a

Cum corporis facibus inflammari soleamus ad omnes ferè cupiditates, eoq; magis incendi, &c. Tus 157. b

Inflammatus ad gloriam. Ep. 8. a

Inflammatus & furens libidinibus. Tus. 231. b

Inflammatus scelere & furore. in Ver. 268. b

INFORMO. Iacet hoc uerbum omnino in tenebris, neq; quæ uis eius sit, uulgus intelligit: ea enim est, quasi rudem rei alicuius formam totam, ut pictores primò solẽt, lineis cõprehendere & effingere. Cicero transfert ferè ad similia. ut,

Atq; ego in summo oratore fingẽdo talẽ informabo, qualis fortasse nemo fuit. Or. 197. b

Referamus nos igitur ad eum quẽ uolumus inchoandũ, & eadẽ eloquẽtia informandũ, quã in nullo cognouit Antonius. Or. 199. b

Nō arbitrabar à me informari oportere, qualis eſſet orator. de Or.108.a.&
Is orator quem informare uolumus.200.a
Petitorum hæc eſt informata adhuc cogitatio. At.1.a
Ab illo qui antea dixit, informata iam cauſa eſt. pro Qu.6.a
Non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſt informata. At.173.a
Cornelius etiam nunc de iudicando dubitat, informat adhuc adumbratū iudicium filij. pro Syl.177.a
Informari uirtus non poteſt, ſi quicquam relinquatur. de Finib.116.a.&
Quibus quaſi informatū eſt, quod hominis natura poſtulet.155.a
Ita eſt informatum anticipatumq́ mentibus noſtris. de N.16.a
In animis noſtris informatas deorū eſſe notiones. de N.28.b
Deos nec coniectura quidem informare poſſumus. de N.9.b
Siue illa inania uiſa cogitatione informantur, ſiue in quiete, ſiue per uinum, ſiue per inſaniam. Acad.13.b
Artes quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet. pro Arch.186.a

INFRA. Non tanta obſcuritas eſt in ipſa huius uocis ſignificatione, quanta negligētia huius locutionis. Infrà & ſuprà ſedere, accūbere: quod tam tritū non eſt, quàm Sedere ad dexteram, aut læuam: aut dexterū latus, & ſiniſtrum

nistrum alicuius. Cicero uerò hoc modo:
Accubueram hora nona, cum ad te harũ ex-
emplũ in codicillis exaraui. dicis ubi? apud
Volumnium Eutrapelum: & quidem supra
me Atticus, infra Verrius familiares tui. Ep,
142.b. Pòst, Audi reliqua. Infra Eutrapelum
Cytheris accubuit: ibidem.

Infra aliquem. Qui uel ætate, uel fortuna, uel facultate inferior est.

Homerus nõ infra superiorem Lycurgũ fuit. de Clar. 168.a

Nec his solum locus est, sed horum uel secundis uel etiam infra secundos. Or. 197.a

Humanas res despicere, atq; infra se positas arbitrari. Tus. 195.b

Vt omnia quæ homini accidãt, infra se esse iudicet. de Fin. 95.b.&

Infra se omnia humana ducens. 96.a

Is infra omnes mortuos amandandus esset. Postquam. 200.b

Infra mortuos mandari. pro Quin. 9.a

INFRINGERE. Trãslatè semper utitur. Cicero. ut,

Esse quiddam suspicor, quod te cogat cedere, & propemodum infringat. At. 100.

Cum Drusi tribunatus infringi iam & debilitari uideretur. de Or. 87.a

Ipsum florem dignitatis infringere. pro Corn. 17.b

Spem infringi, & elãguescere industriam. Orã. 197.b

Infringere gloriam alicuius. pro Mil. 102.b

Infringere & concidere numeros. Or.219.b
Quæ si breuiora sunt, infringitur ille quasi uerborum ambitus. At.160.a
Infractus, a, um, Fractus.
Itaq; infractus furor tuus, inanes faciebat impetus. pro Dom.226.a
Tu autem te negas infracto remo commoueri. Acad.21.a
Non modo nõ infracto animo erat, sed etiam confirmato & renouato. Postquam, 202.a
Infracta & amputata loqui. Or.213.b
INGRAVESCERE dicitur aliquid, quod molestum est, si augeatur. ut,
Iste ardet furore, nec remittit aliquid: sed in dies ingrauescit. At.156.b
Ingrauescit in dies intestinũ malum. At.278.b
Sic hic morbus uehementius uiuis ingrauescet. in C.105.b
Medicus morbũ ingrauescẽtem ratione prouidet. de D.111.b. & in A.221.a
Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingrauescũt, animi autem se exercendo leuantur. de Sen.84.a
Cum ingrauesceret annona, ut iam fames timeretur. pro Dom.215.a
Nam à prima ætate me omnis doctrina liberalis delectauit, tamen hoc studium quotidie ingrauescit. Ep.49.a
Inde *ingrauescẽs ætas,* Senectus uocatur: quòd molesta sit & grauis.
Didicimus, quib9 rationib9 facillimè ingrauescẽtẽ ætatẽ ferre possim9. de Sen.78.a. E.18.b
INGRE-

INGREDIOR. Ad, aut in aliquā rem ingredi, pro Incipere, & instituere aliquid, sæpius à Cicerone, quàm à nostris, est usurpatum. ut,

Ad

Nos qui antequam ad dicendum ingressi sumus, obruimur ambitione de Or.92.b
Qui ingredior ad explicādam rationem sententiæ meæ. Ep.19.a
Ii qui ingrediuntur ad studium. de Or.97.a
Timidè ingredior ad hoc genus disputandi. de Fat.140.b

In

Qua uolui ianua sum ingressus ad causam. Ep.78.b
Magna spe ingredior in reliquam orationem. in A.210.b
Quo die primum in spem libertatis ingressus sum. in A.220.a
In exilium eijciebam? quem iam ingressum in bellum esse uidebam in C.197.a
Nam neq; assiliēdum stastim est ad illud genus orationis, &c. nec cum in eam rationem ingressus sis, celeriter discedendū est. de Orat. 128.b

Aliquam rem ingredi.

Cum istam disputationem ingressus mecū esset, dicebat, &c. pro Cecin.300.a
Quam orationē cum ingressus essem, Cassius interuenit. At.242.b
Nunc aggredior quæ uultis. de Or.102.b
Quam quisq; uiam uiuēdi sit ingressurus. Off. 24.a

Aggredi, Facere aliquid.
Quod facere nunc ingredimur. Acad.5.b.&
Ingressus sum facere id est, Cœpi.39.b
De diuinatione ingresi dicere de D.108.b
Maiores nos res scribere scribere ingres-sos,&c. Top.221.a
Ingessus eram dicere qđ oportuisset. At.242.b
INGVRGITO. Obserua uisum huius uerbi: non enim Ingurgitare cibum, portionem, ut nunc uulgus loquitur, apud Ciceronem est: sed Se ingurgitare.ut,
Cum in eius copias se ingurgitasset, exultabat gaudio in A.173.a
Crudiq; postridie se rursus ingurgitēt. de Fin. 66.b
Nūquā te in tot flagitia ingurgitasses. I.P.88.b
INGENS, *ineuntis*. Quia usu iam uulgari tritum non est hoc uerbum, uulgus Incipiēs pro Iniens dicere consueuit: quomodo uerò inter se differant, in differentijs docebitur.
Ianuario ineunte cura ut Romæ sis. At.2.b
Ineunte æstate. At.55.b.
Pompeius extrema hyeme bellum apparauit ineunte uere suscepit, media æstate confecit. pro Pomp.11.a.
Sed ut magnum certamen iniens de Fin.113.a
Qui ab ineunte ætate incensus essem studio utriusq; uestrum. de Or.93 a
Meæ uitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ. pro Pomp.4.a
Ineuntis ætatis inscitia senum constituenda & regenda prudentia est. Off.25.a
Ineunte

Ineunte ætate. de Am. 100.a. & in Ver.148.a. & in A.202.b
In his exercitationibus ineunte ætate fuimus, de Cla.178.a
Ab ineunte pueritia.Ep.143.b
Ineunte adolescentia,cui inest.&c. Off.23.b
Ab ineunte adolescentia.in Ver.55.b
A prima adolescentia.de Cla.194.b
Ab ineunte ætate. Off.42.a
A prima ætate.pro Planc.270.a
A primo tempore ætatis iuri studere tenemini.de Leg.158.a
Tamē adolescētulus quantū illius ætatis meæ patiebatur pudor, multa sæpe ex eo quæsiui.de Orat.109.a
Quinto anno exeunte) (Quinto anno ineunte.de D.91.
A paruis.de Leg.171.a

INIICIO. Varijs quoq; rebus tribuitur, idq; diuersis modis: quos omnes ex plebe Latini ignorare uidentur.

Atq; ex omnib9 illa plaga est iniecta petitioni tuæ,non tacente me maxima.pro Mur.155.b
Ipsa mihi ueritas manum iniecit, & paulisper consistere, & cōmorari coegit.pro Q.R.53.a
Inijcere uincula alicui.de Fin.106.a
Inijcere laneum pallium alicui.de N.76.b
Nisi uerò existimatis hominem pecuniosissimum sine aliqua causa quæstus iniectū ad tam incredibile crimen.in Ver.249.b
Cum mihi in sermone iniecisset, se uelle Asiam uisere.Ep.194.a

Quod Hortensium qui nuper iniecit, dicturũ arbitror. pro Quin. 12. b
Hic tum iniectus est hominibus scrupulus & dubitatio pro Clu. 33. a
Ne temerè à me tãtus tumultus ciuitati inijceretur. in C. 112. a
Sperarunt se iniecturos uobis causam deliberãdi, & iudicandi iustam moram & religionem. pro Cecin. 285. a
Hostibus timor iniectus est. At. 79. b
Timor iniectꝰ Cæsari de eius actis. de Pro. 78. a
Inijcere terrorem mortis alicui. de Fin. 132. a
Suspicionem esse iniectam alicui. pro Clu. 39. b
Inijcere spem alicui de aliqua re. At. 254. a
Clodius cui deorum ira mentem iniecit, ut Milonem lacesserit. pro Mil. 118 a
Eadem hanc eius satellitibus iniecit amẽtiam. ibidem.

INIVNGO. Quod alij autores non male dixerũt, Iniungere aliquid alicui. Cicero nunquam: sed impono, aut Mando aliquid alicui.

INOPINATVS, *a, um*, uulgare non est. significat enim id quod non opinamur, quod antè non prouidemus.
Noua tibi hæc sunt & inopinata. pro Dom. 216. a. in V. 113. a. &,
Cum hoc illi improuisum inopinatumq́ accidisset. 122. b
Nihil inopinati accidit. Tus. 207. a
Cui nihil improuisum accidere posſit, nihil inopinatum. Tus. 217. a. &
Omnia repentina & inopinata grauiora. 200.

Neq;

Neq; allata est à me res inopinata & recens. Postquam.214.a

Res tantæ tamq; inopinatæ.Epist.18.5.b

Hoc est dictu inopinatũ atq; mirabile. Parad. 122.b

Ista nec inopinata,&c.Tus.202.b

Nihil inopinatum.Tus.217.b

Vt in araneolis aliæ quasi retexunt, aliæ autem ex inopinato obseruant,& si quid incidit,arripiunt.de N.30.b

Nec inopinato.de Fin.91.b.& in A.175.a

INQVAM,& *inquis,inquit.* Sermonum & colloquiorum uerbũ est: pro quo nostri potius utuntur Dixi,Dixit; Respondi,Respondit.Cicero uerò in Dialogis, Inquam dixit, non Dixi, aut Respondi.ut,

Quasi enim ipsos introduxi loquentes,ne inquit & inquam sæpius interponeretur. de Am.96.a

Vt uerò studiosi linguæ Latinæ planius uideant usum & huius uerbi,& modũ sermonis habẽdi,ex libro de Clar. Oratorib.formã quandam dialogi ibi instituti præscribemus:quam si plenã petis, ex eodẽ libro discas licet. Quid nos,inquã,Brute & Attice nũc,quid tãdem noui? Nihil sanè,inquit Brutus, quod quidẽ aut tu audire uelis, aut ego pro certo dicere audeã. Tum Atticus:Eo,inquit,ad te animo uenimus,ut de repub.esset silentiũ,& aliquid audiremus potius ex te, quàm te afficeremus ulla molestia. Vos uerò,inquã Attice,& præsentem me cura leuatis,& absenti magna solatia dedi

 stis.

ftis nam ueſtris primum literis recreatus, me ad priſtina ſtudia reuocaui. Tum ille, Legi, inquit, perlubẽter epiſtolã, quã ad te Brutus miſit ex Aſia: qua mihi uiſus eſt & monere te prudenter, & cõſolari amicisſimè. Rectè inquã, eſt uiſus &c. Tum, Brutus. uolui id quidẽ efficere certè, & capio magnũ fructũ, ſiquidẽ quod uolui, tanta in re cõſecutus ſum. Sed ſcire cupio, quæ te Attici literæ delectauerint? Iſtæ uerò, inquam, Brute non modò delectationẽ mihi, ſed etiam, ut ſpero, ſalutẽ attulerunt. Salutẽ inquit ille? quod nam tandem genus iſtuc tam præclarum literarũ fuit? An mihi potuit inquam eſſe aut gratior ulla ſalutatio, aut ad hoc tempus aptior, quàm illius libri, quo me hic affatus, quaſi iacentẽ excitauit? Tum ille, Nẽpe eũ dicis inquit, quo iſte omnẽ rerum memoriam breuiter, &, ut mihi quidẽ uiſum eſt, prediligẽter cõplexus eſt. Iſtũ ipſum inquam Brute, dico librũ mihi ſaluti fuiſſe. Tum Atticus, Optatiſsimũ mihi quidem eſt quod dicis: ſed quid tandẽ habuit liber iſte, quod tibi aut nouum, aut tãto uſui poſſet eſſe? Ille uerò, Et noua, inquam, mihi quidem multa, & eam utilitatem quam requirebã, ut explicatis ordinibus temporum, uno in conſpectu omnia uiderem, &c.

INSCRIBO. Librum aliquem inſcribi. Omnino hæc Latina locutio temporum iniuria & ſtudiorum negligentia interijt, & pro ea uſurpauimus Nomen, aut Titulum eſſe, aut facere libri alicuius: Vocare aliquem librũ ſic, aut aliquo nomine. Inſcriptionẽ uerò Latini uocarunt,

ſunt, quam recentiores Titulum, Nomen.
In illis libris quos de contemnẽda gloria ſcri-bunt, nomen ſuum inſcribunt. Tuſ.155.a
Deceptus indicibus librorum, qui ſunt ferè in ſcripti de rebus notis. de Orat.114.b
In eo libro qui eſt inſcriptus Hortenſius. de D. 108.b
In eo libro qui inſcribitur Memnom. Tuſ 160.a
Eoſq; libellos rhetoricos inſcribũt. de Or.134.a
Xenophontis liber, qui Oeconomicus inſcri-bitur. Off.51.b
Oratio Cottæ pro lege Varia, quæ inſcribitur. de Cla.135.a
Antiochus contra doctorem ſuum librum e-didit, qui Soſus inſcribitur. Acad.4.a
Oratorem meum, ſic enim inſcripſi. Ep.255.a
Inſcribere alicui literas. Imperiti, Superſcriptio-nem facere aut ſcribere, Titulum ſcribere, Su-perſcribere.
Puer legit epiſtolam inſcriptam patri ſuo. At-tic.95.b.&
Faſciculus literarum, qui eſt M. Curio inſcrip-tus.122.a
INSECTOR. Peruulgandum quoque hoc uerbum eſt, quòd à multis ignoretur eius uis & uſus. Significat enim aut inſequi aliquem ſtudioſè ut capiat, aut inuehi uerbis grauiori-bus in aliquem.
Aquila inſectatur & agitat alias aues. de D.138.a
Seruius agitat rem militarem, inſectatur to-tam hanc legionem. pro Mur.128.b
Furiæ agitãt & inſectãtur impios. de Leg.163.b
Inſectari

Insectari & exagitare aliquem. At.12.a
Inimicè insectari aliquem. de N.3.a
Insectari aliquem maledictis. de Fin.81.b
Acerbius in aliquem inuehi, & cum insectari uehementius. de Am.107.a
Quomodo sum insectatus leuitatem senum. At.10.b
Aut nos temeritatē bonorum sequamur, aut audaciā improborū insectemur. At.55.b.&
Semper ista statui, non esse insectandos inimicorum amicos. 228.a.&
Miserorum fortunam insectari. 275.a.&
Ibi forū agit cum ego sum in prouincia, quam eius iniuriam non insector. 77.a

INSIGNIA Latinè uocarunt, quæ uulgus Germanicū Arma, Gallicum in uestibus Leueriam. Notas enim quibus ornabātur, & internoscebātur aut magistratus, aut in bello milites, aut genera, ordines, nationes hominum, aut etiam res aliquando, Insignia appellant.
Omnia generis, nominis, honoris insignia atque ornamenta ceciderunt. pro Syl.84.a
Rex sedens cū purpura & sceptro & insignib. illis regijs. pro Sest.16.a
Stellæ aureæ insignia Castoris & Pollucis. de D.96.a.
Hunc Cn. Pōp. erexit, atq; insigne regiū q̄d ille de suo capite abiecerat, reposuit. pro Se.16.a
Mœrorem relinquis, mœroris aufers insignia, id est uestitum atrum. in P.83.a
Multi insignia uirtutis etiam sine uirtute assecuti sunt. Ep.45.a

Virtutis

Virtutis insignia contemnere: id est, Triumphum. in P.93.a
Lituus, quod clarissimum est insigne augura- tu. de D.85.b
His insignibus atq; infulis imperij uenditis. contra Rul.72.a
Magistratus, senatus, cõsilium cõmune, & omnia deniq; reipub. insignia. contra Rul.64.a
Toga pacis est insigne, & ocij. in P 95.a
Si omnia grauissimi belli insignia suscepta à senatu uiderent. in A.206.a.&
Si Cæsar ab eo insigne regni accipere uoluisset. 185.b
Rabirium sæpe palliatum fuisse, & aliqua habuisse non Romani hominis insignia. pro R. P.126.b
Orationem uariare atq; distinguere quasi quibusdam uerborum sententiarumq; insignibus. de Orat 112.a.& de Clar. orat 190.a
Insignia & lumina, in oratione disposita, & flores. de Or.151.b
Quibus pro tantis rebus nullum insigne honoris, nullum monimentum laudis postulo. in C.116 b
Statuere æterna insignia posteris, & statuere æterna monumenta. de In.71.a
Quod erat insigne, eũ qui id faceret, facere copiam, &c. id est, quod erat signũ. de Or.155.a
Vt enim confidunt, notũ his esse debebit insigne ueri. id est, signum, uel nota. Acad.10.b
INSOLENS, *insolenter, insolentia*. propria significatione minimè nunc usurpatur, pro Arrogante

gante & petulante. Cicero etiã appellauit hoc nomine eum qui aliquid facere non solet, aut quod usurpari non solet.
Quid tu Athenas insolens. At.
Ea requiruntur à me, quorum sum ignarus atque insolens. de Or. 102. b
Is nullum uerbum insolens, neque odiosum ponere audebat. Or. 199. a
Noster amicus insolens infamiæ, semper in laude uersatus est. At. 56 a
Insolenter in eadem significatione.
Deinde natura eius euenire uulgò soleat, an insolenter & rarò. de In. 51. b
Insolentia quoque eodem modo.
Propter insolentiam primò reclamare. de Inuent 45. a
Moueor etiam loci ipsius insolẽtia, quòd tantam causam dico contra domesticos parietes. pro Deiot. 144. b
INSTAVRO. Non tam recõdita est uis & usus huius uerbi, quàm pro ipso nũc multis in ore est, Restauro: non à Cicerone, neque antiquioribus, sed recentioribus usurpatum.
Cauete ne noua & multo crudelior per uos proscriptio instaurata esse uideatur. pro S. R. 44. a
Cum id sacrificiũ uirgines instaurassent. At. 7. b
Cum in Cn. Dolobellam scelus suum illud pristinũ renouauit & instaurauit quæstorium. in Ver. 68. a
Quorum de sentẽtia ille eadem renouata atque instaurata celebrantur. de Ar. 248. b
INSTI-

INSTITVO. pro Incipere aliquid agere, aut erudire aliquem. usitatum satis est, sed hæredem, tutorem, filium, accusatorem instituere. pro facere, non item.
Qui esset secundum Posthumum hæres institutus. de Or. 99. b
Piratæ aliquos sibi instituunt amicos. in Verr. 204. a
Præstò est mulier audax, instituit accusatores, instituit testes. pro Clu. 21. a
Instituere aliquem secundum hæredem filio. Epist. 226. a
INSTRVMENTVM, pro medio quo aliquid fit, notũ est: sed nos pro supellectili qua utũtur aut in uillis rustici, aut opifices in officinis & tabernis in singulari præsertim numero rarius quàm ueteres Latini, usurpamus.
Hæc omnia in instrumento ac supellectili. in V. 225. a. &
Apronius in eorum orationes uenit, omne instrumẽtũ diripuit, familiã abduxit. 159. b. &
Arationes magna impensa magnoq́ instruto tueri. 158 b
In fundum uicini consulis non instrumenta aut ornamenta aulæ, sed etiã arbores transferebantur. pro Dom. 225. a
INSVSVRRO. Significat id quod uulgo dicitur, Aliquid alicui in aurem dicere.
Fauonius ipse insusurrat. Acad. 57. a
Insusurrare alteri. Tus. 248. a
Nec in aures tuas fictè aut simulatè quæstus causa insusurretur. Qu. Fra. 292. a

Insusurrare ad aurem alicuius familiariter.in Ver.257.b
Insusurrare aliquid alicui. At.19.a.& pro Mur. 142.a

INTEGER,*a*,*um*.Corporis ualetudini attributum, minus notum est: præsertim cum id significat,cui Fessus opponitur.

Quæ quidē multo plura euenirent, si ad quietem integri iremus:tunc onusti cibo,&uino perturbata & confusa cernimus.de D.93.a
Cum crebrò integri defessis succederent.Cæs.
Non facile recētes atque integros sustinebāt.
Integros defatigatis submittens:idem

Integri quoq; dicuntur,qui opibus & gloria florent & ualent.

Integrorum & fortunatorum promissis saucios & miseros credere non oportere. pro L.Mure.136.a
Quos ego florētes atq; integros uici.pro Plan. 277.b
Cum Gabinio integerrimas pacatissimásque gētes ad deripiendū tradidisses.pro Dom. 225.a

Integer,pro.Non corruptus.latè patet.

Rudem me discipulum atq; integrum accipe. de N.61.a
Vir integer,innocens,religiosus.in Ver.201.b
Integri & incorrupti sensus.Acad.6.a
Multo etiam integriora ac puriora sunt, ut à te longissimè se efferant.Tus.156.b
Dum existimatio est integra, facilè cōsolatur honestas egestatem.pro Quin.8.b

Integrum

Integrum sibi aut alij seruare, relinquere, esse: significat nihil agere, aut agi in re aliqua: sed de tota re ita constituere, ut facilè ipse se aut alius explicare, & quicquid uelit, agere posset.

Quòd me admones, ut me integrum quoad possim, seruem. At.117.a

Reseruare causam omnẽ integram alicui. Ep. 205.b

Vt integrum mihi de causa Cãpana ad suum reditum reseruarem. Ep.11.b

De Dolobella, integram tibi causam reseruãt. Ep.116.a

Omnino tempora integram tibi causam reseruant. Br.At.289.b

Quod nec integra re mihi ad consulendũ, &c. implicatus tenebar. Ep.14.b

Is rem integram ad reditum suum iussit esse. Off.50.b

Vt ad consilium publicum rem integram referrem. in C.112.a

Præsertim cum integram rem causamq́ reliquerim. At.85.b

Hinc, *Aliquid alicui integrum esse.* pro, Posse liberè aliquid agere. uel, Aliquid alicui liberũ esse.

Cum id iam integrũ non esset. id est, Cum non possem negare. pro Mar.157.b

Loquor de legibus promulgatis, de quibus est integrum nobis. in A.158.a

Si mihi integra omnia ac libera fuissent. Epist. 15.b. &

Si essent omnia solutissima mihi. 16.a

Nõ est integrũ mihi iã uti tuo cõsilio. I. P.92.a

A Quilibet

Quilibet, si integrum daretur, eam sententiam diceret. Part. 242.a

Mihi integrum est facere, uel nō facere. At. 55.a

Cum tibi in integro tota res esset. In Ver. 128.b

Res adhuc in intego est. Ep. 76.a. &

In integro nobis res erit. 25.a

Hæc iam in integro nobis esse nō possunt. de Orat. 144.a

INTELLIGENS, Doctus alicuius rei, qui iudicare de aliqua re poterat, in frequenti usu fuit apud Romanos: nūc hoc q̄d diximus, raro, aut nūquam uulgus hoc nomine notat.

Non semper uulgi iudiciū cum intelligentium iudicio congruit. de Cla. 181.a

Doctus & intelligens uir. de Fin. 94.b

Existimator doctus & intelligens. de Cla. 195.a

Quæ non modò istum hominem ingeniosum & intelligentem, uerum etiam quemuis nostrum, quos iste idiotas appellat, delectare possent. in V. 200.b

Qui teretes aures habent, intelligensq; iudicium. de Op. 244.a

Nihil non intelligens intelligente præstantius est. de Vn. 196.b

Intelligens dicendi existimator. de Cla. 182.a

Erat & cupidus uoluptatum, & cuiusuis generis eius intelligens & copiosus. de Fin. 78.a

INTELLIGENTIA. Quàm tempora omnia immutēt & obscurēt, uel ex hoc uno nomine disci potest: quod posteri Ciceronis pro Intelligētia Intellectum usurparūt. Cum antiquiores omnes nō solum hoc uocabulo Intel

ligentiæ actionem intelligēdi, sed & uim & instrumentum ipsum quo animus aliquid comprehendit, expresserūt: nunquam uerò intellectum uocarunt.

Intelligētia est, per quam animus perspicit. de In. 82. a

Deus intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore. de Vn. 196. b

Cum in æthere astra gignantur, cōsentaneum est in his sensum inesse & intelligentiam. de N. 54. a

Pars animi quæ rationis atq; intelligentiæ sit particeps. de D. 95. a

Quod intelligētia & ratione comprehēditur. de Vn. 195. b

Nam & communis intelligentia nobis notas res efficit, easq; in animis nostris inchoauit, ut honesta in uirtute ponātur, in uitijs turpia. de Leg. 65. a

Quod quædam animalis intelligētia per omnia permeet. Acad. 30. a

Neptunum esse animum cum intelligētia per mare pergentem. de N. 71. a

In eas imagines mentem intentam infixamq; nostram intelligētiam capere quid sit deus. de N. 11. b

Plato ait idias semper esse, ac ratione & intelligentia contineri. Or. 197. b

Quatenus aliquid ratione & intelligentia contineri. Off. 65. b

Mens simplex fugere intelligētiæ nostræ uim ac notionem uidetur. de N. 7. b

Quòd longiſsimè ſit ab imperitorũ intelligentia ſenſuq́ disiunctum. de Or. 86 a
Definire aliquid ad commune iudicium, popularemq́ intelligentiam accõmodare. Or 207. b
Omnes qui ex omni ætate hac in ciuitate iuris intelligentiam habuerunt. in A. 225. a
Tamen fretus intelligentia ueſtra, breuius diſſero, quàm cauſa deſiderat. de N. 11. b
Quid cenſes? hunc quo ſtudio & qua intelligentia eſſe in rebus ruſticis. pro S. R. 26. a
Quid de guſtatu & odoratu loquar? in quibus intelligẽtia etſi uitioſa eſt, quædam tamen. Acad. 6. b
Proponenda quædam quaſi mouentia ſunt, quæ nos magis ad cognitionem intelligentiamq́ conuertant. Tuſ. 241. b
Simul autem cœpit intelligentiam, uel notionem potius, quã appellãt ἔννοιαν ille, uiditq́, &c. de Fin. 94. b
Difficile eſt animi, quid aut qualis ſit, intelligentia. Tuſ. 159. a

INTENDO, uarij uſus eſt. Manũ, digitũ intendere, dicebant Latini: quod nunc uulgò, Extenſo digito aut manu aliquid monſtrare.
Et ſimul dextram intẽdit ad ſtatuam. At. 261. a
Sed ut cõmonſtrarem tantum uiam. &c. ut fieri ſolet, digitũ ad fontes intenderem. de Or. 102. a

Sic, *Animum, aut quæ animi ſunt, intẽdere*, Latinè dicitur: pro Aduertere. & dirigere ad aliquid.
Si fieri poſſet, uel plures te animos habere uel

lem, quos

lem, quos omnes ad Mutinam intēderes. in A.235.b
Mens naturalem uim habet, quam intēdit ad ea quibus mouetur. Acad.9.a
Intendere ſenſus ad res percipiendas. ibidem.
Immenſa regionum magnitudo, in quam ſe inijciens & intendens animus latè longeq; peregrinatur. de N.12.b
Si C. Antonius quod animo intenderat, perficere potuiſſet. in A.226.a
Intēdere aciē ad rē in omnes partes. Tuſ.217.a
Aliquò intendere. pro, Cogitare aliquò ire, Dirigere curſum & uiam aliquò.
Studium nihil prodeſt perueniēdi aliquò niſi illud, quod eo quò intēdas, ferat deducatq; cognoris. de Or.96.a
Hoc tibi antea explicādū eſt, quàm illuc proficiſcare. quo te dicis intendere. de Or. 124.a
Si iſte quo intendit, in Manliana caſtra peruenerit. in C.103.b
Vt eo quò intendit, maturè cum exercitu perueniat. pro Mur.128.b
Intendere ea quæ corporis ſunt. Contrarium ei eſt Remittere.
Intendere & remittere ſonum uocis. Or.202.a
Quæro non quibus rebus intēdam animum, ſed quibus relaxem. in Horten.
Nunquam ingemiſcit uir fortis, niſi fortè ut ſe intendat ad firmitatem. Tuſ.187.a
Sic arcum intendere. Ac.22.b. item.
Intendit crinitus Apollo arcum auratū Luna innixus.

Intendere tela, pericula, & eius generis alia alicui, aut in aliquem.

Ego tela intenta iugulis ciuitatis de coniuratorum manibus extorsi. P. 80. b

Intenta signa legionum existimãtur ceruicibus bonisq; uestris. pro Sest. 12. a

Intendere periculum alicui. At. 53. b

Intẽdere litem alicui. de Or. 83. b. & pro Cecin. 288. b

Alicui diem dicere, mulctam irrogare, actionem perduellionis intendere. pro Mil. 108. b

Tela undiq; in patriam intenta. de Pro. 73. b

Peto à te, ut periculum quod in omnes intenditur. pro S. R. 19. b

Ista omnia in hunc unum instituta, parata, intenta sunt. pro Mil. 114. b

Simul ac periculum iudicij intendi, omnem illius impetum compressi. de Ar. 245 b

Is sibi eum nuper edidit sociũ, quem (quomodo nunc intẽdit) ne uiuorũ quidem numero tum demonstrat fuisse. pro Quin. 16. b

Intendere se aduersarium in magistratum alicuius. Ep. 114. a

Intendere controuersiam. ad Her. 15 a

Hinc *Intento.* pro. Aliquid cõtra aliquem dirigo, & quasi aliquid tento in aliquem.

Explicet suum uolumẽ illud, quod aiunt Sex. Roscio intentasse, & meditatũ esse, se omnia illa pro testimonio esse dicturum. item,

Clodius non seruos, non arma, nõ uim intentauit. pro Mil. 108. b

Hæc intentata Pompeio est. ibidem.

Dolor

Dolor ardentes faces intẽtat, is fortitudinem & patientiam se debilitaturũ minatur. Tus. 243.b

Tum ipsum aduersariũ quasi intentãtis loco. producendo, hoc interrogando. utrum. de In. 78.a

INTER. Cicero, qui in corrupta Latini sermonis integritate fuit, hac præpositione ea effert, quæ & antiquiores & recẽtiores per Inuicem: ut, Amant se inuicem. Cicero, Amant inter se. quod cum multo elegãtius dici istiusmodi per Inter uideantur, exemplis quibus cum Inter, pro Inuicem aut Mutuò iungi rectè posset, declarabimus.

Dij inter se diligunt. de N. 25.b

Pueri ualẽt, & nos, & inter se amant. Quint. Fr. 523.a

Cicerones pueri amant inter se. At. 86.b

Aliqui uoluntate similes inter se, de Or. 517.a

Vobis inter uos uoluntas fuit coniũcta. in V. 60.a

Bonis inter bonos quasi necessariam beneuolentiam esse. de Am. 105.b. &

Neq; solum colent se inter se, sed &c. 111.b

Ac latissimè quidem patens hominibus inter homines, omnib9 inter omnes societas hæc est. Off. 11.a

Vt nosmetipsi inter nos coniunctiores simus. At. 229.b

Quæ fueramus ego & tu inter nos de sorore locuti. At. 68.a

Illi furtim inter se aspiciebant. in C. 115.b

Nihil poteſt eſſe coniunctius, quàm nos intę ꝑ uos riſum tenere. Ep. 235. a
Hoc mirabilius, quòd uos inter nos riſum tenere poſcitis de N. 15. b
Virtutes ipſas inter ſe eſſe æquales & pares de Orat. 91. b
In reliquis rebus diſsimiles inter ſe fuerũt. de Cla. 177. b
Duæ artes inter ſe pares. At. 135. b
Sed etiam ipſorum inter ipſos cõceſſu Ita tributum eſt, de Cla. 172. a
De ea re nos inter nos locuti ſumus. At. 158. a
Noſq; inter nos eſſe complexos. de D. 92. b
Quorũ ſummum quõdam inter ipſos odium meminiſtis in A. 230. b

Inter cœnam, idem quod Inter cœnandũ. ut,
Si inter cœnam in tuis manibus illis poculis hoc tibi accidiſſet in A. 172. b
Hæc inter cœnã Tironi dictaui, ne mirere alia manu eſſe. Qu. Fr. 321. a

INTERCEDO. Quoniam indocti noſtris tẽporibus hoc uerbo ſignificãt, quod Latini per Deprecor, oſtẽdam hoc loco. quomodo Intercedere Tribunis Romani tribuerint: ut populi nomine quæ ſenatus ſtatuere uellet, impedirent. Cum uerò exprimere uelimus preces quæ pro alio fiunt, ſupra demnonſtrauimus, non dicẽdum eſſe, Intercedere pro aliquo, ſed deprecari pro aliquo: neque is qui dirimit pugnam aut contẽtionem, intercedere aut Mediare, ut Barbari loquuntur, dicitur: ſed Dirimere & Sedare.

Tribuni

Tribuni ex templo pulsi cum intercedere ro/gationi uellent.de Or·129.b
Quod legationis genus ego cōsul sustulissem approbante senatu,nisi mihi Leuinus Tri/bunus plebis intercessisset·de Leg·187.b
Quid si M.Brutus intercessurum se dixit, &c. uideturne intercessisse appellatio tribuno/rum? pro Quin.12.a
De his rebus pridie quàm hæc scripsi, senatus autoritas grauissima intercesserat, cui cum Cato & Caninius intercessissent, tamen est præscripta.Ep.5.b
Sed mihi credite, nunquam succedetur illis, nisi cum ea lege referetur, qua intercedi de prouincijs non licebit.de Pro.72.b
Eaq; quæ de reductione regis scripta est auto/ritas,cui scis intercessum, ut ne quis omni/no regē reduceret,tātam uim habet. Ep.7.a
Qui ueritus est, ne Fusius ei legi intercederet, &c·At.10.b
Meæq; sententiæ quæ secunda pronunciata e/rat,cum frequēs assentiretur senatus, roga/tu Seruilij P·Titius intercessit·Ep.151.a
Sic *Intercessionis* & *Intercessoris* nomine uulgus nūc ea notat,quæ Romani uocabulis Depreca tione & Deprecatore:hoc etiā Barbari per Me diatorē dicūt, quod uocabulū Latini ignora/rūt·Itaq; Latini non uocarūt Intercessorē, qui pro aliquo precatur: sed; Deprecatorē & De/precationē,non Intercessionē. Qui uerò sunt tāquā medij inter duos,deferūt & referūt man data,eos Internūtios Latini appellarunt.ut,

Assiduis internuncijs cum Lepido egi, ut &c. Ep.153.b

Quæ quidem me internũcio, ad illos celeriter deferentur. Octa.331.b

Damnatorũ uitam à prætore, uel ipso carnifice internuncio redimi. in Ver.238.b

INTERIICIO & *Interiectum esse*, crebro Cicero est usus, pro Medium, aut in medio esse, aut inter aliquos, aut aliquid tanquã medium esse.

Nasus quasi murus oculis interiectus est. de Na.55.a

Idq; interiecit inter indiuiduum, & id quod indiuiduum est in corpore. de Vn.198.b

Quid inter horum ætates interiectus Cato? Par.117.a

L. Sisenna interiectus inter duas ætates Hortensij & Sulpitij. de Cla.185.a

Aer interiectus inter mare & cœlum. de N.59.a

Inter has personas me interiectũ moleste ferunt. in A.245.a

Videte quantum interuallum sit interiectum inter hoc & illud. contra Rul.85.b

Alij eis interiecti, & tanquam medij. de Orat. 245.a

Quod eorũ uicini non ita lato interiecto mari Rhodij nunquam probauerunt. Or.199.a

Videtis me ad pristinam meam dignitatem breui temporis dolore interiecto esse reuocatum. pro Sest.14.b

Annus est integer nobis expectandus, quo interiecto ciuium calamitas prorogatur. de Pro.72.b

In uo-

In uoluptate maxima, nullo interuallo interiecto, dies noctesq; uersari. de Fin. 88. b
Multi sunt interiecti inter philosophos & eos qui remp. administrant. Off. 19. b
Est autem quidam interiectus intermedius utriusq; particeps. Or. 198. b

Interiectus, us.

Luna interpositu interiectuq; terræ deficit. de Nat. 46. b

INTERIOR, *us.* Reconditas res, & quæ non à quouis intelliguntur, Latini hoc nomine notarunt. nostri Penitiora & Secretiora uocant.

Sed hæc quoq; in promptu, nũc interiora uideamus. de D. 154. b
Illa interiora iam uestra sunt. pro D. 241. a
Interiores & reconditæ literæ. de N. 67. b
Opus est hic limatulo & polítulo illo iudicio, & illis interioribus literis meis, quibus sæpe uerecundiorē me in loquēdo facis. Ep. 111. a
Interius est etiã, eiusdem esse ciuitatis. Off. 11. b
Interior est ille proprius. id est, Magis attingit hominem. de Or. 128. a
Societas quæ latissimè patet, interior, propior. Off. 65. b

Sic *Intima*, quæ Secreta, aut Penitissima uulgus appellat.

Ad intima istorum consilia peruenimus. in Ver. 69. b
Penitus in eam disputationem penè intimam peruenistis. de Or. 63. a
Multa admiscui ex intima philosophia. Acad. 40. a

Sed

Sed penitus ex intima philosophia hauriẽda iuris disciplina est. de Leg. 159. a

INTERNOSCERE. Cicero, & ante eum Latini omnes explicarũt hoc uerbo, quod recentiores per Dignoscere.

Quos cum humare uellent, non potuerũt obtritos internoscere. de Or. 147. a

Quæ si alia uera, alia falsa, qua nota internoscantur, scire uelim. pro S. R. 27. b. de D. 135. a

Internoscere uerum à falso. Acad. 7. a

Secerni blandus amicus à uero, & internosci potest adhibita diligentia. de Am. 113. b

Qui dignum atque indignũ internoscere nequeunt. ad Heren. 13. a

INTERPONO. Quòd si hoc uerbũ tritum nunc esset, non dicerent pleriq;, Inserere aliquid in oratione, in scriptis: quod Romani Interponere expresserunt. ut.

Orationes quas interposuit, eas ego laudare soleo. de Cla. 191. b

Hæc interposui P. C. ut me purgarẽ. in A. 261. a

Quasi enim ipsos introduxi loquentes, ne inquit & inquam sæpius interponeretur. Am. 96. a

Vt etiam modo nisi autem interposuissem, concurrissent. Or. 211. a

Mediocres argumentationes interponi & in medio collocari oportet. ad Her. 19. b

Digresio extra causam interponitur, aut criminationis causa, aut &c. de In. 48. a

Sic *Interpositio* de ijs quæ inter uersus, aut suprà post scribuntur.

Vna

Vna omnino interpositio difficilior est, de quadrimo Catone.&
Cum personarum certarum interpositione. de N.43.b

Se interponere. Nostra lingua ferè eodem modo id reddimus, *Sich in ein sach legen, sich einer sach underziehen.* Multi ex uulgò Immiscere pro Interponere dicunt: sic enim loquuntur. Ego nolo me immiscere huic negotio. Cicero uerò hoc modo:

De Ascanione tu uerò quod uoles facies, me nihil interpono. At.268.a
Clodius uocabat tribus, se interponebat. pro Mil.106.a
Quid enim interponerem audaciæ tuæ, quam nullæ leges possunt coercere. in A.162.a
Cur te interponis inuitissimis his, quibus, &c. in V.5.8a
Sapientius facies, si te in istam pacificationem non interpones. Ep.160.b
In rem aliquam fidem suam interponere. pro S.R.37 b
Non potuit certius interponere iudicium uoluntatis suæ, quàm cum &c. pro Corn.63.b
Proprium est Academiæ, iudicium suum nullum interponere. de D.139.a
Hæc scripsi sedato animo, nullum meum iudicium interponens, sed exquirens tuum. Attic.121.a

Interponere aliquid dicimus quoque, quòd tanquam medium est inter aliquos, quo aut confirmetur, aut infirmetur aliquid.

In iu

In iureiurando dij immortales tum iudices; tum testes interponuntur. de Leg. 172. b

Non oportuit ante suppliciũ quàm iudicium interponere. de In. 172. a

Qui istum nõdum interposita autoritate nestra suo consilio & iudicio ut hostem arcuit. in An. 201. b

Offensionem esse periculosam propter interpositam autoritatẽ religionemq́ uideo. Epist. 7. a

Ego interpositam Senatus autoritatem sustinui. in P. 80. a

Vos reiectione interposita repentini iudices consedistis. pro Syl. 185. a

Si ea decreta Coss. quæ de Cæsaris actis interposita sunt, non seruantur, magnã perturbationem fore. At. 263. a. &

Obnunciationibus per Scæuolã interpositis. 64. b

Qui ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam accepit. in V. 132. b. &

Acerbiorem legem & duriora edicta interposuit. 157. b

Postulata hæc ab eo interposita sunt, quo minus quod opus esset ad bellum, à nobis pararetur At. 112. a

INTERVALLVM. Et temporibus & locis tribui, satis notum est. Sed Lõgo interuallo aliquid fieri, nostri homines non dicunt: usurpant enim potius pro eo, Longo tẽpore pòst, Diu pòst, aut quod multo tempore intermissum est, repetere. Cicero uerò sic:

Quoniam

Quoniam lōgo interuallo modò primum te paulo hilariorem uideo. de Cla. 166. a

Satis longo interuallo pòst iterum aduocantur. pro Clu. 55. a

Vt cum longo interuallo ueneris, contendas. pro Mur. 128. b

Hodierno die longo interuallo ad spem libertatis exarsimus. in A. 194. a

Venio nunc sanè longo interuallo ad quandam epistolam, &c. At. 282. a

Longo enim interuallo, uideo mutata esse omnia. At. 177. a

Me perlongo interuallo propè memoriæ temporumq; nostrorum primum hominē nouum consulem fecistis. contra Rul. 66. a

Longo interuallo iudicium inter sicarios hoc primum committitur. pro S. R. 20. a. &

Cōnsuetudo longo interuallo repetita & relata in V. 65. b. &

Longo interuallo ueterem cōsuetudinem retuli. 79. a

Et nos longo interuallo uiseris. At. 5. a

Tu, si interuallum longius fuerit mearum literarum, ne mireris. Ep. 104. a

Versabatur in Sicilia longo interuallo alter Phalaris. in V. 265. b

Si cum animis uestris longo interuallo recordari illius uitam uolueritis. pro Clu. 32. a

Cum res priuatæ longo interuallo iudicijs repeterentur. de Cla. 32. a

Longo interuallo Romam uenis. pro Flacco. 161. a

Interim

Interim ſatis longo interuallo uenit Heracleam.pro Arch.186.b
Interim neq; ita longo interuallo ille uenit. pro Flac.156.a
An laurea illa amittet longo interuallo uiriditatem:de pro.75.a
Amicitia longis interuallis temporis interrupta.Ep.251.b
Illa quæ quaſi longo iuteruallo interiecto uidemus.Off.7.a
Studia quæ longo interuallo intermiſſa reuocaui,Acad.148.a
Primum te tanto interuallo uiderem.Ep.251.a

INTESTATO,aut *Intestatum mori*, ſignificat, quod imperiti dicunt, Sine teſtamento mori.
Paterfamilias inteſtatò mortuus.de Or.100.a
Si paterfamilias inteſtatò moritur. ad Heren. 4.b.81.a
Si is inteſtatò mortuus eſſet, ita ſecundũ eum poſſeſsio daretur.in V.99.b.pro Clu.53.a

INTRA *modum*, *Intra legem*. Inuſitatæ noſtris hominibus formæ loquẽdi, quibus Latini ſignificabãt id quod minus erat quàm modus, aut lex permittebat: quod ſuo more uulgus ſic effert, Minus quàm decet, aut oportet.
Sed quoniam Cæſar fortaſſe arbitraretur, me hãc rẽp.nõ putare,ſi ppetuò tacerẽ.modicè hoc faciã:aut etiam intra modũ,&c.Ep.49.a
Deinde ne amicis nihil tribuamus, epulamur unà non modò non contra legem, ſi ulla nunc lex eſt,ſed etiam intra legẽ, & quidem aliquanto.Ep.145.a

INVEHI

INVEHI *in aliquem*. pro. Insectari aliquem & uerbis grauibus exagitare aliquem. Etiam Inuehetis in aliquē: quomodo imperiti nunquam loquuntur.

Diphilus petulāter in Pōpeium inuectus est. At.54.a

Carneades libēter in Stoicos inuehebatur. de Na.58.b

Acerbè & contumeliosè inuehi in aliquem, & grauiter. de Na.157.a

Asperè in aliquem inuehi. pro S.5.b

Nunc uerò non insultabo uehementius, nec uolitabo in hoc insolētius, neq; in istum nugatorem inuehar, neque in isto testimonio commouebor. pro Flac.154.a

Vehementius inuehi in aliquem de N.79.a

Cum uehemētius inueheretur in causam principum consul Philippus. de Or.87.a

Acerbius inuehi in aliquem, insectari q; uehementius. de Am.107.a

In totam denique M. Antonij domū sum semper inuectus. in A.242.a

Me in quem inueheretur, delegerat. Ep.96 a

Piso, qui in eum primus inuectus est. Ep.183.b

Aeschines in Demosthenem inuehitur. Tusc. 204.a

Inuehi & maledicere. de Or.136.b

De quo Cæsar in senatu apertè in te inuehens questus est. in A.174.b

INVRO. Trāslatè sēper penè Cicero hoc uerbo utitur. ut, Notā aliquam alicui inurere quod alij dicūt, Notare aliquē, Signare aliquē.

Qui uolũt illa calamistris inurere. de Cla. 189.a
Ne qua generi ac nomini suo nota nefariæ turpitudinis inuratur. pro Syl.184.a
Hæc inusta est à te mortuo Cæsari nota ad ignominiam sempiternam. in A.159.a
Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta uitæ tuæ est? in C.100.a
Is cẽsoriæ seueritatis nota non inuretur? pro Clu.44.a
Inurere maculas alicui æternas. in Sal.274.b
Id mihi summam crudelitatis famã inussisset. pro Mur.125.b
Insignẽ ignominiam alicui inustam esse. de Pro.72.a
Sic, *Dolorem inurere*, pro, Commouere alicui perpetuum dolorem.
Inurere dolorem alicui. in A.238.b
Inurere quàm maximũ dolorem alicui. Tusc. 194.b
Tantus illorum temporum dolor inustus est ciuitati. in C.108.b
Cũ hunc dolorẽ cineri eius atq; ossibus inussisti? in V.99.a
ITA. Nec aut nõ ita Latini dixerũt: pro quo nunc uulgus, Non ualde, non tam, non diu. ut,
Nec ita multo pòst in Galliã proficiceretur. pro Quint.5.a
Nec ita multo pòst. Off.56.a
Interim nec ita longo interuallo ille uenit. pro Flac.165.a
Non ita multis antè annis aiunt quẽdam. pro S.R.28.b

Tardius

ITEM. Ab uſu quotidiani ſermonis latinè loquentium nunc prorſus intermiſſa eſt hæc uox Item: cuius eadẽ uis eſt, quæ uocabuli Similiter: ſed uſus nõ idem. nam neq; ac aut atq;, ſed ut, aut uti ſolum Item in cõparationibus conſequitur. ut,

Extra comparationem.

M·Lepidus Imp.item Pontifex Max.Ep.166.b
Quare nunc Numestio mãdaui, tecum ut ageret, item atque eo si potest acrius. te rogo. At.39.b
Et item de cæteris rebus.de Or.119.a
Spectaculum tibi uni iucundum, cæteris non item. At.56.a
Quod in libero seruant, in libera non item. de N.38.a
Item contrà de Fin.62.b
Itemq́ quæ. Top.226.b

ITERVM. Non tam recõdita uis est huius uocis, quàm ab imperitis sẽper penè pro Itẽ usurpetur, Adhuc semel: quod Latinũ non est sed barbarũ. Latini sic potius sunt locuti:
Bis à me seruatus est, separatim semel, iterum cum uniuersis.pro D.240.b
Primò quidem decipi incommodum est, iterum stultum, tertio turpe.de In.56.a
Id ut re experiatur, iterum & sæpius te rogo. Ep.221.a
P.Africanus iterũ cõsul ille maior.de Ar.249.a
Nonnunquam etiam iterum, ac tertium. de D.133.b
Iterum autem peccant, cum se iungunt.de Or. 118.b
Testis est iterum ac sæpius Italia.pro Pom.9.b
Et Liuianæ fabulæ nõ satis dignæ, quæ iterum legantur.de Cl.171.a

IVBERE *ualere* dixerũt Latini: qui uero à puritate Romana discesserũt, pro eo Vale dicere in linguam Latinã inuexerũt: quod boni autores

autores ignorarũt. Neq; solum Iubeo saluere dixerũt, sed aliis infinitiuis quoq; cõiũxerũt.
Illum salutaui, postea iussi ualere.&c,
Dionysium iube saluere. At.96.a
Sperare nos iubent amici, suadent, hortãtur. Ep.232.b
Etsi tuæ literæ rectè sperare iubent, tamen &c. At.208.b
Iubeo te benè sperare, & bono animo esse. pro Deiot.151.a
Valde iubeo gaudere te. Ep.96.a
Iubeo te sine cura esse. in V.69.b
Cæsar ostẽdit se, priusquã proficisceretur. Dolobellam cõsulem esse iussurum. in A.175.b

IVNCTA *uerba* Cicero appellat, quæ recentiores Grammatici Composita. ut,
Verba ponenda sunt, quæ uim habeant illustrandi, nec ab usu sint abhorrentia, grauia, plena, sonantia, iuncta, facta, cognominata, non uulgata, &c. Part.254.b

Sic, iungere uerba.
Licentiam poetarum faciendorum iungẽdorũmq; uerborũ, maiorem esse quam Oratorum. Or.203.a

Collocata, aut coniuncta uerba, quæ oratione perficiunt, sententiamq; aliquam expriment. ut,
Ornatus autem uerborum duplex: unus simplicium, alter collocatorum. Pòst. Collocata uerba habent ornatum si aliquid concinnitatis efficiunt. &c. Or.204.a
Prima uis est in simplicibus uerbis, in coniun-

ctis secũda: Simplicia inuenienda sunt, Coniuncta collocanda. Part. 231. a

Omnis igitur oratio cõficitur ex uerbis: quorum primum nobis ratio simpliciter uidenda est, deinde cõiunctè. nam est quidem ornatus orationis, qui ex singulis uerbis est: alius qui ex continuatis coniunctisq́; constat. de Orat. 156. b

Iungere amicitiam, charitatem, consuetudinem. uulgatum non est.

Deiotarus cum hominibus nostris cõsuetudines amititiasq́; iungebat. pro Deiot. 148. b

Vt omnis charitas inter duos iũgatur. de Am. 99. b

Rem, rationemq́; iungere cum aliquo. pro communicare. pro Deiot. 148. b

Sic cum Ablatiuo nostri homines, ut olim Latini, non coniungunt.

Hæc uerò, qua cum somnijs naturali cognatione iunguntur. de D. 157. b

Improbitas scelere iuncta. de Or. 147. b

Laudatio defensione iuncta. de Cla. 179. a

Rheda equis iuncta. At. 89. a

Nunc uideo infinitum bellum iunctum miserrima fuga. At. 195. b

IVRATVS & *iniuratus*. Olim cũ integer esset sermo Romanus, omnib9 notũ erat: nũc sublata de cõsuetudine uocabula illa uidẽtur. uerbo enim Iurare uulgus exprimere solet, quæ Latini his nominib9: sic enim loquũtur uulgò omnes, Tu mihi non crederes, etiãsi iurarẽ. Facere aliquid postquã iurauit, Credere aliquid

Postquam

postquam iurauit. Veteres uerò hoc modo:
Iuratū aliquem aliquid affirmare.in Pom.99.
De epistola Cæsaris (iurato mihi crede) non possum. At.213.b
Iniurato in propria lite, uel iurato in alieno iudicio credere. pro Qu.R.52.b
Sed erant ea testimonia non cōcitatæ concionis, sed iurati Senatus. pro Flac.149.a
Addebat etiam se in legem Voconiā iuratum contrà facere non audere. de Fin.76.b
Hæc iniuratus sum dicturus, quæ iuratus in concione dixi. pro Syl.173.b.& in V.72.a
Iuratus iudex. de In.78.a

IVRECONSVLTVS tam dixerūt ueteres, quàm Iurisconsultus: quod ex his Ciceronis locis intelligetur.
Iureconsulti sine erroris obijciendi causa, &c. de Leg.179.b
Intellexi te Cæsari nostro ualde iurecōsultum uideri. Ep.200.a
Quis enim tot interregnis iurecōsultum desiderat. ibidem.
Britannicus iureconsultus. Ep.101.a
Iureconsultorum ingenijs pleraque corrupta ac deprauata esse. pro Mur.130.a

IVRISCONSVLTVS, peruulgatum est.

IVRISDICTIO. Nō locū & regionē, hoc est, ditionē & potestatē, uel regnum significat, quomodo nunc multi utūtur: sed iuris ipsius administrationem, qua decernitur, aut à prætore, aut pro prætore, aut pro cōsule, aut eorū administris, quid cuiq; iure debeatur, & non.

 Is ue-

Is uenalem in Sicilia iurisdictionem habuit. in V.116.
Cum ab eo digressus essem, eo consilio ut ab Athenis in Boetiā irem reliquamq́; iurisdictionem absoluerem. Ep.55.b. & 25.a
Qui in concione ausus est dicere, iusticium indici oportere, iurisdictionem intermitti, iudicia tolli de Ar.257.a
Omitto iurisdictionem in libera ciuitate contra leges. de Pro.70.a. &
De pecunijs creditis dicere ius in liberos populos contra leges. ibidem. b
Asiaticæ iurisdictioni urbana iurisdictio respō. det. pro Fl 165.a. &
Præturæ iurisdictio non attingitur. 147.a
Sub uestrum ius iurisdictionē. potestatem, orbem terrarum subegeritis. contra Rul. 86.a
Aestiuos mēses rei militari dare, hybernos iurisdictioni. At.75.b. & 90.b. & Qu. Fr. 295.b
IVS iuris. Germanicum uulgus Offam uocat, quod ius appellādum est. nam Offa massa est glomerata, aut Puls: quib9 faginari anseres, pulli: gallinæ: & ei9 generis alia animalia solēt.
Te istic Ateriano iure delectato, ego me hic Hirciano. Ep.158.a. &
In ea cœna cocus meus præter ius feruēs nihil potuit imitari. 139.a. &
Ius enim tibi dādum non fuit, cum κακοστόμαχος esses. 258.a
Iure illo nigro, q́d cœnæ caput erat. Tus. 247.a
IVVENIS Latinè nō dicitur de prima ætate, sed adulta potiꝰ. Nostri uerò homines more uer-

re uernaculæ linguæ uocant pueros Iuuenes, cum adolescens potius Iuuenis sit dicēdus. id circo etiam eodē modo Cicero utroq; est usus.

Hi simul ac iuuenes esse cœperunt, magna spectare, & ad ea rectis studijs debent contendere. &c.

Prima igitur est adolescenti commendatio ad gloriam. &c. Off. 42. a

Mihi P. Africanus comitatu nobiliū iuuenum fortunatus uidebatur. de Sen. 82. b

Infirmitas puerorum est, ferocitas iuuenum. de Sen. 83. b

Vellem suscepisses iuuenem regendū. At. 159. a

Iuuenes stare ad ianuam duos quosdam, qui eum magnopere euocarent. de Orat. 141. a. & Tusc. 174. a

Iuuenis & adolescēs idē. Off. 42. & de Sen. 82. b

Sic Columella etiam de Oue. Fœmina post bimatum maritari debet, iuuenisq; habetur quinquennis.

Cui uerò imperiti Iuuenis nomen tribuūt, id Cicero & alij autores omnes uarijs uocibus significarunt, hominem, puerum, bouem, uitulum, ouem, agnū. Quæ uero proprium nomen non habent, Tenera nuncupantur. ut,

Equis uitulis teneros anteponere solemus. de Am. 105. b

Procera & tenera palma. de Leg. 156. a

Sic *Iuuentus* eam ætatem significat, quæ floret robore & uiribus.

Res quæ iuuētute geruntur & uiribus. de Sen. 20. a

Imperia aſcribebantur nouæ iuuentuti. pro D.238.a

Mercurius iuuentutis cuſtos & præſes.in Ver. 274.a

L

LABEFACTO. Hærent ignari perpetuò cum Infirmare & conuellere aliquid exprimere alio uerbo debeant, & pro Labefacto Detrudo uſurpant. Barbari etiam cum transferatur ad ſimilia, Annihilo dicunt.

Iiſdem machinis ſperant me poſſe labefactari, quibus antea ſtantē perculerunt.pro Dom. 228.a

Ruere illa non poſſunt, ut hæc non eodem labefactata motu concidant.pro Pom.7.b

Quæ cogitatio erat aliquantum labefactata atque conuulſa.Ep.69.b

Perfringere ac labefactare cōſpirationem bonorum, in C.123.b

Labefactare & reſcindere ab alijs conſtituta contra Rul.38.a

Hoc adoleſcentis præſidium, equidem adhuc ſatis firmum eſſe confido: ſed ita multi labefactant, ut ne moueatur, interdum extimeſcam.Brut.276.b

Itaq; Milonis conſulatus, qui uiuo Clodio labefactari non poterat, mortuo deniq; tentari cœptus eſt.pro Mil.108.a

LABORO pro Operari, peruulgatum ſatis: ſed cum Sollicitum eſſe, aut Curare ſignificat, non item: ut, Non laboro. Quod omnes potius efferunt per Non curo, Nihili facio.

De cæte-

De cæteris non laboro.in V.215.a.&
Non laborabat,quin malè audiret.215.b.&
Non laborabat,si esset moriturus.170.a.&
Si socijs prospicere non laboratis.176.a.&
Si quemadmodum socij à magistratibus tra-
ctentur,non laboratis.174.b
Græci nunquam laborant quemadmodum
probent quod dicunt, sed quemadmodum
se explicent dicendo.pro.Flac.148 a
Laborare pro bonis uiris.de Orat.127.b
Laborare amici causa.pro Dom.151.a
Miror,te nõ tuis bonis delectari potius,quàm
alienis malis laborare.Ep.47.a
Laboro autem non sine causa.de Fin.91.a
De fama nihil sanè laboro.At.210.a.&
Nec de me laboro:de pueris quid agam, non
habeo.114.a
Homo de re magis,quàm de uerbis laborans.
Or.204.b
Non id ago,neq; in eo nũc laboro.pro Quint.
7.b
Sed hæc hactenus,ut uideat περὶ μικρὰ σπουδάζειν.
At.210.b.&
De republica gaudeo te non laborare.246.b
De republica nimiũ te laborare doleo. Quin.
Fr.313.a

Laborare pro Aegrotare & propriè & trans-
latè hoc modo usus est Cicero.
Ex quibus rebus respub.laborat, ijs maximè
mederi conuenit.pro S.R.44.a
Significant enim tuæ literæ, te prorsus labo-
rare.At.100.a

Quod

Quod si omnes facerēt,& respub.ex illis, & ipsi ex inuidia nimis laborarēt. pro S.R.4.5.b

Quibus incōmodo ualetudinis laborandum est.pro Mur.135.a

Vtpote cum sine febri laborassem. At.71.b

Nec uero quisquam stultus non horum morborum aliquo laborat.de Fin.61.a

Cum iam decimum diem grauiter ex intestinis laborarem.Ep.107.a

Ceparius dixit te in lecto esse, quod ex pedibus laborares.Ep.141.a

Ex renibus laborare.Tus.188.a.&

Cum audiuisset eum grauiter esse ægrū, quod uehementer eius artus laborarent.ibidem.

Non ignoro quantum ex desiderio labores: sed erunt omnia facilia, si ualebis.Ep.260.a

Ea satis diu ex inuidia laborauit.pro Clu.60.a

Aliquanto ex inscitia leuius laborarent de In. 62.a

Populus Romanus qui quondam in hostes lenissimus existimatur, hoc tempore domestica crudelitate laborat.pro S.R.44.b

Nec externis hostibus magis quàm domesticis laboramus. At.278.b

Si esset in ijs fides, in quibus summa esse debebat, non laboraremus.Ep.3.a.&

Laboratur uehementer.2.b

Nō multū operæ in ea re uelim ponas. At.191.b

LATET me, *Non me latet.* Neq; Cicero, neque ueteres unquā dixerunt:sed Fugit, Non fugit me.Cuius exēpla in uerbo Fugio quæras. Recentiorum enim est, Græco more, dicere Latet,

aut

aut Non me latet. Cicero uno loco datiuum cum Latere coniunxit.ut,
Nihil agis,nihil assequeris,nihil moliris,quod mihi latere ualeat in tempore.in C.100.b
LAVTVS. Huius nominis uis multis ignota est,quod pleriq; idē ualere putent quod Delicatus,& eum significare, qui nisi exquisitis suauissimisq; cibis fruatur. Sed aliud notat, splendorem & elegantiam scilicet, quæ in ipsis rebus inest.ut,
Cœna magnifica & lauta.Ep.136.b.&
Valde iam lautus es.102.a
Nihil apud me lautum,nihil elegans, nihil exquisitum, ne magnopere quidē quicquam præter libidines sumptuosum.in P.94.a
In oratoris uerò instrumento tam lautam supellectilem non uideram.de Or.98.a
Libertis minus lautis seruisq; nihil defuit: nā lautiores eleganter accepit.At.222.a
Sed illa ratio lautior ac splendidior.Off.43.b
Patrimonium satis lautum dissipare.pro Flac.163.b
Lautum & copiosum patrimonium. pro R.P.128.b
Homo lautus & urbanus.in Ver.79.a
Cur te lautum uoluit, cœnatum uoluit occidere?pro Deiot.147.b
LAXAM *diem statuere*.uulgatum non est:nam Longum diem statuere, uulgus dicit. Cicero uerò illo modo:
Ego diem statuo satis laxam.id est,Tempus satis longum.At.87.b

LEGARE *aliquem*. pro, Legatum mittere, tritum satis est: sed Legare sibi aliquem, quid significet, non omnes sciunt. expresserunt enim eo Latini, Legatũ sibi deligere, qui aut in prouincias cum consularibus, aut in bellum cum ducibus & imperatoribus irent.

Dolabella me sibi legauit. At.243.a

Cæsar Cassium sibi legauit. Ep.84.a

Messius defendebatur à nobis, sed de legatione reuocatus: nam eum Cæsari legarat Appius. At.63.a.&

Ego me à Pompeio legari ita sum passus. 55.b

Ne legaretur A.Gabinius Cn.Pompeio expetenti. pro Pom.14.b

LEGERE pro Deligere, sæpius à Cicerone, quàm nostris hominibus est usurpatum

Verba legenda sunt potissimum benè sonantia. id est, eligenda. Or.212.b

Hinc licet cõditiones quotidie legas. pro Cæl.45.a

Vt hos iudices legeret, quorũ lectione duplex imprimeretur reipub. dedecus. in A.197.b

Ex quibus cum optimos uiros legeret, nõ potuit legere non studiosos mei. pro Mil.105.b

Legere aliquem in senatum. Ep.204.b. pro Deiot.229.b

Qui cum aruspicinam facerent, in senatu Romæ legerentur. Ep.91.b

Introduci uirtus nullo modo potest, nisi omnia quæ leget, quæq; reijciet, unam referantur ad summam. de Fin.115.a

Nudum nuces legere. de Or.153.b

Homini

Homini mortuo ne ossa legito. pro Leg. 105. b

LEVARE, pro Leuius facere & Imminuere. nostri non utuntur ut ueteres.
Autoritas leuatur inconstantia. Acad. 18. a
Criminationem leuari. de In. 72. b
Perspicuitas argumentatione leuatur. de Nat. 61. b
Leuare annonam. pro Mil 115. a

LIBENS, tis. Non obscure est nominis huius uis: sed usus minus increbuit apud nostros, quàm olim apud Romanos. nam hi in omnibus ijs uti solēt quæ cōtraria sunt, Inuitus: nos angustius multo usurpamus. Quàm uerò latè pateat, à magistro loquendi discamus.
Iam id porrò, utrum libentes, an inuiti dabant: amabant credo Apronium inuiti: &c. in Verr. 175. b

LIBERARII uocabātur olim, qui libros, aut quiduis describebāt. quare nostris tēporibus Librarios rectè appellaremus, quos Chalcographos, aut Typographos multi uocant.
Sed peto à te, ut quàm celerrimè mihi librarius mittatur, maximè Græcus, qui mihi exscribat hypomnemata. Ep. 265. b. a
Lex in publicū proponitur: concurrunt iussu meo plures uno tempore librarij, descriptam legem ad me afferunt. contra Rul. 68. b
Illas tabulas describi statim ab omnibus librarijs imperaui. pro Syl. 175. a
Legi literas non tuas, sed librarij tui. At. 96. a
Lippitudinis meæ signum tibi sit librarij manus. At. 131. b

LICET, cum subiunctiuo modo iungebāt, Latini, & eadē significatione qua, Si uideatur, Si placet, Si uelis-ut,

Verum quoniam ita Chrysogono uidetur, artificium obliuiscatur & studium deponat licebit. pro S.R.26.a

Hanc si quis partem putat esse orationis, sequamur Hermagoram licebit. de Inuen.

Totam uitam hominis rationemq; quam sequitur in philosophia derideamus licet. Ep. C.Memmio.

Clodium fregi in senatu tum altercatione eiusmodi, ex qua licet pauca degustes. At.

Vel ipsi hoc dicas licet. ibidem.

Noli inquam de uno pede sororis queri, liceat alterum etiam tollas.

LINEA non significat Versum, quod multi putant, qui uersus ordine in libris cōscriptos Lineas uocāt: sed id quod propriè tātū notat.

LITVRA. Prorsus interijt huius nominis uis & usus & pro litura, id quod deletum est, quod expunctū est, consuetudine iam diuturna est receptum. Barbari etiam Maculaturam appellant. Latini uerò sic sunt locuti:

Oppianicus qui digito legata deleuerat, ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum, signis adulterinis obsignauit. pro Clo.25.b

Cum mendū scripturæ tollatur litura. Ep.85.a

His igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licinij uidetis. pro Arch.187.a

Deinde in codicis extremā ceram nomen infimum

mum in, flagitiosa litura fecit. in V. 95. a
Cur id nomen infimum in lituraq; sit ibid. &
Videtisne totum hoc nomen, corãm ubi facié delatum esse in litura? quid fuit isthic anteã scriptum, quod mendum ista liturã corre- xit? 127. b. &
Tabulæ sunt in medio, quæ se corruptas atq; interlitas esse clamant. ibidem. &
Caudam illam Verris tãquam in luto demer- sam esse in litura. 147. a. &
Litura unius nominis cõmotus est. pro Arch. 187. b

LOCO. pro. In loco pono, aut id cui Con- duco respõdet. notũ satis est: sed cum signi- ficet id cui opponitur Redimo, hoc est, fa- ciendũ aut curandũ aliquid alicui certa pe- cunia cõmitto. nõ satis à nostris est tritum.
Dolobella locum illum sternẽdum locauit. At- tic. 250. b
Vtiq; quæstores eam basim statuãq; faciẽdam, & in rostris statuendam locent. in A. 224. a
Locare opus faciendum maxima pecunia. in V. 107. b. &
Opus quod HS. DVX. millibus faciendum locasti. 105. b
Anseribus cibaria publicè locantur in Capito lio. pro S. R. 27. b
Non palàm uiuorum funera locabãtur. in V. 260. a

Sic etiam homines se locãt, qui alijs suam operam præstant: quod uulgari more dicitur, Seruire alicui pro pecunia.

C Nemo

Nemo enim illum ex trunco corporis ſpecta- bat,ſed ex artificio Comico æſtimabat. nam illa mēbra merere per ſe nō amplius poterāt duodecim æris: diſciplina quæ erat ab hoc tradita, locabat ſe non minus HS· CCCLIII. Qu·Roſ.49.b

LONGE. Vis uocabuli non tam eſt retru ſa,quàm uſus,ut Longè eſſe dixerunt ueteres, pro Diſtare procul locū à loco,aut, Aliquem longè abeſſe.

Quàm longè eſt hinc in ſaltum ueſtrum Gal- licanum.pro Quin.14.b

Iſti Neruij quàm longè ſint,neſcio,Quint.Fra. 527.a

Longè abſum,audio ſerò.Ep.21.a.&

Cum tam longè abfuturus eſſem.44.b

Longiſsimè abeſſe ab aliquo.pro Plan.262 a

Longè cum quibuſdam uerbis iūctum, per- uulgatum non eſt,ut,

Horum defenſio repetita quàm longè eſt. de D.135.a

Longè ad uirtutem proceſſerunt.de Fin.111.a

In poſterum quàm longiſsimè prouidere.Ep. 22.a

Sol longè lateq; collucet.de N.33.b

Dij uim ſuam lōgè lateq; diffundūt. de D.97.a

Longè lateq; peregrinari.de N.12.b

A quo mea uoluntas longiſsimè abhorret.in Verr.110.b

Multum inter ſe diſtāt iſtæ facultates,longeq; ſunt diuerſæ atq; ſeiunctæ.de Or.105.a

De Quinto fratre nihil lōgè recuſaui. Ep.232.b

Cum

Cum Positiuo & Superlatiuo gradu.

Et erat huic iudicio lõgè disſimilis illa conten tio. pro Syl. 176. a

Longè diuerſus. Top. 225. a

Cæſaris aut lõgiſsimè diuerſa ratio. de D. 84. b

Vir lõgè poſt natos homines improbiſsimus. de Cla. 185. a

T. Coruncanus longè plurimum ingenio ua/ luit, de. Cla 169. a

Quod longiſsimè ſit ab imperitorũ intellgẽn/ tia ſenſuq́ disiunctum. de Or. 86. a

Longum eſt dicere, longius facere aliquid. Quàm o/ lim crebris ſermonibus à Romanis uſurpa/ bãtur, tam nunc ab omnibus penè negligun/ tur. pro iisq́ in ore habẽt, Nimis longum aut prolixum eſſe, Totum aut omnia dicere.

Longum eſt dicere, ſed hoc breue dicam. pro S. 5. a

De omnibus longum eſt dicere in Ver. 108. a

Iam ut, &c. & quibus, &c. lõgum eſt mihi dice/ re, præſertim ad alia properãti. pro Clu. 25. a

Iam de Platonis inconſtantia longum eſt di/ cere. de N. 8. a

Syllaba producta atq́ longa. de Or. 160. a

Non faciam lõgius, huc enim pertinet. de Leg. 160. a

Non opus eſt exemplis hoc facere longius. de Fin. 128. a

Nihil longius alicui eſſe, quàm, &c. Non tam uſita/ tum noſtris, quàm, Nullum tempus fuiſſe lõn gius quàm. Cicero uerò hoc modo:

Nihil ei longius uidebatur, quàm dum illud

 uideret

uideret argentum. in Ver. 208. b
Tum ille nihil fuisse sibi longius, quàm ut me uideret. Ep. 181. a
Nec mihi longius est quicquam, quàm uidere hominum uultus. pro R. P. 118. a
Nec lõgius est quicquam, quàm uobis, quàm dextræ gladium dum accommodet alter. Tusc. 219. a
Sic pro *Longus*, sæpe Prolixus ab imperitis usurpatur, de quo in uoce Prolixus.
L V C E T olim Latini, cum pura & integra adhuc lingua esset, dicebãt: nũc uerò obscura tũ adeò hoc est à barbaris linguis, ut nũquam penè à quoquã audiatur. nouũ enim uocabulũ Diescere pro eo finxerũt, aut, Diẽ esse, aut fieri, dicere cõsueuerũt. Latini uerò sic sũt locuti:
Ad quartũ idus Octobris cum aduesperasceret, expedito exercitu ita noctu iter feci, ut ad 3. idus Octobris cum lucesceret, in Amanum ascenderem. Ep. 245. a
Nõdùm legere poteramus, nam & lumina dimiseramus, nec satis lucebat: cum autem luceret, &c. At. 259. b
Sic *Lucis* uocabulo Diem Latini significabant, cui noctem opponebant.
Luce noctẽ, nocte lucem expectas. ad Her. 35. b
Pridie iduum hæc scripsi ante lucẽ. Q. Fr. 309. a
Cẽtesima lux est hæc ab interitu P. Clodij. pro Mil. 120. a
Quis audeat luci, quis in militari uia, quis benè comitatum, &c. aggredi? in At. 244. b
Luce palàm in foro saltare. Off. 70. b
Metellus

Metellus prima luce in campum currebat. At. 56.b

LVDIBVNDVM *aliquid facere, aut aliquò uenire*, Ii ignorãt quid sit, qui dicunt, Ludẽtem. aut ludendo aliquò peruenire, aut efficere.

Inde austro leuissimo ad Hydrũtem ludibundi peruenimus. Ep. 259. b

Si Vulteium habebis, omnia ludibũdus perficies. in Ver. 185. a

Per alios multa ludibundos libidinosè apud Verrẽ effecisse uidit: ad omnes eosdẽ patere aditus arbitrabatur: facilius uos efficiebatis ludibundi, quæ uolebatis à Verre, quod multa eius ludorũ genera notatis. ibidem.

LVMEN. Pauci hoc nomine significant partem illam ædium qua lux hauritur, aut lucem quæ ædes illustrat, quam hoc uocabulo Latini expresserunt.

M. Buculeius cũ ædes L. Fusio uenderet, in mãcipio lumina ut tum erãt, ita recepit. de Or. 99. b

Quod cuicunque particulæ cœli officeretur, quamuis esset procul, mutata lumina putabat. ibidem.

Sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum oratio. de Cla. 179. b

Nec, mentis aciem quasi luminibus officit altitudo fortunæ. pro R. 129. b

Sic *Lumen* appellabant, quam uulgus Candelam. quæ nisi materia qua lumen præbetur, exprimit.

Noctu lumine apposito, experrecta nutrix a-

nimaduertit puerum.de D.97.a
Vos mihi in tantis tenebris clarissimum lumen prætulistis.pro Syl.74.b
Sic *Lumina* pro Oculis.
Natura duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere uoluit.de N.61.b
Democritus luminibus amissis,alba scilicet & atra discernere non poterat.Tusc.250.a
Ille cum nihil uideret sciens, quod nefas esset, lumina amisit.pro Dom.254.b

M

MALVM. Increpandi uocem in oratione hoc modo collocabant Latini: Quæ nam (malum) est ista uoluntaria seruitus in A.155.b.&
Quæ(malum)est ista ratio?228.a
Quæ(malum)stultitia fuit?pro Q. R.54.a
Quæ(malum)ista amentia fuit?in Ver.117.a
Quod te malum rationis in istam spem induxit? Off.44.a

MANCEPS significat eũ qui aliquid conducit,aut redimit à populo.
Mãcipes ciuitatis pro frumẽto pecunias exegerunt.in Ver.60.a.&
Quid agere,cœpit cogitare,si opus pupillo redimeretur,si res abiret ab eo mãcipe quem ipse apposuisset,sibi nullã prædã esse.104.b

MANCIPIVM propriè rem significat quæ possidetur, quam multi Dominium nũc uocant. Sic,Rem mancipio dare, aut accipere, significat alij ius possidẽdi cedere aut accipere:quod uulgus uocat Dominiũ tradere alij.

Sum

Sum enim χρήσει μὲν & tuus, & κτήσει Attici nostri: ergo fructus est tuus mancipium illius. Epistol.108.b.&

Attici proprium te esse scribis mãcipio & nexu, meum autem usu & fructu.109.b

Finge mãcipio aliquem dedisse id quod mancipio dari non potest, num idcirco id eius factum est qui accepit? aut num is qui mancipio dedit, ob eam rem se ulla re obligauit? Topic.224.b &

Sic tibi nos ad id quod quasi mancipio dare debuimus, ornamenta quædam uoluimus non debita accedere, quasi iure emptionis & uenditionis.229.b

Multæ sunt domus iure mancipij & iure nexi. de Art 247.a

Cum omnia tua iure mãcipij sint, ea possis ne retinere. pro Cec.299.a

Res quas cum dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret. At.1.b.item,

Lex mancipij. Quicquid in mancipio uitij fuerit, uenditor si scierit, nec emptori dixerit, id præstato.

Cũ Marius ædes Auratæ uendidisset, neq; seruire quãdam earum ædium partem ex mãcipij lege dixisset, defendebã, quicquid fuisset incommodi in mancipio: id si uenditor scisset, neq; declarasset, præstare oportere.

Aedes Sergio seruiebant, sed in mancipio Marius non dixerat. Off.65.a

In ijs rebus repetendis quæ mancipij sunt, is periculũ iudicij præstare debet, qui se nexũ

 obligauit,

obligauit.pro Mur.124.b
Arma quærenda putauimus, ut esset sui iuris ac mancipij resp. At.285.a
Nexorum ac mancipiorum iura. de Or.99.a
MANDARE *alicui magistratum, aut bonores.* pro, Cōcedere. non tam in usu nunc est, quàm olim fuit. Mandare magistratū alicui existimabant. pro Mur.142.a
Mihi magistratum populus Rom. mādauit. in V.242.b
Populus mādandis magistratibus nō inanis est dignitatis iudex. pro Plan.260.a
Populus per religionem sacerdotia mandare non poterat. contra Rul.69.b
Autoritatis tantum in me est. quantum uos honoribus mandandum esse uoluistis. pro Pom.4.a
Sic, *Mandare literis, monumentis, histořijs, uersibus, scriptis, animis, memoriæ,* dicuntur ea quæ cōseruari uolumus.
Literis consignamus, quæ monumētis mādare uolumus. Acad.1.b
Athenis primum monumentis & literis oratio est cœpta mandari. de Cla.167.a
Instituenti mihi sermonem referre & mandare huic tertio libro, quem &c de Or.142.b
Hæc monumentis annalium mandantur. pro Sest.24.a
Simiæ Dodonææ improbitatē, histořijs Græcis mandatam esse demiror. de D.122.b
Mādare uersibus æternum laborem alicuius, præconium. pro Arch.189.b

Mandare scriptis actiones suas. Off.33.a
Mandare factum alicuius immortalitati. pro D.228.b
Socratis sermones immortalitatis scriptis suis Plato tradidit. de Or.148.b
Percipite quæso diligēter quæ dicam, & ea pe-nitus animis uestris mentibusq; mandate. in Catil.102.a
Quare mihi crede, & memoriæ manda, &c. Ep. 90.a.

Tenebris, uinculis, uetustati ad seruandum includere, aut condere.

Cæsar non dubitat P. Lentulum æternis tenebris uinculisq; mandere. in C.120.b
Mandare aliqua condita uetustati. de N.56.b
Vitā suam fugæ solitudiniq; mādare. in C.101.b

Mando, pro Relego.

Dimittere aliquem ab se, & mādare in ultimas terras, pro Syl.178.a
Is non modò ex numero uiuorum exturbatur, sed etiam, si fieri potest, infra mortuos mandatur. pro Quin.9.a

MANO quid propriè significet, & quibus rebus tribuatur, exēpla ipsa facilè declarabūt.
Quæ natura fluunt atq; manant. de N.10.a
Herculis simulacrum multo sudore manauit. de D.96.a
Multaq; à luna manāt & fluūt, quibus animantes alātur & augescant & pubescāt. de N.36.a
Aeternis causis naturæ necessitate manantibus, uerum est id quod &c. de Fat.144.a
Manare & fundi per omnes pertes. Tus.242.b

Cum serperet in urbe infinitum malum, idq; manaret in dies latius. in A.153.b

Homines qui terram incolũt, interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab alijs ad alios manare posit. de Som.129.b

Idq; eorum nomen usq; ad Pythagoræ manauit ætatem. Tus.229.b

Aliquid sine capite manare, & eius autorem non extare pro Plan.271.a

Latius opinione disseminatũ est hoc malum, manauit non solum per Italiam, sed etiam transcendit alpes, obscurè serpens occupauit multas prouincias. in C.119.b

Manaret sermo in cõsilio, pecuniæ quãdã mentionẽ inter iudices esse uersatã. pro Clu.32.b

Genera quatuor ex quibus honestas officiũq; manaret. Off.12.b.&

Omnis honestas manat à partibus quatuor. 31.a

Cum hoc triduo tristis à Mutina fama manaret. in A.261.a

Contagiones malorum quæ à Lacedemonijs profecta manarunt latius. Off.50.a

Peccata ex uitijs manant. Parad.120.a

MAXIME. Vsus huius uocis nõ omnibus est notus, præsertim cum Qui, aut Cum cõiungatur. idem enim tum significat quod, Vt magis non potest: quod elegantius ueteres dixerunt per Qui maximè, aut Cum maximè.

Domus celebratur ut cũ maximè. Qu.Fr.311.b

Tam sum amicus reip. quàm qui maximè. Ep. 60.b

Quod

Quod indoctiores sic proferrent, Tam sum amicus reip. ut nullus maior esse potest.
Maximè quòd, aut *Etiam ne quod*, pro In primis, uel præsertim. Peruulgatum non est.
Ego consilijs tuis usus sum, maximè quòd & grauitatem in congressu nostro tenui & ad urbem, &c. At.154.a
Atq; ego me recessum & solitudinem quærere, maximè quòd lictores haberem. laudabat consilium. At.158.a
Putaui aliquid scribendum esse: eò maximè, quòd ostendis te pendere animi. At.177.b
Maximè quòd is locus id temporis uacuus es- set. de Fin.114.a
Et eos maximè, qui te maximè debuerunt, & plurimum potuerunt iuuare. Ep.6.a
Intuemini paulisper animis iuuẽtutem & ma- ximè eos, qui &c. pro Dom.222.b
Quod ego cum audissem ex alijs, maximè ex meo fratre cognoui. Ep.11.b
Cognoscat etiam res gestas, maximè scilicet nostræ ciuitatis. Or.207.b
MEDIOS uocarũt Latini, quos nunc uul- gò Neutros, ut qui neutri parti in bellis aut contentionibus gerendis sunt addicti. ut,
Nam qui se medium esse uult, in patria manet: qui proficiscitur, aliquid de alterutra parte iudicare uidetur. At.164.a. &
Lex Solonis, qui capite sanxit, si quis in sedi- tione non alterutrius partis fuisset.154.b
Sic *Media*, quæ neutra genera bonorum: hoc est, neq; bona, nec mala.

In ipsis

Iis ipsis alia interiecta & media numerabat. At. 45.b
Neutra autem in medijs relinquebat. ibidem.
In medijs ea momenta nulla esse censuit. 35.a
De medio, in medio, aut medium. è medio, & uarij & reconditi alicuius sensus sunt.
De medio tollere, remouere, recedere. significant ex conspectu hominum.
De medio tollere. id est, interficere. pro S.R. 21. b. & ad Her. 11.
Recede de medio, per alium transigam. pro S. R. 37. a. & 22. a
Remouere aliquid de medio. in V. 144. a
Sumere de medio, pro ex ijs quæ omnibus nota erant.
Verba sumpta de medio. Or. 212. a
Hæc nõ sunt quæsita ex occulto, aliquo genere literarũ, sed sumpta de medio, & rebus pa lam per magistratus actis. pro Dom. 241. a
In medium uenire, proferre, procedere, uocare. Germanicè. *Zuum uorschein brengen, Herfür thuun, Zuum augenschein bringen, Kommen lassen.*
Primum ueniat in medium Epicuri ratio. de Fin. 51. b
Venire in medium & procedere in medium. de In. 67. b. in V. 254. a. & 144. a
Proferre in mediũ aliquid. in V. 71. b. & de Fin. 80. b. & Ep. 242. b
Vt quæ quis cogitarit, in medium proferat. de Orat. 118.
Quæstus forensis in medium proferebatur. pro Clu. 38. b

Itaque indices incesti suspicione rem in medium uocare cœperunt. pro Clu.54.a
In medio ponere, esse, relinquere: idē ualet, quod Omnium iudicio, aut usui, aut uoluntatibus aliquid liberum & commune facere, aut esse.
Tabulæ sunt in medio. in V,129.b.&
Quæ in medio posita sunt) (obscura.60.a
Dicendi ratio in medio posita. de Or.56.a
Obscœnas uoluptates faciles, communes in medio sitas esse dicunt. Tus.246.b
Proponere aliquid in medio. in V.82.a
Neminem nominabo, tantum in medio relinquam, si quis &c. pro Cæl.47.b
Rem in medio ponam. in V.268.b
Ponam in medio sententias philosophorum. de N.4.b
At hic quidē ipse & sese ipsum nobis, & eos qui ante se fuerant, in medio posuit, ut cæteros & seipsum per se cognosceremus. de In.65.a
E medio tollere, ea quæ iacēt erigere, extollere.
Cum uerba iacētia sustulimus è medio. de Or. 159.a
Pellere, è medio, idē quod De medio remouere.
Hoc quidem deliberantium genus pellatur è medio. Off.59.a
MEMINI. Iungebant ueteres hoc uerbum cum præsenti tempore Infinitiui modi, eadem ratione qua cum præterito. ut,
Memini Pamphilum hospitem meum mihi narrare se &c. in Ver.206.b
Memini tibi librum afferri à Demetrio Magnete. At.125.b

Dixi me nō meminiſſe ullum tempus laudan/ di, aut locum dari. id eſt, datum eſſe. Ep.37.a

MEMORIA. Propria uis huius nominis ſatis nota in uulgus: ſed cū pro ætate & tēpo/ re uſurpatur, minus nunc uſitatū uidetur. ut,

Omnia bella quæ memoria noſtra fuerunt. At. 283.b

Noſtra autem memoria Philo. pro Fon.276.b. & Tuſ.176.b

Perlongo interuallo propè memoriæ tempo/ rumq́ noſtrorum. contra Rul.66.a

Cn. Pompeius omnium ſeculorum omnis me/ moriæ facilè princeps. Poſtquam.205.a

Quod ſacrificium nemo, niſi P. Clodius, omni memoria uiolauit, nemo unquam adijt. de Ar.252.b

Cratippus noſter princeps huius memoriæ philoſophorum. Off.55.a

Multi etiam ſuperiori memoria. pro Cor.60.b

Conſules non modò ex memoria, ſed etiam ex faſtis euellendi. pro Seſt.10.a

Tanta multitudo, quanta mea memoria nun/ quam ullo in iudicio fuit. ibidem.b

Quod in hac repub. non modò factum antè nunquam eſt, ſed in omni memoria eſt om/ nino inauditum. in Vat.55.b

Res ab noſtra memoria propter uetuſtatem remotæ. de In.42.a

Quia memoria ſic eſſet proditum, quem pa/ ter, &c. de Or.100.a

Quid quod uſu patrum memoria uenit? ibid.

Memoria pro Scriptis, hoc eſt, monumentis,

quibus

quibus res gestæ aut factæ comprehēduntur & conseruantur.
Istum doctum uirum fuisse, memoriæ tradi-tum est. Parad. 120. a
Nam hoc memoriæ traditum est. pro Mur.
Prodere sermonē alicuius memoriæ de Orat. 144. a. & 100. a
Monumentum quod positum est, ut esset indi-cium oppresi senatus ad memoriam sem-piternam turpitudinis. pro Dom. 235. b
Amplissimis monumentis consecrare memo-riam nominis sui. Qu. Fr. 298. b
Sed loquor de ijs quos uidemus, aut de qui-bus memoriam accepimus. Am. 103. b
MERCES. Vulgò ignotum est, notari hoc nomine pensiones quæ de fundis & prædijs dantur, quos Redditus annuos inscitè pleriq; appellant.
Vt sumptus huius peregrinationis accōmo-det ad mercedes Argileti & Auentini. At. 197. a
Velim quæras ab Erote, ubi mercedes insula-rum. At. 246 a. &
Mercedes dotalium prædiorum. 247. b
Vides igitur, si amicitiam emolumento metia-re, summas familiaritates prædiorum pre-ciosorum mercede superari. de Fin. 82. b
Sic *Mercedula.*
Vt cōstituere mercedulas prædiorū. At. 207. a
MEREO. Propria uis & nota huiꝰ uerbi co-gnita illis nō est, qui utūtur Lucrari pro Mere-ri. ut, Operarius lucratur tres batzios in diem dicunt, cum significare uelint, ea mercede cum
operam

operam dare aliJs. Hoc Latini per Merere protulerunt, ut,
Nam illa membra merere per se non amplius possunt duodecim æris. pro Qu. Rosc. 49. b
Roscius H S. C C C L I I I. merere & potuit & debuit. Qu. Rosc. 48. b
Quid enim mereas, ut Epicurus esse desinas? de N 14. b
Quid enim mereri uelis iam cũ magistratum inieris, &c. quid merearis igitur ut te dicas. de Fin. 80. a

Hinc Merere, mereri stipendia, equo, pro Militari alicui.
Murena adolescens patre suo imperatore meruit. pro Mur. 126. b
P. Seruilius, quo tu imperatore Labiene meruisti, pro Rab. 94. b
Clamabat se meruisse cũ L. Præcio. in V. 268. b
Meruisse stipendia bello. pro Mur. 126. b
Asellus merens stipendia. de Orat. 132. b
Mereri stipendia. pro Cæl. 59. a

Benè aut malè merere, aut mereri de aliquo. usu satis trita.

METIOR quid significet, planũ est: sed monendi indoctiores hic sunt, ne Mẽsurare, quod barbarum est, dicere assuescãt: neq; item Mensurator. pro quo Cicero Metator, Decempedator, & Decempada: sed Metator potius eorum erat, qui castris locum & spacium designabãt. posteriora uerò duo Latinè notãt, quæ imperiti inscitè Mensuratorem uocant. ut,
Saxa peritus metator urbem iam decempeda sua

sua diuiserat.in Acad.260.a
Qui cū architectis & decem pedis uillas multorum hortosq́ peragrauit.pro Mil.115.b
Solis magnitudinem quasi decem peda metiri.Acad.32.a
L.Antonius æquissimus agri publici & priuati decempedator in A.255.a

MICO. Cicero hoc uerbū quoq; uenis & arterijs attribuit, quarū motū alij potius per Pulsare expresserunt.ut.
Iam uenæ & arteriæ micare non desinūt.de N.30.b

MIHI. Latini sæpe nō significationis, sed orationis implēdæ causa utūtur,idq́ elegāter: quod & nostra lingua sæpe quoq; imitamur.
Tu mihi cum in circulo decipiare aduersarij stipulatiuncula, ego tibi ullam causam maiorem committendam putem?de Or.99.a
Tu mihi. cū in prouincia tam malè te gesseris hic tibi perfugium speres futurū. in V.93.a
Hinc mihi afferunt mediocritates. Tusc.206.b
Sic enim tinctus mihi literis,&c.de Or.116.b
Is mihi etiam gloriabitur, se omnes magistratus sine repulsa assecutum.in P.79.b
Is mihi etiam queritur.in V.107.b.&
Tu mihi ita defendas?113.b
Quas tu mihi intercessiones, inquis? in Acad.157 b
Tu mihi id arripis?quod.pro Mur.127.a
Tongyllum mihi eduxit.quem,&c.in C.105.a
Quid mihi damnatos ambitus colligitis? pro Clu.41.a

D Nouem

Nouem tibi orbibus connexa sunt omnia. de Som.128.b

Id monstrum sibi ipsum est. de Ar.249.b

MILLE substantiuum, singulari numero non tam usitatum est, quàm plurali: Cicero tamen utroque numero eodem modo est usus.

Septa cingemus excelsa porticu, ut mille passuum conficiatur. At.66.b

Quo in fundo facilè mille hominum uersaretur. pro Mil.111.a

Qui mille modium dedisset HS.VIII.millia dare coactus est. in Verr.193.b

Scutorum in ludo M. fuerunt. At.111.b

Mille talentum accessionem factam esse. pro R.P.127.b

Imagines mille uerborum. ad Her.25.a

Hic numerus est hominũ mille XXX. At.138.a

Quis unquam in illo Iano inuentus est, qui L. Antonio mille nummum ferret expensum? in A.208.a

MINVS. Quemadmodum Plus & Amplius uarijs casibus iunguntur, ita quoque Minus: sed uulgare nũc non est, cũ nominatiuus consequatur. ut,

Iussit, ut quæ statuæ C. Verris ipsius & patris & filij essent, eas quæstores demoliendas locarent: dumque ea demolitio fieret, senatores triginta non minus adessent. in Ver.

Sic alio modo *Minus* pro Pauciores.

Cum si uno minus dãnaret, condemnari reus non posset. pro Cecin.290.a

MISCERE, & Dare bibere dixerũt ueteres, quod

tes, quod nunc à multis per Infundere, Dare potum, Propinare etiam ab ignaris significationis eius uerbi exprimitur.
Qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens. de Fin.67.b
Post deinde quod iussi, ei date bibere. Teren. in Andria.
Bis in die id faciet, meridie bibere dato. Cat. de Re rustic.
MISERATIO. pro Misericordia & Commiseratione pauci quotidiano sermone usurpant.
Miseratione mens iudicum permouenda est. Or.209.a
Tua illa pulchra laudatio, tua miseratio, tua cohortatio. in A.177.b
Odia incitantur, & miseratio nascitur. Part. 234.b
Non fuit hæc sine meis lachrymis, non sine dolore magno miseratio. de Or.126.b
Miserationibus & communibus locis uti. de Clar.171.b
Quem enim nostrũ moriẽs Epaminũdas non cum quadam miseratione delectat? Ep. 68.a
MISEROR, aris, Commiseror) (Inuideo.
Non queo satis huius euentũ fortunamq; misereri. pro Mur.157.a
Quare quid inuidẽdũ Murenæ sit in hoc præclaro consulatu, non uideo: quæ miseranda sunt, uos perspicere potestis. pro Mur.145.a
MITTO. Sæpe Cicero hoc uerbo usus est eodẽ modo quo Omitto, cũ ea significet, quæ cõmemorare noluit. Quod cum rarius nunc

à plerisque fiat, adiungendum alijs, quæ negliguntur uulgò.

Mitto prælia, prætereo. pro Mur. 132.a

Mitto de amissa maxima parte exercitus. in P. 89.b

Mitto illam fugam, &c. cætera per occupationem. At. 115.a

Mittere sanguinē, dixerūt Romani quod multi inscitè Græco more nūc proferūt per Phlebotomare, qui uerò paulo melius loqui uolunt, Secare uenam dicunt: quod uerbo Incidere Cicero protulit.

Appius ὡς ἀφαιμάξας prouinciā curarit, sanguinē miserit, quicquid potuit detraxerit, mihi tradiderit enectam, & προσανατρεφομένην. Attic. 84.a

Vocē mittere, & iacere, ac *Mittere ridicula*. pro Dicere: nō tam nobis usitatum, quàm olim Romanis fuit.

Vocem pro repub. nemo misit. pro Sest. 12.a

Vox quæstura nulla missa est. pro Flac. 147.a

Iacere ac mittere ridicula. Orat. 205.a

Missum facere, aut esse aliquem, significat eū qui aut in nostra potestate, aut nobiscum est, à nobis dimittere.

Aequū est me à te impetrare, ut cohortes quæ ex Piceno uenerunt, missum facias. Ar. 130.b

Iurauitque se illum interfecturum, nisi sibi iusiurandum dedisset, se patrem missum esse facturum. Off. 74.b

Easque legiones bello confecto missas fieri placet. in A. 205.a

Quibus

Quibus de causis missi fieri debeant. Ep. 118. a
Duo præfecti fabrum Pōpeij, qui in meam potestatem uenerūt, & à me missi sunt. At. 141. a
Et eum statim missum feci ibidem.
Qui cum iudicatum nō faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est, postea missus. pro Flac. 156. b
Dicebat quisq;, quos missos sciret esset in Vrr. 256. a
Remotis, siue omnino missis lictoribus. Attic. 154. b
Missam facere rem aliquam, idem ualet quod Omittere, Prætermittere: Dimittere.
Sed hæc missa faciam, quæ iam facta sunt. pro S. R. 40. a
Qui uoluptatibus ducūtur, missos faciant honores. pro Sest. 26. a
Hos agros missos facio. in Verr. 256. a
Missos faciāt patronos, ipsi prodeāt. Or. 219. a
MODEROR. Accusatiuo iunxerūt ueteres æquè, ac Datiuo. Quod cum rarius, nunc accusandi casui attribuunt, autoritate Ciceronis studiosi ad uerum usum adducantur.
Causæ quibus ratio moderatur. Tusc. 242. a
Oratio sine uinculis sibi ipsa moderatur. de Or.
Lurco moderatus est in testimonio dicēdo religioni suæ. pro Flac. 162. b
Auditorū aures moderantur oratori prudenti. Part. 231. a
Sētio iudices moderādum mihi esse iam orationi meæ, fugiēdamq; uestram societatem. in V. 169. b

Moderari uerò animo & orationi,cum sis ira/tus,non mediocris ingenij est. Qu. Fr.297.b
Te hortor, ut omnia gubernes, ac moderere prudentia tua.Ep.21.a
Moderari nauim ex scap ha.de In.51.b
Sentētiam aliquam tāquam nauigiū aliquod ex reipub.tēpestate moderari.pro Cor.67.b
Moderari uerba.pro,Flac.148.b
Tibicines,ĳq́ qui fidibus utūtur,suo. nō mul/titudinis arbitrio cantus numerosq́ mode/rantur.Tusc.248.b
Tempus dicendi prudētia & grauitate mode/rabimur.de Or.131.b
Moderari regionem.de Nat.12.a
MODICVM & Modicè nō significāt solum Paucū & Parum: sed etiā, quod multi nesciūt, Mediocre & Mediocriter,Moderatè: quod ex/empla ipsius Ciceronis planius declarabunt.
Hæc ipsa nimia in quibusdam futura non fue/runt,nisi quædam essent modica natura. de Fin.131.b
Quæ in patribus agūtur. modica sunto.id est. modesta atq́ sedata.de Leg 362.a
Si modo temperatis escis modicisq́ potatio/nibus est affectus.de D.104 a
Sed tamē modici fuimus in apotheosi.At.57.b
Vtendū est exercitationibus modicis. de Sen. 84.a
Genus dicendi subtile, modicum, uehemens. Or.203.a
Actio iactatione corporis.Orat.204.b
Item,Modica Interualla.

A princi/

A principio enim coniurationis usque ad reditum nostrum, uidetur mihi modicũ quoddam corpus confici posse. Ep.67.b
Modicè.
Nos agemus omnia modicè. Ep.259.b
Quanquam à me de ea timidè modicéque dicetur. pro Syl.182.a
Modicè & scienter uti aliqua re. de Or.96.a
Modicè ferre aliquod malum. de Fin.58.b
Sed quoniam is fortasse arbitraretur, me hãc rempub. non putare, si perpetuò facerem mo: dicè hoc faciam, aut etiam intra modum.
MODO, cum uarietatem & inconstãtiam notet, uulgare minimè est: præsertim cum nõ iteretur.
O Academiam uolaticam, modò huc, modò illuc. At.212.b
Modò hoc modò illud audire. ad At.50.b
Carneades modò ait hoc, modò illud. de D.95. b.&
Modò hoc modò, modò illo modo affici.127.b
Modò unum, tum autem plures. N.8.a.b.&
Modo mundum, tum mentem putat.9.
Modo egens repente diues. in A.175.a
MODVS. Latini hoc nomine significabãt, quod Barbari musici Tactum, aut Mẽsuram in cantu uocant: præterea ipsum cãtum & canendi concentum ipsum.
Nõ sunt in oratione tãquã tibicini percussionum modi, sed uniuersa cõprehẽsio. Or.216.b
Carmen & rebus & uebis & modis lugubre. Tusc.200.

Vt in muficis numeri & uoces,& modi.de Or. 100.b

Surdus uarietates uocum, aut modos nofcere non poteft de D.120.a

Antiquus uocum modus, & uarij canendi foni de Leg 177.b

Oculos,ceruicesq; pariter cum modorum flexionibus torquent. ibid.

Prefsi & flebiles modi. Tufc.171.a

MOMENTVM Varia hoc nomẽ fignificat.fed in nullo ferè fenfu notũ eft in uulgus: quod ut è tenebris reuocetur, uarias notas explicabimus, ufumq; eius oftendemus, & in primis idem ualet quod Punctum.

Omnia momenta obferuabimus. neq; ullum prætermittemus tẽpus tui iuuandi. Ep.88.a

Nec ullo minimo momento plus ei uitæ tribuo,quam Stoici.de Fin.145.b

Minimis momentis maximæ inclinationes tẽporum fiunt in A.199.b

Paruis enim momẽtis multa natura aut affingit,aut mutat,aut detrahit.de D.195.a

Omnia ex altera perte collocata uix minimi momenti inftar obtinent. Off.54.a

Sæpe etiam notat hoc nomen pondus aut uim,& ut Barbari dicũt.ualorẽ qui eft in reb9.

Id eft maximi momenti & ponderis. in Vat. 50.b

Ad unamquamq; rem exiftimãdam momentoq; fuo ponderandam. pro Fon.278.b

Cato diligentifsimè perpẽdens momenta officiorum omnium. pro Mur.114.b.&

Quæftura

MORDICVS *auferre auriculam alicuius*. Hanc & similes loquendi modos Barbari, qui dicunt Demordere, ignorant: Cicero uerò & alij autores non Demordere, sed hoc modo sunt locuti.

In urbem introisset, ad inimicitias res uenisset. cum Aasernino Samnite Pacidianus comparatus uideretur. auriculam fortasse mordicus abstulisset. Qu. Fr. 524. a

MORARI *aliquid aliquem, aut aliquam rem.* tritum non est. nã Impedio pro Moror uulgus utitur.

Si quid eum uel impediet, uel remorabitur, Ep. 93. b

Multa eum in Asia dicuntur morari. At. 182. b

Si me nauigatio non morabitur. Ep. 250. a

Tamen legatorum nomen belli celeritatem morabitur. in A. 199. b

Curtius cogitat Dibaphum, sed eum infector moratur. Ep. 27. b

Libri ad Varronem morabantur. At. 212. a

Si modò meo casu reip. periculum morari possum. Ep. 148. b

MOVEO. Propria uis uerbi nota est, sed quædã formæ loquendi minus usitate omnibus, ut, Loco, tribu, senatu, possessionibus mouere, Mouere se loco, aut ex aliquo loco.

Vrgere illi, ut loco nos mouerent. Qu. Fr. 508. a

Mouere aliquem senatu. pro Clu. 42. b

Postquam ille Canusio mouerat. At 154. b

Sed moueri possessionib. amicissimis sedib9 ac dijs penatib. negât oportere. cõtra Rul. 77. a

Vt ueros hæredes moueat, in eorum locum ipse succedat. Off. 67. a

Ne te

Ne te moueas isthinc tam infirma ualetudine. Ep.77.b
Ego me de Cumano moui ante diem At.60.a
Mouere castra ex aliquo loco,&uasa colligere. in V.209.a
MVLTO cum comparatiuo iunctum uulgare est,sed cum Superlatiuo non item.quis enim de uulgo sic loquitur?
Quanquã mihi semper frequẽs cõspectus uester multo iucũdissimus est uisus.pro Põ.4.a
Magna uero multo maxima pars eorum qui in tabernis sunt.in Catil.
Magna ac multo maxima parte, non modò utilitatis, sed & dignitatis atq; imperij caruit. pro Pom.4.a
Nam cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenij atq; eloquentiæ multo molestissima.in Ver.
Qui agri Acunensis multo maximam partem possident.ibid.
In ciuitate totius Siciliæ multo maxima.ibid.
Quæ pars sine dubio multo maxima est.de Or.
MVLTVS.a,um. Significãtur nonnunquam quædam hoc uerbo à Latinis, quæ à nostris prorsus negliguntur.ut,Multum esse in aliqua re, pro eo quod uulgò dicitur, Nimis prolixum esse aliquem.
Accius in orationib.multus, & ineptus ad multam impudentiam.de Leg.157.a
Antipatrumq; qui multus in eo fuisset, reprehendebant. Acad.5.b
Qui in aliquo genere aut incõcinnus, aut multus est.

tus est,is ineptus dicitur.de Or.110.a
Nolo hac in re multis uideri.de N.49.b
Theophrastus est multus in laudanda magnificentia.Off.44.b
Ne in re nota & peruulgata multus& insolens sim.de Or.141.b
Sic, *Multum esse aliquid*, aut *Multi existimari*. pro. Magni æstimari,quoq; apud Ciceronem est.ut,
Nomē nostrum multū est in his locis.Epist.23.a
Nonnulli dum operam suam multi existimari uolunt.uolitant.Or.118.a
Multa nocte fieri aliquid, pro eo quod dicimus, Valde serò, Valde uesperi.
Multa nocte ueni ad Pomp.Qu.Fr.310.b
Munire uiam ad aliquid, aut in aliquem locum. pro. Facere,& Tutam reddere.peruulgatū non est.
Munire sibi tutam uiam ad retinendas opes. At.15.b
Qui primum tibi munisti ad te audiendum uiam.de Or.127.b
Munire sibi uiam in cœlum.Tus.155.a
Sic *Munito*.
Nunc quam uiam muniet, quod iter affectet, uidetis.pro S.R.42.a
MVTARI *ciuitate aliquem*.pro Alterius ciuitatis ciuem fieri,& commutare ciuium ius: uulgare genus loquendi minimè est, sic tamen Cicero est locutus:
O iura præclara, atq; diuinitus iam inde à principio Romani nominis à maioribus nostris comparata, ne quis nostrum plus quàm unius ciuitatis esse posit(dissimilitu

do enim

do enim ciuitatũ uarietatẽ iuris habeat necesse est) ne quis inuitus ciuitate mutetur. neue in ciuitate maneat inuitus. pro Cor.61.
Vt & ciuitate illum mutatum esse fateretur, & ius ciuitatis honore dignissimum iudicaret. pro Cor.65.b
Mutare ciuitatem aliquem, idem. ibid.
MVTVOR. Quoniã uulgus ignorat uim huius uerbi, ea pro eo quotidiano sermone usurpat, quæ apud optimos Latinæ linguæ autores nusquam extẽt, ut. Accipere mutuũ, aut mutuo: quod Cicero Sumere mutuum dixit, non accipere. Nunquã uerò neq; mutuo dare, neq; sumere, neq; accipere, ut recentiores quidam: sed mutuum. ut, Frumentũ mutuum dare, Sumere pecuniam mutuam: non Mutuo dare aut sumere aliquid.
Cum abundare debeam, cogor mutuari. Attic.245.b
Tu quicquam ab alio mutuaris. Q. Fr.326 b
Age, à Cælio mutuabimur. At.105.b
Mutuemur hoc quoq; uerbum. de N.44.a
Quæ sunt oratori cum illis cõmunia non mutuor ab illis. de Orat.89.b
A uiris uirtus nomen est mutuata. Tus.184.b
MVTVVS, *a, um.*
Ille mihi H S. quatuordecim non reddit, quæ dedi eius filio mutua. At.165.a.&
Dare pecuniam mutuam alicui.171.b
Dare frumentũ mutuum alicui. cõtra Rul.82.b
Sumere pecunias mutuas. in V.81.b. in A.229.b. & Bru.91.a

NAEVO

N

NARRO, pro Confirmo & Dico. peruulgatum non est.
Narro tibi, Quintus exultat lætitia. At. 247. b
Narro tibi, planè relegatus mihi uideor, posteaquam in Formiano sum. &
Narro tibi loca, uenusta sunt. 246. a
Narra mihi, reges Armenij patritios salutare non solent. At. 26. b

NATV. Obseruandum est in usu huius uocis, non solum dici, Minor, aut minimus, & Maior, aut maximus natu: sed Grãdis natu quoque pro Sene. ut,
Grandes natu matres. In V. 262. a. &
Grandis natu parens. 91. b
Non admodum grandis natu, sed tamen ætate prouectior. de Sen. 79. a

NAVO. Omnino hoc uerbum nunc ab indoctioribus negligitur, & quæ sit eius uis, ignoratur. significat enim id quod uulgari more dicitur, Opere ipso & effectu aliquem iuuare, aut Aliquo magno cõnatu præstare, aut Operam dare alicui.
Vtinã aliquod in hac miseria reipub. πολιτικὸν opus efficere & nauare mihi liceat. At. 147. a
Nemo est tam afflictus, qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit, non possit nauare aliquid & efficere. Ep. 79. b
Equidem iam mihi uideor nauasse operam, quòd huc uenerim. de Or. 111. a
Tibi omnes nauare operam & studium uolũt. At. 277. b

Qui etiã si suffragãdi studia non nauãt, tamen afferunt petitori aliquid. Qu. de Pet. 207. b

Quam uellem Bruto studium tuum nauare po tuisses. At. 240.

At petitionis quidem tuæ ratio mihi semper explorata, sed tamen operam nauare uolebam. Ep. 250. b

Etsi minus in curia atq; in foro, ac in literis & libris, ut doctissimi ueteres fecerunt, nauare reip. & de moribus ac legibus scribere. Ep. 127. a

Sed si me audiant, nauēt aliam operam, aliam ineant gratiam. pro Cæl. 52. a

Nauare operam alicui, atq; ei sese uenditare. pro Dom. 243.

Nauare operam reipub. Ep. 159. b

Qui nauarat miles operã imperatori. de Clar. 191. a

NE, uarij usus est. de quo copiosè & planè in libro de Particulis. Sed genus hoc loquēdi, Ne plura, Ne multis, Ne lõgum faciã, non ita usitatum est nostris hominibus, ut olim fuit Romanis, qui potius omisso uerbo, dicebãt, Ne multis Ne plura, quàm, Ne plura dicã, Ne multis agã.

Ne multa, perquiritur à coactoribus inuenitur ea serrula &c. pro Clu. 55. b

Si peccat magis ineptijs, quàm improbitate peccat. sed ne plura. Ep. 202. b

Ne multa nihil me in illo itinere præter conscientiam meam delectauit. At.

Et ne lõgũ sit, omniũ uicinorũ summam esse in hunc beneuolentiã confirmamus. pro Clu.

Sic

Sic *Ne dicam*, dicebant Latini cum id maximè efferebant, quod his uerbis tacere uelle simulabant.
Doleo te in tam leues, ne dicam, in tam ineptas sententias incidisse. de N.13.a
Plerique peruersè, ne dicam impudēter, uolunt. Am.241.a
Gallia Bruti nutū ipsum, ne dicam imperium, sequitur. in A.241.a
Absfui simul cum repub. ne dicā maxima cum dignitate. pro Dom.230.b
NEDVM, non modo, quo minus.
Epistolæ nostræ tantum habent mysteriorum, ut eas ne librarijs quidem ferre committamus, nedum cuilibet At.67.a
Tamen in scelere religio non ualeret, nedum ualeat id quo ,&c. pro Dom.241.a
Homo priuatus uix facilè sese continet, &c. nedum isti non conquisituri sint aliquid sceleris. contra Rul.85.b item imò uerò etiam hoc magis.
Me uerò nihil istorū ne iuuenem quidem mouit unquam, nedum senem. Ep.145.a
Vix in ipsis tectis frigus uitatur, nedum in mari & uia sit facile abesse ab iniuria temporis. Ep.259.a
Ei non permitterem, ut illud faceret, &c. nedum nunc istud patiar, cum &c. de In.55.a
Optimis temporibus non potuerunt, &c. nedum his temporibus. pro Clu.37.b
NECTO, *tis*, de ijs quæ copulantur & coniungnntur, dicitur.

Videtis

Videtis ne, quanta series rerum sit. atque ut ex alio alia nectantur. de Leg.166.b

Quid non sic ex alio nectitur, ut non si unam literam moueris, labent omnia. Acad.6.b. de Fin.105.b

Cum causa causæ nexa rem ex se gignit. de Di. 106.b

Ex hoc genere causarum factũ à Stoicis nectitur. Top.225.b

NEFAS *esse, habere aliquid*, pro nõ licere, non satis increbuit.

Tibi licet, mihi nefas est obliuisci. Ep.256.a

Illi uerò dicebant id sibi nefas esse. in V.217.a

Mercurius quem Aegyptij nefas habẽt nominare. de N.70.b

Cælius putabat nefas esse publicanũ indicare contra publicanum. pro Flac.148.a

Si sceleratos interfici nefas esset. pro Mil. 105.a

Idque ab ijs nefas est decretum. At.8.a.& 7.b

Nefas dictũ est, miseram fuisse talem senectutem. de Sen.79.b

Nefas est, legi non obtemperare. de In.79.a

Is cui nihil unquam nefas fuit, nec in facinore, nec in libidine. pro Mil.115.

NEGANTIA *& aientia* Cicero eppellat, quæ recentiores Dialectici Affirmatiua & Negatiua. ut,

Deinde addunt coniunctionum negãtiam sic, non si hoc est & illud, hoc autem non, igitur illud. Top.225.b

NEMO *homo*, *Non nemo*, *Vnus nemo*, dixerunt Latini, quod nostri homines ignorare uiden-

E tur, cum

tur,cum nunquam sic loquuntur.
Per biduum nemo hominē homo cognouit. de N.45.a
Non nemo etiam in illo sacrario Reipub. in ipsa inquam curia nō nemo hostis fuit. pro Mur.
Cum esset nō nemo in senatu, qui diceret non oportere. pro Pomp.
Vt non nemo putaret. pro Cor.
Nam quod fortasse non nemo uestrū audierit istum à Syracusanis publicè laudari. in Ver.
Vnus omnes partes artis consequi nemo potuerit. ad Her.25.b

NEPOS Latinè nō cognatum aut cōsanguineum significat, quemadmodū uulgus putat: sed solū eum qui ex filio aut filia natus est.
Metellū multi filij, filiæ nepotes, neptes in rogum imposuerunt. Tusc.166.a
Qui nepos auum in discrimen capitis adduxerit. pro Deiot.144.a
Ex filia nepos. de Clar.189.a

NON *sum nescius*. modus loquendi Latinis fuit. qui nunc tritus parum est.
Iratum te regi Deiotaro fuisse, non erāt nescij. pro Deiot.145.a
Non sum nescius Crasse, ista inter Græcos dici solere. de Or.88.b.&
Non sum ignarus, quibus rebus.92.a
Neq; tamen hæc cum scribebam, eram nescius quantis oneribus premerere. Ep.67.a
Non eram nescius Brute. de Fin.49.a
Non sum nescius, quantum, &c. ad Her.21.a

Heus tu, ne fortè ſis neſcius, Dolobella me ſibi legauit, ad 4. non. Aprilis. At, 145. a

NIHIL DVM. pro Nondum, aut Nihil tum Latina conſuetudine uſurpatū olim, nunc uerò ab uſu prorſus intermiſſum.

Brunduſio nihil dum erat allatum. At. 155. b

A te nihil dum certi exquiro. At. 109. b

Eum nihil dum ſuſpicantem ad me uocaui. In C. 112 a

Sūmatim adhuc ad te, nihil dum enim ab Albo. At. 240. b

NOMEN quid propriè ſit, notum eſt ſatis: ſed ſignificabant quoq; Latini hac uoce id, cuius cauſa alicui pecuniam credebāt, aut cauſas ob quas, & perſonas quibus dediſſent, nominibus notabant: quos Articulos uulgò uocāt. appellāt enim Articulum, quo in expenſarum libro tanquam in capite aliquo certo creditæ pecuniæ continentur.

Homo ſtultiſsime & amētiſsime, tabulas cum cōficeres, & cum extrordinaria pecunia crimen ſubterfugere uelles, ſatis te elapſurum omni ſuſpicione arbitrabare, ſi quibus pecuniam credebas, ijs expenſum non ferres, neq; in tuas tabulas ullum nomen referres, quum tot tibi nominibus acceptum Curtij referrent: quod proderat tibi te expenſum illis non tuliſſe: in Ver.

Cum æris alieni aliquātum eſſet, relictum, quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret. pro Qu. 5. a. &

Moritur C. Quint9, qui tibi, ut ais, certis nomi-

 nibus

nibus grandem pecuniam debuit 6 b.
Nã aut bono nomine cẽtesimis cõtentus erat, aut non bono quaternos sperabat. At. 83.b
Nõ refert parua nomina in codicem, imò omneis summas. pro Qu.R.45 b
Leue hoc nomen HS. CCCLIII. sunt? ibidem.
Ego sum hoc assecutus, ut bonũ nomen existimer. Ep.63.b.&
Nomen erat sestertijs XXX.75.b
Etsi nomina iam facta sunt, uel induci, uel mutari possunt. At.228.a
Caninius nomina facit, negotium cõficit. Off. 63.b
Vtrum igitur me cõturbare oportet? an cæteris cũ cuiusq; dies uenerit hoc nomen quod urget, nũc cũ petitur, dissolueret. pro Plan. 273.b.
In nominibus esse, & in tabulis deberi. Topic. 222.a
Pecuniam alicui esse in nominibus numeratã non habere. in V.238.a
Exigere nomina sua, in V.81.a
NOMINATIM, idem quod Singulariter, cui Generatim opponitur. ut,
Non nominatim, sed generatim proscriptio est informata. At.175.a
N V B O. Sunt quædam loquendi formæ huius uerbi neq; nostris notæ, neq; à uulgo Grãmaticorũ notatæ. nã non solũ dixerũt Nubere alicui, sed cũ aliquo, & in domũ alicuius.
Parthorum filius, quo cum esset nupta regis Armeniorum soror. Ep.245.a
Viri

Viri, cum quibus nuptæ erant. in V.231.b
Cum mulier fuisset nupta cum eo, cui cõnubij ius non esset. Top.222.a.
Cui cum ex amplissimo genere in amplissimã familiam nupsisses. pro Cæl.44.b
Mulier in familiæ luctũ atq; in priuignorum funus nupsit. pro Clu.57.b

NVMERO pro Soluo, & ut uulgus loquitur, Satisfacio pecunia quam debeo, ueteres usurparũt: nos Dare pecuniam magis, quàm Numerare triuimus.
Numerare stipendium militibus. in P.98.b
Exponere & numerare pecuniã alicui. At.70.b.&
Nam numeratum, si cuperem, non erat.76.b
Si prætor dedit, à quæstore numerauit. pro Fla.155.b
Postridie rogarũt eum, cui numerari iuberet. Tusc.246.b
Atticus pecuniam numerauit de suo. At.262.a

NVMERVS. Aestimationem aut locum sæpe Latini hoc nomine significarunt. ut, Esse in numero aliquo, Venire in numerũ: quibus modis uestri rarò utuntur.
Quos aliquo uideo in numero oratorũ esse. de Clar.174.a.& 174.a
Esse in aliquo numero. Or.217.a
Esse aliquo numero. Ep.17.b
Esse in nullo numero. Or.162.b
Qui nullo in numero oratorum fuit. de Clar.175.a
Cum is tibi parentis numero fuisset. in V.64.b

Eo numero & loco.in V.155.b
Quidam in oratorum numerum uenire possunt.de Or.94.b
Is in aliquem patronorum numerum peruenerat.de Cla.187.a
Is aliquem numerum obtinebat.de Cla.180.a
Errantes stellæ numerum deorum obtinent. de N.69.b

Magnus numerus frumenti, uini. peruulgata non sunt.

Magnus numerus frumenti.pro Plan.272.b
Mellis uis maxima.in V.144.b.
Tantus frumẽti pecuniæq; numerus.in V.171.a
Maximus uini numerus fuit.in A.175.a

Numerus. Mensuram qua metimur, aut mo: dos in cãtu, aut uoces in oratione Latini hoc nomine notarunt. Barbari in cãtu Tactum & Concordantiam & Conuenientiam uocant.

Quicquid sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest à uersu numerus, qui Græ cè ἀριθμὸς dicitur. Or.203.a
Vt in musicis numeri & uoces & modi. de Or. 100.b
Numerus in cantu.de Leg.158.a
Vt in fidibus, si nullæ earum ita contentæ numeris sint, ut concentum seruare possint: omnes æquè incontentæ sunt.de Fin.125.a
Explere numeros & conficere uersus, eius est qui fidibus utitur. Acad.7.a
Aures hominũ uocẽ natura modulãtur ipsa, quod fieri non potest, nisi inest numerus in uoce: numerus autem in continuatione nullus est.

Ius est, distinctio & æqualium & sæpe uario-rum interuallorum percussio numerū con-ficit. de Or 610.a.&
Numerum in cadētibus guttis, quod interual-lis distingnuntur, notare possumus. ibid.
Isocrates uerbis solutis numeros primus ad-iunxit. Or.214.a
Modus & numerus in pede. Or.216.a.&
Histrio astrictus certa quadam numerorū mo-deratione & pedum. 107.b

NVNCIVS. Si ab obtimis Latinæ linguæ autoribus loqui discere uelis, quod recentio-res quidā, & omnes illiterati Nūcium neutro genere uocant, hoc est, rem quæ nunciatur, id tu masculino genere proferes. nā si non Cice-ro solum, sed & ante eum, & sua ætate omnes sunt locuti, ut,
De Qu. Fratre nūcij nobis tristes, nec uarij ue-nerant. At.47.b
Cum graues de Parthis nuncij uenirēt, perre-xit in Ciliciam. At.79.a
Nolite per deos immortales hunc illi acerbū nunciū uelle deferri, ut audiat. &c. pro Cor. 68.a
Quidam boni nuncij non optimis tamen au-toribus. At.105.a.&
Quidam boni nuncij me Thessalonicæ tene-bant. 44.a
Tristes de Bruto nuncij afferebantur. ad Brut. 90.b
At ex hoc uectigali nūquam malus nūcius au-ditus est, contra Rul.82.b

Item obseruãdum est. Nuncios eos non esse uocãdos, quorum munus est literas ferre, sed tabellarios. Nuntij mãdata tãtum perferebãt.

Philotimus nõ modo nullus uenit, sed ne per literas quidem: aut per nuncium certiorem facit me quid egerit. At. 184. b

Domesticarũ rerum tuarum habes & scriptores & nuncios. Ep. 19. a. item

Cæsarem quidam improbissimis literis ac fallacibus interpretibus nũcijsq́; corruperũt.

Optatissimi nũcij & literæ uenerũt in A. 261. b

Etsi non dubitabam, quin hãc epistolam multi nuncij fama denique ipsa esset sua celeritate superatura, tamẽ existimaui, &c. Quint. Fra. 289. b

A Cæsare hoc ipso. C. Pansa mihi nũcium perferente, cõcessos fasces laureatos tenui. pro Liga. 138. a

Is qui una die, uno nuncio, atq; una literarum significatione ciues Romanos necandos trucidandosq́; denotauit. pro Pomp. 5. a

Meis literis, meis nuncijs, meisq́; cohortationibus omnes ad patriæ præsidium excitaui. I. A. 262. a

O

OBDVRESCERE *ad, aut contra aliquid.* modus loquendi Latinis usitatus, nostris non item.

Sed iam ad ista obduruimus, & humanitatem omnem exuimus. At 204. b

Nisi diuturna desperatione rerũ obduruisset animus ad dolorem nouum. Ep. 26 b

Obdure-

Obdurescunt enim quotidie magis ad uocem tributi.ad Brut.289.a
Obduruisseq́ȝ se contra fortunam arbitrātur. Tus.205.a
OBEO. Sublatum omnino hoc uerbum de lingua Latina uidetur.ita pauci sunt qui utuntur.putant enim usitatum non fuisse, nisi coniunctum morti,aut dici.pro mori:sed aliis reb. præterea multis tribuitur, quæ omnes duabus penè significationibus continentur. Propria est,cum idem ualeat quod Circumire, inspiciendæ aut efficiendæ alicuius rei causa, locisq́ȝ potissimum tribuitur.
Cur ipse Pythagoras & Aegyptum lustrauit, & Persarum magos adiit, cur tantas regiones Barbarorum pedibus obiit:de Fin.145.a
Cum obierit Legatus Aegyptum & Syriam. de Som.127.
Vt nostras uillas obire,& mecum lecticula concursare posses.Ep.95.b
Cui nostrum non licet fundos suos obire: aut res rusticas inuisere:de Or.106.b
Obire omnes prouincias.contra Rul.75.a
Quo facilius & nostras obire domos, & ipse à suis coli posset.pro Cæl.41.a
Ego Siciliam totam quinquaginta diebus obii.in V.153.b
Altera nota est,cum tribuatur rebus aut negotiis quæ exequimur aut peragimus.
Quantum cæteris ad res suas obeundas conceditur temporis.pro Arch.188.a
Cum neq́ȝ priuatam rem maritimam, neq́ȝ pu-

blicam iam obire possemus. pro Pom.14.a
Obire negotia. pro Pom.10.b
Qui tantum modò reciperet, quantum uideret se obire posse. Qu. de Pet. 121.a
Id enim, etsi erat deliberationis, tamen obire non potui, id est, mare transire. At.128.b
Tantum restitisset urbis, quantum flamma obire non potuisset. in C.116.b

Sic, *Tempus, iudicium, comitia obire*, pro Adesse, ut aut præstemus, aut peragamus quod debem9.
Iudicia priuata magnarũ rerũ obire. de Or.99.a
Obieris Qu. Fratris comitia. At.3.a.&
Obire auctionis diem facilè poteris. 208.a
Eoq; magis, quòd his proximis Non. cum in hortos D. Bruti Aug. commentandi causa, ut assolet, uenissemus, tu non affuisti, qui diligentissimè semper illum diem & illud munus solitus esses obire. de Am.96.b
Annum petitionis suæ non obierunt. Ep.159.b
Multa mihi ipsi ad mortem tam tẽpestiua fuerunt, quæ utinã potuissem obire. Tus.172.a
Antonius diem edicti obire neglexit. in A.187.a
Nec ulla uitiorum sacra solennia obeunto. de Leg.173.a
Quam concionem Clodius, nisi obire facinoris locum tempusq; uoluisset, unquam reliquisset. pro Mil.106.b

Sic *obire* pro occidere. unde *Obitus*.
In oriẽtis aut obeũtis solis partib. de Som.129.b
Qui siderum ortus, obitus, motusq; cognouerunt. de D.107.a.& (cit.116.a
Natura omniũ rerũ interitus atq; obitus confi

Qui dies post obitum occasumq; nostrũ reip. primus illuxit. in P.86.b

Obitus filiæ tuæ. Ep.49.b.&

Obitus consulum. 172.a

OBLIGARE. Propria uis & nota est Circumligare, si sic loqui liceret, aut Ligare, ut uulnus, & eius generis alia. sic enim Cicero ait, Aesculapius qui primus uulnus obligauisse dicitur. de N.71.a. Tus.185.a. Sed crebrò usi sunt pro Obstringere, quod nunc non adeò apud omnes increbuisse uidetur.

Obligẽtur nõ solũ iurisiurãdi atq; æstimationis periculo, sed etiã cõmuni sentẽtia. in V.144.b.

Magis illum pro quo spopondi, quàm me obligaui. ad Brut.289.a (8.b

Obligare aliquẽ secũdo militiæ sacramẽto. off.

Multi quorum pro salute se hic Syllæ obligauit. pro Syl.180.b

Num is qui mancipio dedit, ob eam rem se ulla re obligauit. Top.224.b

obligatus in eadem significatione.

Patria & parentes cuius beneficijs obligati sumus. off.12.a

Te ita existimare uolo, quibuscunq; rebus Atticum obstrinxeris, ijsdem me tibi obligatum fore. Ep.212.a

Magno beneficio eius, magnoq; merito sum obligatus. Ep.175.b

OBSEQVIVM. Reconditus sensus est in hoc nomine, neq; significat quod uulgò putatur, Ministerium, aut Cultum, aut Reuerentiam quã alicui exhibem9: sed ut obsequor id exprimit,

primit,quod uulgò dicitur,Facere quod alicui placet,& Accõmodare se ad alicuius nutum & uoluntatem, sic Obsequium eam facultatem qua alicuius uoluntati seruimus.

Omne meum obsequium in illum fuit cum multa seueritate. At.157.a

Obsequia in homines.de Leg.164.b

Comprehendere multos amicitia, tueri obsequio.pro Cæl.40.a

Abuti obsequio alicui9 ad omnes res.Ep.152.b

Itaq; effeci omni obsequio, ut neutri illorum quisquam esset me charior. At.98.b

OBSERVANS,*obseruantia*,*obseruo*. Si hæc satis peruulgata essent,indoctiores non dicerẽt, In honore habere, tenere aliquem: neq; Obseruans & Obseruantia id significat, quod indoctum uulgus Monachorum fratres uidelicet, quos Obseruantes,aut de Obseruãtia uocant: sed Obseruans alicuius hominis dicitur is, qui colit & amet aliquem. Obseruantia, honoris exhibitio. Sic Obseruare,honorem exibere.

Obseruandißimus uerò pro eo quem maximè obseruare,aut cui obseruãtiam debemus: non extat apud Ciceronem.sic enim nunquam scripsit,ut nunc uulgus, Domino meo obseruandissimo, colendissimo, reuerendissimo: quæ barbara omnia sunt:sed,Quem obseruare, colere,uereri maximè,& in primis debeo.

Colere & obseruare aliquem. Ep.48.a

Qui me sicut alterum parentem & obseruat, & diligit. Ep.65.a

Neq; hoc liberis nostris interdicendum est, ne obseruent

obseruent tribules suos, ne diligant· pro Plan.267.a
Aulus Fusius obseruātissimus nostri. Ep.203.a
Cognoui te mei ita cupidum, ut paucos æquè amantes atque obseruantes me habere existimem. At.262 a
Sex. Aufidius obseruantia qua me colit, accedit ad proximos. Ep.199.b
Amicos obseruantia, rem parsimonia retinere· pro Quint.10.b
Mea tibi obseruātia nunquam defuit. Ep.64.b

OBSIGNO Quanta in obscuritate uersatur hoc uerbum, loquuntur, uel me tacente, ea quæ uulgus, & usu triuit, ut rem quam obsigno notat, exprimerēt. Hinc Subscribere. hinc Sigillum suum appendere, Chirographū suum subscribere, Suum sigillum addere, & similia multa· Latini uerò hoc uerbo significabant, Impressione signi aut testari & confirmare aliquid, aut occludere.

Lex tabulas iudicum signis obsignari iubet. pro Flac.150.b
Cum obsignes tabulas clientis tui, quibus id sit scriptum, quo ille capiatur. de Or.99.a
Decretum quod obsignatum est ab amplissimis uiris. At.262.b.&
Decretum quod ego obsignaui cum multis amplissimis uiris.264.a
Eius rei conditionisq; tabellas obsignauerunt uiri boni plures. pro Qu.12.a
Obsignare tabellas signis amicorum. in Verr. 256.b.&

Quòd

Quòd tum codicem obsignassem.106.b
Quæ cognoui egomet apud istum in ædibus, cum obsignandi causa uenissem.in V.86.a
Hæc quæ est á nobis prolata laudatio, obsignàta erat creta illa Asiatica, qua utũtur omnes in publicis&priuatis literis.pro Flac.154 a.&
Nostra igitur laudatio cõsignata creta est.ibid.
Curij testamentum, Ciceronum signis obsignatum. At.100.b
Occludere,& signo cauere ne effringatur ut, Epistolã obsignare:q̃d uulgò Claudere dicitur.
Furacem seruum solum esse, cui domi nihil nec obsignatum sit, nec occlusum.de Or.131.a
Literas obsignandas publico signo curaui. in V.232.b
Obsignata iam epistola, superiore quàm &c. At.122.& 64.b.&
Obsignaram iam epistolam meã, quam te puto perlegisse.73.b.&
Admiratus sum, ut uidi epistolam obsignatam breuitatem eius.97.a
Quædam matrona uisa est in quiete obsignatam habere naturam, &c. nam inane obsignari nihil solere.de D.138.a
Obsignare lagenas inanes. Ep.266.b
OBSTRVO. Quòd magis in obseruatione quã præceptione linguæ Latinæ studiũ positum sit, hoc uerbum satis declarat. quis enim ex uulgaribus præceptis, nisi multũ studioseq́ in bonis autoribus uersat9 diceret, Obstruere luminibus: sic enim cõsuetudine potius, quàm ratione Latini sunt locuti. q̃d Germanico latinè nunc

nè nunc uulgò dicitur, Capere alicui lumē, aut lucem, Prospectum alicui capere. Latini uerò hoc modo.

Primò se luminibus eius obstructurum esse minabatur. pro Dom.236.a

Sic Catonis luminib. obstruxit hæc posteriorū, quasi exaggerata altius oratio. pro Clu.70.b

OBTESTOR. Hoc uerbo ueteres quasi supplices obsecrabant, & implorabant alicuius auxilium: quod cum rarius nunc uulgus utitur, peruulgandum esse censui.

Vestram fidem obtestor, misericordiam imploro. pro Mur.144.b

Quem enim alium appellem? quem obtester? quem implorem? pro Flac.146.b

Iure igitur uos obtestor, quos mihi & debere, & posse intelligo opitulari. Antequam.195.a

Idq; ut facias te obtestor, atq; obsecro. pro Sest.28.b

OBTINEO, pro Teneo & habeo. ut prouinciam, insulam, academiam, principatum, aut aliquam rem.

Verrem totam insulam obtinebat. Cyclops Aetnam solam tenuisse dicitur. in V.265.b

Obtinere prouinciam cum imperio. Ep.12.b

Suam quisq; domū obtinebat tum. in A.169.b

Salustio Africā interiorē obtinente. in Sal.275.a

Academiam Carneades & Clitomachus obtinebant. de Or.88.b

Q. Hortensius, qui hoc iudicio partes accusatoris obtinet. pro Qu.1.b

Sol qui astrorū obtinet principatum. de N.55.b

Obtinemus

obtinemus ipsius Cæsaris summam erga nos humanitatem. Ep.57.a
Quorum alter apud me parentis grauitatem, alter filij suauitatē obtinebat, pro Syl.170.a
Calamitas mihi maledicti locum, aut criminis obtinebit. pro Dom.250.b
Necessitudinē quæ est nobis cum publicanis, obtinere & cōseruare possumus. Q.Fr.297.a
OBTINGIT, quod sortibus cōtingit alicui. Vulgus dicit, Hoc mihi cecidit. obuenit idem significat.
Cum tibi Aquaria prouincia sorte obtigisset. in Vat.31.a
Quod cuique obtigit, id quisque teneat. Off.5.a
Quam mihi obtigisse dicis σπάρταν, nunquam deseram. At.20.a
Cum optatissimum nunciū accepissem, te mihi quæstorem obtigisse. Ep.29.b
Deinde si quid obtigerit, æquo animo paratoque moriar. in C.118.b
Cum ei obtigisset, ut bellum gereret cum rege Perse. de D.101.b.&
Talia cuique exta esse, qualis cuique obtigerit hostia.116.a
OBTVTVS, Videndi uis & aciei oculorum actio, quam recentiores Visum appellarunt: sed Cicero Visum, sensum uidendi aut cernendi, uel obtutum uocauit.
Quodam obtutu oculorum duo lucernæ lumina pro uno uideri. de D.135.b
Cum idem obtutus esset amborum oculorum de N.61.b

Qui uultum eius obtutumq; oculorum in co- gitando probe nosset. de. Or. 144. a
Animus oculorũ effugit obtutum. de Vn. 159 b
Oculorum obtutus. Off. 29. b
Oculorum coniectus. pro Plan. 263. a
Figere obtutum aliquò. de N. 47. a
Fortibus oculis spectare aliquem. At. 242. b
Obtutũ in cauda maioris figere dicas. de Na. 47. a

OBVERSARI *aliquid ante oculos, aut alicui*, usi- tarum nunc non est, itaque usum ab obtimis discamus.
Sed mihi obuersatur ante oculos reip. digni- tas. pro Sest. 4. a
Respub. obuersatur ante oculos extermina- toris sui. pro. Dom. 242. b
Obuersentur species honestae animo. Tus. 186. a
Nonne ipsa ueritas & grauis & recta ratio mi- hi obuersetur? Acad. 35. a

OCCVRRO, Cum obuiam eo alicui, aut uenio ad aliquem, aut aliquid, significat. notũ & peruulgatum non est. ut.
Scripsi ad eum, ut mihi Heracleam occurreret. At. 176. b
Cur nõ antè occurrit, ne in uilla resideret? pro Mil. 111. a
Non quo me ad tẽpus occursurum putarem, sed, &c. in A. 154 b
Occurrens ad Lentulum. A. 124. a

Hinc, *Occurrere aliquem. aut aliquid alicui rei.* pro quo uulgus Anteuertere, Præuenire: sed usu multum differũt, ut in differentijs ostẽdemus.

Sed ego occurrā expectationi uestræ iudices etiam &c. pro Clu.30.b
Bruti erit officium, occurrere ei. Ep.153.a
Futura quoq;, nisi antè sit occursum explores, ne se insinuent. At.286.a
Chrysippus illi rationi sic occurrit. de Fa.148.b
Varietas occurrit satietati. Or.214.b
Consilijs Catilinæ occurri atque obstiti. in C. 114.b
Huic loco sic soletis occurrere. de N.73.b

OFFENDO. Propria uis huius uerbi uulgò non nota est. pro eo enim introduxerunt, Trudere se ad aliquid, Impingere ad aliquid. Latini uerò sic loqui sunt soliti.
Quis est tam Lynceus, qui in tātis tenebris nihil offendat? nusquam incurrat? Ep.126.b
Is ex equo cecidit, & latus offendit uehemēter. pro Clu.54.b

Offensio.

Corporū offensiones sine culpa accipere possunt, animorum non item. Tusc.215.b
Quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis & sternutamenta erunt obseruanda. de D.126.a
In fragili corpore odiosa est omnis offensio. de Sen.90.b

OFFERRE *se alicui rei, aut ad aliquid:* quod Barbari proferunt per, Præsentari alicui suum officium, suam uitam, aut quod suum est ad aliquid.
Cur mihi te offers. At.157.a
Qui obtulerunt hanc prædam Chrysogono. pro S.R.56.a

Vltrò se offerre alicui, & proijcere se. pro Cæl. 41.b
Qui se pro salute uestra obtulerint inuidiæ periculisq; omnibus. in C.117.a
Offerre alicui quod ipse sibi optare deberet.
Vir fortis se acriter morti offerēs. pro S.R.57.b
Sed tamen obtulit se ad ferramēta prospicienda. pro Syl.b
OFFICERE *luminibus*, ferè idē est quod obstruere luminibus. hoc est, Obscurare lumen: quo minus illustret ædificia. idē enim uulgus quoque per capere lumen dicit.
Demoliri ædes, quarum altitudo officeret auspicijs. Off.65.a
Nec mētis quasi luminibus officit altitudo fortunæ. pro R.129.b
Cuicunq; particulæ cœli officeretur, quamuis esset procul, mutata lumina putabāt. de Or. 99.b
Sic, *Apricanti, aut alicui officere*, significat id quod uulgò dicitur, Stare aliquem in sole, in lumine.
Offecerat uidelicet apricanti. Tusc.246.b
Vmbra terræ soli officiens, noctem efficit. de N.55.b
OFFVNDERE *tenebras*. pro, Obscurare aliquid. sæpe Cicero, qui latinè optimè locutus est, usurpauit: nunc maximas tenebras barbaries ei offundit.
Si quid tenebrarū offudit exilium. Tusc.263.a
Quod in naufragio reipub. tenebris offusis demerso populo. pro Dom.241.a
Tu tuis maioribus uitæ, quam turpiter egisti,

magnas offudisti tenebras.in Salust.272.b
Hic error & hæc indoctorũ animis offusa caligo est. Tusc.229.a
Philosophia quæ lucem eriperet, & quasi noctem quandam rebus offunderet. de Na.3.a
Ergo ut illis aqua, sic illis aer crassus offunditur. Acad.20.b

OMNES, Sæpe significarunt Latini hoc nomine idem quod uoce Totus: quod nunc longa consuetudine intermissum est.
Omne cœlũ totamq; cum uniuerso mari terram mente complecti.de Fin.88.a
Si tibi persuaseris, nõ esse tui numeris, si quid rogatus fueris, ut facias, sed totũ tuum esse, omne onus perficies. Ep.86.a
Totum palatium erat ciuitate omni, cũcta Italia refertum.in P.81.b
Tota mẽte atq; omni animo intueri aliquem. de Or.117.a
In profundẽda uoce omne corpus intẽditur. Tusc.187.a
Sanguis per uenas in omne corpus diffunditur.de N.45.a

OPACO, Vmbra tego, Vmbram facio. tritum satis non est.
Sol ita mouetur, ut terras modò his, modò illis partibus opacet.de N.35.a.&
Cum terras nox opacasset.45 a
Platanus ad opacandum aliquem locum patulis diffusa ramis.de Or.87.a

Opacus, Vmbra tectus, coopertus, cui opponitur Apricus,

Locus

Locus opacus)(Locus apricus·Part.233.a
Locus opacus & frigidus in sylua.de Or. 144.b
In uiridi & opaca ripa in ambulare,de Le. 159.a
Opaca nubes.in Arat.

OPERAE, *arum*. Hoc nomine cōductā multitudinē Latini appellabāt,qua aut efficiebant aliquid operis, aut uim alicui afferre uolebāt: quod nunc paucis notum esse uidetur.

Quātum paucæ operæ & mercedes fabrorum tulerunt.in V.106.a
Operæ mercenariæ, multitudo cōducta. in A. 157.a.&
Publicis operis disturbare domū aliquā.155.a
Nauem tibi operis publicis esse ædificatam.in V.245.a
Operas suas Clodius cōfirmat,manus ad Quirinalia paratur.Qu.Fr.308.b
Plancius in operas plurimos misit. pro Planc. 268.b
Erat mihi contētio cum operis conductis pro Sest.11.a.&
Is uenditabat se operis,à quibus.6.b
Operæ Clodianæ pontes occupauerūt. Attic. 6.b.&
Qui erant mecum, facile operas àditu prohibuurunt 56.a

OPORTVNITAS. Multos iam fugit. Oportunitatis uocabulo idem ueteres sæpe significasse,quod Cummoditatis,aut Vtilitatis.
Amicitia plurimas oportunitates babet. de Am.99.b
Cū ad ceteras summas utilitates hæc quoque

oportunitas adiungatur. pro Pomp. 13. b
Considera, quæ sit utilitas, quæque oportunitas in homine membrorum. de Nat. 19. b. & 57. a. b. &
Natura prouida utilitatum oportunitatumque omnium. At. 120. a
Enumerari non possunt fluminum oportunitates de N. 52
Omitto oportunitates habilitatesque reliqui corporis. de Leg. 161. b
Itaque hac oportunitate annuli usus, reginæ stuprum intulit. Off 59. b
Sic *Oportunum* pro Commodo.
Cæteræ res quæ expetuntur, oportunæ sunt singulæ rebus ferè singulis, diuitiæ ut utare, opes ut colere. de Am 100. a
OPTIME. Cicero sæpe eo uerbo solo, sine adiunctione aliorum: significat, quod pluribus explicaremus: Benè se habet, Optimè: aut, Benè dicis, Optimè facis.
Non me quidem, inquit, sed sapientem dico scire. optimè, nempe ista scire, &c. Qu. Fr. 311. a
Homo ingeniosus & peracutus, optimè, inquit, nempe scriptum ita est. Acad. 29. a
Optimè uerò, inquam, etenim & ipse Cotta sic disputat. in Ver 154. a. de D 81. b
Tribuni nobis sunt amici, consules se optimè ostendunt, prætores habemus amicissimos. Ep. 57. b. Qu. Fr. 305. a
OPVS, *eris*. Peruulgatum nunc minimè est significari hoc nomine id quod arte aliqua insigni effectum est.
Hæc

Hæc omni antiquo opere & summo artificio facta.in Ver.201.b
Quarum iste non opere delectatur, sed pōdere.in V.229.a.&
Hydria præclaro opere, grandi pondere.206 b
Galeæ cælatæ operæ Corinthio.in Ver.223.a
Exornare sepulchrum opere tectorio. de Leg. 185.a
Stragulum magnificis operibus pictum. Tusc. 240.a
Erit igitur extructa moles opere magnifico, incisæq; literæ.in A.264.a

ORBIS. Orbem saltatoriū Cicero appellat, quam Barbari Rotundam choream.
Cum illum suum saltatorium uersaret orbem. in P.84.a

ORDINE, *aut ex ordine aliquid facere*, idem ualet: quod Facere id quod & quomodo aliquid debet. Extra ordinem aliquid fieri, quod aut quemadmodum non decet fieri aliquid.
Domestica ordine administrantur. At.161.a
Rectè, ordine, è republica facere aliquid. in V. 191.a
Rectè atq; ordine aliquid factum esse.pro Qu. 4.b
Vt quisq; ætate antecedebat, ita sententiam dicebat ex ordine.in V.255.a
Quam tu mihi ex ordine de legis scripto recita populi Rom. actionem contra Rul.75.b
Collocare aliquid ex ordine.ad Her.22.a.&
Item putamus oportere ex ordine hos locos habere.25.b

Aliquem rectè atque ordine exque repub. fecisse & facere. in A 191.a

Literas Bruti rectè & ordine scriptas uideri. in A. 201.a

Plurima bella Cn. Pompeio extra ordinē sunt commissa. pro Dom. 216.b

Negat oportere quicquam uni extra ordinē decerni. ibid.

Cum prouinciam extra ordinem decernebāt. de Pro. 75.a

Iudicem pecuniam ab reo clàm atque extra ordinem accepisse. Pro Cluen. 35.b

ORTVS. Nomen hoc quo Latini signabant originē & initium alicuius, ita nunc temporibus obscuratū est, ut sublatum de lingua putetur. ut itaque è tenebris reuocetur, à Cicerone usum discamus.

Non solum nobis nati sumus: sed ortus nostri partem patria, partem parentes uēdicant. Off. 5.a

Cato ortu Tusculanus fuit, ciuitate Romanus. de Leg. 170.a

Simulacrum solis ortum curiamque cōspiciens. in C. 115.a

Quæ ortum hebere gignique diximus. de Vniu. 155.b. &

Quod semper est, neque ullum habet ortum. ibidem. &

Mundum nullo ortu fuisse generatum. ibid.

Sol ab ortu ad occasum commeans. de N. 35.b

Signorum ortus & obitus seruant de In. 54.a

Siderū ortus obitusque cognoscere. de D. 107.b

Ortus

Ortus occasusq́ siderum non fieri eodem tempore apud omnes de D.127.b

OS. pro Impudentia aut temeritate, in ore nunc paucis est: pro eo uulgus nunc Faciem dicit, aut Oculos.

Video P.C in me omnium uestrum ora atq; oculos esse conuersos in C 118.a

Mihi uidetur ore durissimo esse, qui presente Roscio gestū agere conetur. pro Quint.14.a

Os suum alicui tradere. pro S.R.41.b

Præbere os alicui ad malè audiendum. At.17.a.&

Tu, cuius mihi os ante oculos solet uersari.91.b Sic etiam Conspectum significat.

Ora iudicum aspicere, & os suum populo ostendere in V.76.b

OTIVM. Latini sæpe significabāt hoc nomine tempus, quo aut bellum non erat, aut etiam quo externarum rerum curis uacabant, literisq́ operam dabant.

Ergo tunc cum bello fugitiuorum tota Italia arderet, Cn. Norbanus summo in otio fuit. in V.257.a

Si antea auditum erit, otium esse in Syria. Epist. 28.b

Tempus studiorum, uacuum aliis curis.

Honesta studia per otium concelebrata ab optimis uiris. de In 42.b

Philosophi in angulis otium consumūt. de Or. 89.b

Græci nō solum ingenio & doctrina, sed etiam otio studioq́ abundantes. de Or.86.b

Istam oscitantem & dormitantem sapientiam Scæuolarum, & cæterorum beatorum otio concedamus.de Or.121.b
In studijs cognoscendi semper aliquid atque discendi, remoti ab oculis populi omne otium tempusq; contriuimus.de Am.115.b

Otiosus in utraq; significatione.

Quidam enim non modò armatis, sed interdum etiam otiosis minabantur.in A.155.b
Quo in studio hominum ingeniosissimorum et otiosissimorũ totas ætates uidemus esse contritas.de Or.105.b

Otiosi dies dicuntur ij quibus populus otiatur, quos Festos uocamus.

Idq; perficiam his supplicationum otiosis diebus.Qu.Fr.527.a

P

PAR. Similitudo propriè hoc nomine notatur: sed quidam modi sunt loquẽdi non usitati nostris, ut ueteribꝰ, præsertim cum consequantur uoces Ac, Atq;, Et, Cum: quos ut discamus, exempla subijciam.

Neq; mihi par ratio cum Lucilio est ac tecum fuit.de N.60.a
Si par in nobis atq; in illo scientia fuisset.de In.61.b
Omnia fuisse in Themistocle paria & Coriolano, de Cla.163.b
Quædam sunt mihi paria cum illo, quædam superiora de Clar.184.b
Libertate esse parem cum cæteris, principem dignitate.in A.159.a

Mihi

Mihi omnia paria cum illo sunt.pro Lig.141.a
Sic *Pariter atq;* pro Aequè, *atque & pariter* pro æquè aut pari modo.
Qui domi tuæ uidet pariter accusatorum atque iudicum consociatos greges. Parad.124.a
Nam & lætamur amicorum lætitia æquè ac nostra, & pariter dolemus angoribus. de Fin.63.a
Sed ea non pariter omnes egemus. Off 39.a
Vt nostra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolētiæ pariter æqualiterque respondeat. Am.106 b
Pariter cum, pro Vnà cum.
Vt ille qui hæc non uidit, & uixisse cum repub. pariter & cum illa simul extinctus esse uideatur. de Or.143.b
Pariter cum uita sensus amittitur. Tus.155.a
Tua laus pariter cū republica cecidit. Off.42.b
Animus uoluptatē pariter cum corpore percipit. Tus.174.a
Studia doctrinæ quæ pariter cum ætate crescunt. de Sen.87.b
Respub. me secum pariter reportauit. Post quam.112.a
PARS. Varium usum habet hoc nomen in lingua Latina: modi uerò qui ignorantur, plurimi sunt.ut. Magna ex parte, maiore, maxima ex parte: &, magna parte.
His locis plerunque omnibus maiore aut parte semper poterit uti. de In.78.a
Aut omnino, aut magna ex parte liberatus. Tus.148.a. &

Tibi nos,ut antea magna ex parte,sic nunc penitus totosq; tradidimus.229.a
Si magna parte quidem ad uerum ipsum accedunt.Acad.10.b.&
Si ex omni parte eiusdem modi sint.11.a
Ex maxima parte. Ep.146.a
Ex maiore parte plerasq; res nominari. Tuscul.232.b
Si multo maiore & grauiore ex parte bona propendent. Tus.245.a
Cuius mors te aliqua ex parte releuauit. pro Flac 154.a
Quod ab ijs uerè quadam ex parte, non totum dicitur. Or.214.a

Sic *Magnam partem*, crebrum est apud bonos autores,pro Magna parte,aut Magna ex parte.

Magnam partem ex iambis nostra constat oratio. Orat.215.b
Stoici magnam partem in his partiendis occupati sunt. Tus.211.a
Nam mulieres filijq; parui &c.itineribus necessarijs, aut magnā partem tectis ac tenebris continebantur. Post.199.b
Etsi abfui magnam partem consulatus tui. Ep. 47.b
Amabo te,cura hoc:soles libenter,ut ego,maiorem partem nihil curare.Ep.119 b
Cum magnam partem noctis uigilasses. de D. 95.a
Maiorem partem diei sedere alicui.in V.212.a
Remis magnam partem. id est, nauigaui. At. 225.a

Nullam

Nullam partē noctis requiescere. pro S.R.35.a

In partem aliquam, latè quoq; patet: sed exempla usum ostendent.

Hoc tua nullam in partem multum interest. Ep.202.a

Moueor his rebus omnibus, sed in eam partem ut salui sint nobiscum omnes. in C.118.a

Magna uis est in fortuna in utramq; partem, uel ad secundas res, uel aduersas. Off.36.b

Durum hoc fortasse uideatur, neq; ego ullam in partem disputo. in V.237.a

In eam partem potius peccāt, quæ cautior est. pro S.R.27.a

In hanc partem errare malo, ut faciam &c. Ep. 221.b

In hanc partem tutum erit tibi gratificari. in Appium. Ep.115.b

Accipere aliquid in optimam partem. At.156.a

Quæ profectò in optimam partem accipies. Ep.168.a

Id ego in eam partem accepi, hæc oppida &c. At.117.b

Mitiorem in partem interpretare. pro Mur. 139.b

Alter multos planè in omnes partes fefellit. pro Sest.7.a

Præcepta quibus in omnes partes usus uitæ confirmari possit. Off.2.b

Cum suspicarer multum interesse rei familiaris tuæ, te quàmprimum, idq; in omnes partes ualere. Ep.55.a

Partes alicuius dicūtur quoq; distributa offi/

cia, hoc

cia, hoc est, quod uulgus uices appellat.
Suscipere officia & partes pro dignitate alicuius. Ep.44.a
Si erit bellum, ut uideo fore, partes meæ non desiderabuntur. At.117.a
Ac maximè partes istius officij sunt pueri Ciceronis. de Orat.111.a
De mea beneuolentia erga te, etsi potes ex eodem Phania cognoscere, tamen uidentur etiam aliquæ partes meæ. Ep.50.b
Sed certæ hæ partes fuerunt tuæ de illustranda oratione ut diceres. de Or.156.a
Sed cur impedimus Antonium? cuius audio esse partes &c. de Or.111.a
Sed trãsactis iam meis partibus, ad Antonium audiendum uenistis. de Or.110.a
Iudicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra. At.162.a
Næ multo uestræ maiores grauioresq; partes sunt ad cogitandum, quàm ad dicendum meæ. pro Fon.278.b
Qu. Hortensius, qui hoc iudicio partes accusatoris obtinet. pro Quin.1.b

Sic *Partes* in Actionibus aut Sermonibus personæ dicuntur, quæ loquuntur.

Cum te ex fratre meo, ne tum quidem, cum tibi propè esset eas agere partes, inimicum mihi fuisse cognoscem. Ep.41.a
Nobis à natura constantiæ, moderationis, temperantiæ partes datæ sunt. Off.20.a
Tibi dedi partes Antiochianas, mihi sumpsi Philonis. Ep.130.a

ego

Ego has partes lenitatis & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter: illam uerò grauitatis seueritatisq; personam non appetiui, sed à rep. mihi impositam sustinui. pro Mur. 125. a

Nisi hanc personam & has partes possem sustinere. de Ar. 258. a

De me autem suscipe paulisper partes meas, & eum te esse finge, qui ego sum. Ep. 44. a

Quis unquam Græcus, comœdiam scripsit, in qua seruus primarum partium non Lydus esset? pro Flac. 160. a

An meæ partes in ea causa non præcipuè fuerunt? pro Dom. 215. a

Munus hoc meum non est, cum meæ partes sunt hospitum recipiendorum, id libenter facio. in V. 89. a

Et suscipere partes suas. At. 103. & 104. a

Quid de auguribus loquar? tuæ partes sunt, tuum inquam auspiciorum patrocinium debet esse. de D. 101 b

Cum tuas partes suscipio, cur tuum onus fusti neo? in V. 218. b

Suscipere officia & partes pro aliquo. Ep. 40. a

Vt in actoribus Græcis fieri uidemus, sæpe illum qui est secundarum aut tertiarum partium, cū posit aliquod clarius dicere, quàm ipse primarum, multum summittere, ut ille princeps quàm maximè excellat. in V. 62. a

Pars eleganter omittitur, cum primas, secundas, aut numerus additur.

Huic primas dedisse Demosthenes dicitur, huic secundas,

ſecundas,huic tertias.de Orat.162.b.&

Demoſthenes tribuit & primas & ſecundas a/ctioni. Or.202.b

Pericles cui primæ ſine controuerſia deferebantur.

Et ſi utriq; primas. priores tamen deferũt Lælio.de Clar.172.a

Velleius,ad quem tum Epicurei primas deferebant.item.

Primas in cauſis agebat Hortenſius.de Cla.193.b.&

Hortenſius facilè primas tenebat.196.a

Ex his illi duo facilè primas tulerunt. de Clar.182.a

*Pro mea parte,aut pro aliqua parte aliquid facere,*ſignificat, Quãtũ meæ partes,aut res aliqua pmittit. efficere, Quãtũ alicui uideatur. Quãtũ poteſt.

Omnia iſta perinde,ut cuiq; data ſunt pro rata parte, à uita longa aut breuia dicuntur. Tuſc.168.a

In his artibus pro mea parte uerſor, quarum ille princeps fuit.in V.219.a

Ego pro mea,tu pro tua, pro ſua quiſque parte ferre potuiſſet.Ep.252.b

Ac debeo pro ciuili parte rẽpub. uelle ſaluam. Ep.180.a

Pro illa tenui infirmaq; parte nobilitatem defendi.pro S R.41.a

Omnes qui adſunt,pro ſua parte atq; autoritate defendunt.pro Syl 167.b

PAX.Pace alicuius aliquid dicere., Latinis proprius modus loquẽdi: pro quo multi nũc dicunt,

dicũt, Non ægrè feres quod dicã. Quod etiam alio modo protulerunt ut, Accipies in bonam partem.

Pace mihi liceat cœlestes dicere uestra, &c. de N.17.a

Cuius ego iudicium (pace tua dixerim) longè antepono tuo. Tusc. 250.b. & de Leg. 190.a

Tu uix ullam cæteris oratoribus (pace magistri dixerim) laudem reliquisti. de Or. 91.a

Pace magistri dixerim. de Fat. 141.

Peccauit igitur (pace uel Quirini uel Romuli dixerim) Off. 60.b

Bona tua uenia dixerim. de Leg. 191.a

Equites ordini Senatorio concordia coniunctissimos esse cupio. pro Clu. 50.a

Pace tua patria dixerim (metuo enim ne scelerate dicam in te. quod pro Milone dicã piè) pro Mil. 121.b

PECCO. Peccare aliquid, non usitatũ est nunc multis. Sed cum his tantum uocibus aut similib. iungas oportet. Aliquid, Quid, Multũ, nihil.

Siquid in te peccaui, ac potius quoniam peccaui, ignosce: in me enim ipsum peccaui uehementius. Att. 46.a

At ego te uerissimè dixerim peccare nihil. Item Xenophon eadem ferè peccat. de N. 28.b

Non multum peccas, inquit ille. pro Mur. 138.b

PEIVS *odisse*, Locutio latinis propria quã multi proferunt per Magis, aut Plus.

Quo neminem peius odi. in A. 235.a

Oderam multo peius hũc, quàm illum ipsum

Clodium. Epistol. Famil. 96.a

PENDERE. Propria uis nota. Sed cõiungi etiam ablatiuo, tam sine, quàm cum præpositione uulgatum non est. non solum dicitur pendere ex aliqua re, sed etiam aliqua re. ut,
Promissis ijs quæ ostendis, non ualde pẽdeo. Q. Fr. 325.b
Salus nostra quæ spe exigua extremaq; pendet. pro Mur. 146.b
Suspẽsus & incertus obscura spe & cæca expectatione pendeo. contra Rul. 79.a
Cætera uectigalia pleui sæpenumero fortunæ, inclinatione tẽporis pendere. cõtra Rul. 28.a
Ego quidẽ uehemẽter animi pendeo. Ep. 114.b
Pẽdeo animi expectatione Corfiniensi. At. 112. a. & Tusc. 216.b
Animi pendeo de te & de me. Att. 259.b
Si expectando & desiderando pendemus animis, cruciamur, angimur. Tusc. 169.a
Ne diutius pendeas, palmam tulit. Att. 72.b
Ex quo uerbo lege Apuleia, tota illa causa pendebat. de Or. 118.b
Non in tabellis paucorum iudicum, sed in tabellis omnium iudicũ famam, nostram fortunam pendere. I. P. 161.a
Cui omnis spes & ratio & cogitatio pendet ex fortuna. Parad. 118.a

PER. Latè patet usus huius præpositionis. Sed modos tãtum eos notabimus, quos peruulgatos satis non putamus. Et primum cum permissionem significet. ut, Per ualetudinem non posse: id est, ualetudine non permittente:

aut

aut,propter ualetudinem.
Hoc neq; per naturam fas est, neq; per leges licet.pro Mil.110.b
Si mihi nō licet per aliquos ita gloriari. de Prouinc.78.a
Omnes cōsulares,qui per ualetudinem exequi fugam illam non possunt.in A.172.a
Nūc per auspicia longā morā uideo.Att.276.b. Ac.23.b.Epist.110.Tusc.219.a.pro Dom 223.b.
Hoc neq; per naturam fas est,neq; per leges licet.pro Mil.116.a
Factus es ei filius contra fas,cuius per ætatem pater esse potuisti.pro Dom.220.b
Ille tibi loco filij per ætatem esse potest.ibid.
Per cum medium aut instrumentum notet, latè patet.
Illam copiam cum per risum ac per iocum contemnent.contra Rul.85.a
Honores ad quos per ludos & negligentiam peruenistis.in V.275.a
Tranquilla repub. sine me ipso,sed per me tamen perfruantur.pro Mil.120.a
Pax deniq; per eum per liberos cum ciuibus confirmata est.in A.155.a
Exturbare aliquem,qui & per se,& per suos.& uerò etiā per alienos defendatur. pro Mur. 135.a
Cum meam domum refertam uiris bonis per amicos suos complerent.pro Dom.224.b
Nihil interest, utrum per procuratorem agas, an per te ipsum.At.66.b
Recede de medio:per aliū trāsigā. pro S.R.37.a

Per binos tabellarios misi Romam literas. Att. 86.b

Tu autem sæpe dare potes tabellarijs publicanorum, per magistros scripturæ. Att. 76.a

Homo per se cognitus, nulla commendatione maiorum. in C. 105.a

Hoc quid sit, per seipsum nō facile interpretor. sed ex eo q̄d sequitur, suspicor. de Ar. 253.a

Virtus splēdet ipsa per sese semper. nec alienis unquam sordibus obsolescit. Pro Sest. 16.b

Ignis per seipsū ac sua spōte mouetur. de N. 32.a

Tu qui rationem dicēdi per teipsum, usum autem per nos percipere uoluisti. de Or. 109.b

Per tempus quoq; signat. ut,

Duo fratres per idem tempus dissimiles inter se. de Clar. 191.b

Tenuistis prouinciam per decē annos, non tibi à Senatu, sed à teipso per uim & factionē datos. An. 108.a. &

Hūc per annos decē aluimus cōtra nos. 104.b

Per tot annos rep. diuexata. Ep. 145.a

Consecuti sunt dies comitiales. Per quos Senatus haberi non poterat. Q. Fr. 307.b

Per ista tempora ijdem fuerunt. pro S. R. 51.a

Per illam uim atque uictoriam L. Syllæ, id est eo tempore. pro Clu. 22.b

Ludi decem per dies facti. in C. 115.a

Vtiq; eius rei causa per dies comitiales Senatū haberent. Ep. 117.b

Tamen te penitus rogo, ne te uiæ per hiemem nisi bene firmum committas. Ep. 259.a

Neq; tamen dubito, quin per eos dies matutina tem-

na tēpora lectiunculis cōsumpseris.Ep.94.b
Binæ uenationes per dies quinque magnificæ. EP.95.a

PERAGO. Neque propria uis,neque trāslata huius uerbi in uulgus nota est, significat iter faciendo omnia loca lustrare.
Plato Aegyptum peragrauit.de Fin.145.a
Agros & nemora peragrare.de Ar.249.a
Cum quidam omnes prouincias se peragrasse gloriaretur.de Or.152.b
Cilices, qui campos & montes hieme & æstate peragrant.de D.100.a
Peragrare,lustrare,pedibus obire.de Fin.145.a
Et ob eam causam urbe relicta rura peragrantes sæpe soliciti sumus.Off.52.b
Eloquentia omnes peragrauit insulas:& peregrinata tota Asia est.de Clar.169.a
Possum omnes latebras suspicionum peragrare dicendo.pro Cæl.48.b
Oratorē dicendo peragrare per animos hominū,sensus,mētesq́ pertractare. de Or.104.a
Maria pedibus peragrare,classibus mōtes. de Or.88.a
Fama de interitu Clodij fines imperij Ro. iam peragrauit.pro Mil.120.b
Cn.Pompeij res gestæ omnes gētes cum clarissima uictoria terra mariq́ peragrarūt. pro Cor.57.b

PERCELLO. Huius uerbi nisi præteritū Perculi & Perculsus apud Ciceronem est.significat enim perturbare,affligere:deijcere.
Hæc te uox nō pculit:nō perturbauit:I.V.177.

Quæ quamuis etiam mediocrium dilectorum conſcientiam perculiſſent.pro Mil.113.b

Ne adoleſcētiam plenā ſpei maximæ perculiſſe atque afflixiſſe uideamini. pro Cæl.54.b

Iiſdem machinis ſperant me reſtitutum poſſe labefectari,quibus antea ſtātem perculerūt. pro Dom.218.b

Mars communis, qui ſæpe ſpoliantem iam & exultantē euertit & perculit ab abiecto.pro Mil.112.a

Quos amiſimus ciues,eos Martis uis perculit. non ira uictoriæ.pro Mar.133.b

PERCREBRESCO. Verbum hoc nondum ſatis percrebuit.paucis enim in ore eſt.

Res percrebuit.in ore atque ſermone omnium cœpit eſſe.I.V.120.a

Cum hoc percrebreſcit plurimos noſtros amicos inueniri·Att.1.a

Cum uoces nefarÿ percrebuiſſent,qua,&c.pro Mur.236.a

Quod cum percrebuiſſet Pythias quidam, Offic 63.b

Fama ipſa, quæ de tua uoluntate percrebuit. magnam es laudem conſecutus.Ep.149.a

Cum hæc fama de cupiditate noſtrorum hominum percrebuit.I.V.215.b

Opinio apud exteras nationes omniū ſermone percrebuit.I.V.66.b

PERCVTIO. Neq; hoc uerbo uulgꝰ utitur,ut latini ſunt uſi.putant enim pleriq; idem ualere quod Verbero:ſed uſu differt. nō enim dicimus,gladio,ſecuri,lapidibus,aliquē uerberare,

rare,sed percutere. Verbero enim uirgis,aut fustib9, Percutio instrumētis fit, quibus uulnera grauiora infligūtur,aut occiduntur homines.
Rabocentum Besicæ gentis principem securi percusisti.in P.97.b
Deinde gladio percussus est ab uno de illis.pro Mil.114.a
A quibus ille se lapidibus appetitū & percussum esse dixit pro Dom.215.b
M. Aemilium lapide pecussum esse constat. de Or.126.b
Non quæro quis percusserit, cuius manu sit percussus non laboro.pro S.R.34.b
Hunc igitur Iupiter fulmine non percusit. de N.77.a
Turres de cœlo esse percussas.in C.115.a

Translate.

Is cum ad me Laodiceam uenisset, repētè percussus ast atrocissimis literis.Ep.142.b
Qui uos mortuos inani cogitatione percussit.pro Mil.117.a
Quodcū ꝑ nostros animos probabilitate percusit.Tus.254.b

PERDVCO.pro Adduco aliquem ad aliquid tritum non est.
Aiacem quidem ira ad furorē mortemꝙ perduxit.Tusc.210.a
Octauius ueteranos perduxit ad suam sententiam.At.257.a
Perducere aliquē ad suas conditiones iniquis rationibus.pro Qu.4.b
Expositis suis difficultatib9 hominē ad HS. 80.

perducit,eaq; ei pecuniã numerat.I.V.125.a
Scaptius rogat,ut eos ad talẽta ducẽta perducat.Att.85.a

Perducere ad,aut *vsq; ad*,quod uulgus nunc dicit per Extendere.

Is ad centesimum annum uitam perduxit. de Senect.89.b
Ita usque ad assum uitulinum opera perducitur.Ep.138.b

PERFVGIVM: Vsitatius est Ciceroni hoc nomen quàm Refugium: nostris contra. itaq; sic ab eo eius usum licet discamus.

Spero hunc locũ eius fortunæ miseræ atq; iactatæ portum ac perfugium futurũ. pro Clu.19.a
Tota domus,quæ spectat in nos solos. neque aliud potest habere perfugium. Off.12.a
Perfugium & præsidiũ salutis reipublicæ. pro Rab.91.a
Munite cõmunem arcem bonorum, obstruite perfugia improborum.pro Syl.182.a
Hæc studia rebus aduersis perfugium ac solatium præbent.pro Arch.188.b
Domus commune perfugium.I.C.118.a
Somnus est perfugium omnium laborum ac solicitudinum.de.D.159.a
A portu & perfugio excludere aliquẽ.Ep.71.b
Postremo illo desperatissimo perfugio uti posset.in V.129.a
Senectuti uerò celebrãdæ quod honestius potest esse perfugium:item.
Vnũ pfugiũ,una spes reliqua est.pro S.R.43.b

Portum

Portum potius paratum nobis & perfugium putemus. Tus.174.b

PERFVNDO. Quoniã nos rarius transferimus hoc uerbum ad ea quæ rebus quasi aqua perfunduntur, Cicerone autore quemadmodum fieri debet, discamus.

Multitudo audiens ducitur oratione, & quasi uoluptate quadam perfunditur. de Clar. orat.181.b

Perfundere animum uoluptate. Tus.213.a

Perfundere aliquem uoluptate de N.23.b

Phalereus suauis fuit. sed suauitate ea qua perfunderet animos, non qua perfringeret. de Clar.168.a

Dij immortales, qui me horror pfudit. At.122.b

Mihi uideris Eruti una mercede duas res assequi uelle: nos iudicio perfundere, accusare autem eos à quibus mercedẽ accepisti. pro S.R.51.b

PERFVNGOR, Fero aut perfero aliquid, idem quod defungor. Tritũ nunc nõ est.

Nam dum sumus in his inclusi cõpagibus corporis, munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur. de Sen.95.a

Mihi iam optanda mors est perfuncto rebus ijs, quas adept9 sum, quasq; gessi. in. A.183.a

Aetas nostra perfuncta rebus amplissimis. de Cl.165.b

Senex perfunctus honoribus & reip. muneribus. de Or.101.b

Qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur. pro Mar.124.b

Cum & honoribus amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus. Ep.9.a
Reminiscere illã omnibus bonis perfunctam esse. Ep.58.b
Resp. perfuncta est hoc misero fataliq; bello. pro Mur.136.a
Ab Hercule iam perfuncto laboribus sacra didicisse. pro Dom.240.a
Cæteris uerò nulla perfunctis propria molestia. Ep.68.a
Aut quod se perfunctos iam esse arbitrantur, cum de reo iudicarunt. pro Cl.41.b
Equidẽ iam perfunctus sum, expleui animos inuidorum. pro Dom.222.b
Vt mihi tam multa pro se perpesso atq; perfuncto concederet. Ep.11.b
Et dignitatem perfuncturus es. At.280.a

PERHORRESCO. Quid significet hoc uerbum & exprimat, facilè exempla declarabunt: sed non uulgatum est.
Nemo ciuis est, qui hos nòn oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recordatione deniq; ipsa consulatus uestri perhorrescat. pro Sest.21.a. in P.89.a
Tu illius diei memoriam non perhorrescis: in A.253.a
Tu imagines ipsas non perhorrescis: de Orat. 129.b
Tum lamentationem matrũfamilias, tum fugam uirginum ac puerorum perhorresco. in C.120.b
Hãc tantã religionẽ nõ perhorrescis. I. V.218.a

Quorum

Quorum frequentiã & consessum non modò Quintius q de capite decernit: sed quiuis qui extra periculũ sit, perhorrescat. pro Qu. 13. a
Etsi hoc quidem est in uitio, dissolutionem naturæ tam ualde perhorrescere. de Fin. 131. b
Non solum commoueor animo, sed etiam toto corpore perhorresco. in V. 61 a
Sed quid est tãdẽ quod perhorrescas? At. 212. b
PERICLITOR, Periculum facere aut subire rei alicuius: sed uulgus sæpius idem per Experior significat, quàm Periclitor.
Homines in prælijs belli fortunam tentare ac periclitari solent. in V. 262. b
Non est sæpius in uno homine salus periclitanda reipub. in C. 199. a
Omnia circumspexit Quintius, omnia periclitatus est. pro Qu. 18. a
Periclitari omnium iura, si similitudines accipiantur. id est, periculum subire. de In. 81 a
Subeundus usus omnium, periclitandæ uires ingenij, & illa commentatio inclusa in ueritatis lucem proferenda. de Or. 97. b. &
Mihi non est difficile periclitari &c. 156. a
Babilonij CCCCLXX. millia annorum in periclitandis experiundisq́ pueris quicũq́ nati essent posuerunt. de D. 128. b
Itaq́ potius periclitari uolui, si possem mea præsentia exercitum facere meliorẽ, quàm nimis cautus uideri. Ep. 154. a
Vt utamur quasi equis temperatis, sic amicitijs, aliqua ex parte periclitatis moribus amicorum. de Am. 108. a

Periclitemur

Periclitemur (si placet) in ijs quidem exemplis in quibus &c. Off.66.a

Periculum. Quidam modi loquendi proprij Latinorum sunt: quos uulgus rarius usurpat, ut periculum esse ne &c. pro quo magis in ore habent, Metuendum est, Timendum est ne.

Quæ qui recordetur, aut sanè periculum est. ne &c. Tus.251.a.&

Ne mouear &c. periculum non est.165.a

Nullum periculum est, ne quid tu, &c. de Orat. 102.b

Summum erat periculum, ne si nihil impetrarent, à senatu alienarentur. At.

Suo, aut alicuius periculo aliquid facere, dixerunt ij, qui purissimè sunt loquuti, qui uerò ab ijs discedunt, aliter loquuntur. ut, Suo damno, Suo sumptu, Alicuius damno aliquid facere. Latini uerò sic sunt loquuti.

Sumptu periculoq; suo armatam nauem aliquò mittere. in V.246.a

Periculo suo uersari in aliqua re. in V.148.a

Quid tu meo periculo gurges patrimonij helluabare? pro Sest.25.a

Brutus scripsit rem illam suo periculo esse. Att. 85.b

Iniustè facis, si putas periculo nostro uiuere tuos conturbernales. pro Flac.154.b

Ego qui periculo reip. uiuebam. pro Sest.14.a

Quòd equidem tibi nummi meo periculo sint. At.59.a

Sed etiam atq; etiam dico, tuo periculo fiet. At. 212.b

Dux

Dux enim suo periculo progredi cogitat. de Leg.188.a

Periculum facere, Experiri. tritum non admodum est.

Facere periculum innocētiæ alicuius. I.V.72.b
Tu uerò qua in re specimen cæteris aliquod dedisti: quando tute tui periculum fecisti. in V.59.a
Si quis fortunæ muneribus amplissimis ornatus, sæpius eius deæ periculum facere nollet. de Pro.76.a
Fac huius odij tanti ac uniuersi periculum, si audes. in P.93.b
Qui quotidie periculū fortunæ facit. I.A.197.a
Dij discriminum periculorumq́ comites. de N. 59.b
Maximo in periculo res est. At.102.b
Domitium periculo obsidionis liberari cupio. At.129.a
Adire periculum capitis. pro S.R.56.b
Qui, nisi à gubernaculis recesserint, maximum ab uniuerso naufragio periculū est. Ep.267.a
Si ei subitò sit allatum periculum discrimenq́ patriæ. Off.31.a
Atq; id erat periculum, de cuius &c. in A.288.a
Adducta est enim res in maximum periculum, & extremum penè discrimen. in A.209.b
Ita fiet, ut meo periculo semper peccet Antonius. in A.242.b

PERIMO. pro occido, Supprimo, Tollo. diuulgatum non est, præsertim cum etiam inanimis tribuitur.

Nec poteſt miſer quiſquam ſenſu perempto. Tuſcul.167.b.&

Sin autem perimit ac dolet omnino, quid melius?174.b

Si ludi non intermiſsi,ſed perempti atq; ſublati ſunt.de Ar.249.a

Si mihi uis aliqua maior reditum permiſiſſet. pro Planc.280.b

Si cauſam publicam mea mors permiſiſſet. pro Seſt.13.b

Vbi tam teneros uolucres matrẽq; peremit. de D.84.a

Luna &c.ſtellanti nocte perẽpta eſt. de D.84.a

Nec uos ulla mortis unquam fata perimenti de Vn.202.a

PERINDE, idem penè ualet quod Aequè, & conſequuntur utrunq; eadem uoces; Vt, Quaſi, Ac, Atq;. uulgò uerò nõ perinde notum eſt, ut Aequè.

Non poſſum dicere, me hæc perinde ut dicam, diſcenda eſſe, didiciſſe. de Or.149.b.&

Sed hæc omnia perinde ſunt ut aguntur.162.b

Habes a patre munus magnum, ſed perinde erit ut acceperis. Off.76.b

Benè facis cum id efficis, mihi crede, perinde ut tu exiſtimare non poſſes. At.201.a

A te peto, ut meas iniurias perinde doleas, uti me exiſtimas dolere tuas ſolere. Ep.122.b

Perinde quaſi.

Atq; hæc perinde loquor, quaſi debueris. pro Qu.15.b

Perinde ſtultiſsimum regẽ in luctu capillum

sibi euellere, quasi caluitio mœror leuaretur. Tus.204.a
Quod nunquam factum est, perinde quasi factum sit confirmare. pro Qu.8.a
Metelli sperat sibiquisq; fortunā, perinde quasi certi quicquam sit in rebus humanis, aliter, proinde quasi. Tus.166.b. & in V.96.a

Perinde ac.

Quod ego perinde tuebar, ac si usus essem. At. 229.b
Perinde habebo, ac si scripsisses nihil esse. Attic.44.b
Perinde habere aliquid, ac si nō esset. Par.257.a
Perinde ac si &c. perinde dicem9. pro S.R.47.a
perinde ac si iam uicerint. Ep.179.b
Philosophia non perinde ac de hominum est uita merita laudatur. Tus.229.a

Perinde atq;.

Vereor, ut hoc quod dicam non perinde intelligi auditu possit, atq; ego ipse cogitans sentio. pro Mar.132.b

PERMISCEO. idem quod Admisceo, Misceo: sed non æquè nota, atq; usitata.
Ne tuas sordes cum clariss. uirorum splendore permisceas. in Vat.31.b
Et illa excelsens opinione fortuna cum laboribus & miserijs permista esse uideatur. de Or.128.a
Interualla longa & breuia, quibus implicata & permista oratio est. Or.215.a
Ego fructus magna acerbitate permixtos tuli. pro Planc.279.a

Oratio

Oratio permista & temperata numeris. Or. 216. a
Non modò illa permiscuit, sed etiam in his turbauit. in V. 135. b
Omnia potius permiscuerũt, quàm ei legi conditioniq; parerent. pro Plan. 267. b
Cuius immanitas naturæ, ne uino quidẽ permixta, temperari solet. in A. 244. b
In qua temperatione animum uniuersæ naturæ temperans permiscebat. de Vn. 202. b

PERMVLCEO, Demulceo significat: sed uulgatum non est.
Duæ sunt res quæ permulceant aures, sonus & numerus. or. 212. b
Eum qui audit permulcere atq; allicere. de Or. 138. a
Aram quam flatu permulcet spiritus austri. de N. 48. b
At ille pellit, qui permulcet sensum uoluptate. de Fin. 71. b
Nam læduntur arteriæ, si antequam leni uoce permulsæ sint, acri clamore compleantur. ad Her. 20. a
Præterita enim ætas, quamuis lõga, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. de Sen. 78. a

PERMVTARE *pecuniam*, & *Permutatio*, Modi loquẽdi ualde ignoti nostris hominibus, idem enim ualent. quod uulgus suo more dicit, Pecuniam accipere, de mensa: pecuniam hic aut alibi accipere, quæ alio loco reddatur. Vulgari lingua nostra, *Gelt auffnemmen.*
Quare uelim permutetur Athenis, quod sit in annuum

annuum sumptum satis M.At.245.
Sed quæro quod illi opus erit Athenis permũtari,ut posit.At.194.a
Ipsi permittam de tẽpore nummorum, quantũ opus erit ut permutetur, tu uidebis. Att. 195.a
Scripserat ut XII. HS. permutaret, tãtum esse reliquum de argento.Att.184.b
Quæ quo plus permutasti ad fructum insularum.At.251.a
Significat quoque id quod imperiti nunc dicunt, Dare pecuniam ad mensam, Dare pecuniam, ut alibi reddatur.
At permutata aliquando pecunia est, ductæ merces, &c. item.
At se curasse, ut cum quæstu populi pecunia permutaretur.Ep.19.a
Permutatio.
Ego rationem Philogeni permutationis eam quam tecum feci, edidi.At.73.a
Ibi perpaucos dies, dũ pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur, cõmorabor.Ep.53.a.b.
Quadrantaria permutatio.pro Cæl.50.b
Partim emptiones, &c. partim permutationes ad hunc Tusculanum mõtem extruendum. Or.208.a
PERNOCTO. Pro hoc uerbo multis in ore, Tota nocte dormire alicubi, nocte alicubi esse, Cicero uerò sic est locutus,
Senator populi Rom. in uestro oppido iacuit, & pernoctauit in publico. in V.205.a.&
H Matres

Matres miseræ pernoctabant ad ostium carce ris.259.b

Sedulius propter inopiã tecti in foro pernoctans.pro Dom.229.a

Hæc studia pernoctãt nobiscum, peregrinantur,rusticantur.pro Arch.189.a

Cum is apud mulierculã quandãpernoctaret, & ibi diẽ posterũ cõmoraretur. pro Clu.25.a

Pernoctant uenatores in niue. Tusc.185.b

Animum cum his habitãtem pernoctãtemq; curis,&c.Tusc.241.b

Bis in die saturum fieri,nec unquam pernoctã re solum.Tusc.247.b

PERPETVITAS, pro ea re quæ conti- nua, & immutabilis est, ab usu nũc prorsus in- termissum.

Malus custos diuturnitatis metus: cõtraq; be- neuolentia fidelis est, uel ad perpetuitatem. Off.37.a

Magis uoluntatis perpetuitatem, quàm pro- missorum exitum expecto.Q.Fr.525.

Vt cõstare in uitæ perpetuitate posimus no- bismetipsis.Off.24.a

Quod perpetuitatis causa machinata naturã est.de N.51.b

Nõ ex singulis uocib9. Philosophi sunt spectã- di,sed ex ꝑpetuitate atq; cõstãtia.Tusc.234.b

Qui autem diffidit perpetuitati bonorum ti- meat necesse est.de Fin.82.b

Perpetuitas & constantia dictorum.Tus.234.b

Perpetuitas cõsequentis temporis. Tusc.169.b

Perpetuitas, & quasi cõuersio orationis)(Ora

tio mem-

tio membris intercisa de Or.160.b
In perpetuitate dicendi. Or.197.b
Genus facetiarũ quod in perpetuitate sermo-
nis est. de Or.129.a
Perpetuitas pro immortalitate. de Vn.202.a
Perpetua oratio, disputatio, scriptum, historia continens est, & non interrupta sermone personarum.
Qui omnes à perpetuis suis historijs ea quæ dixi bella separauerunt. Ep.67.b
Valde sum cupidus te in illa longiore & perpetua disputatione audiendi. de Or.110 a
Cato Pompeium oratione perpetua tãquam reum accusauit Q. Fr.308.a
In illo genere perpetuæ festiuitates de Or.129.a
Hortensius aut uehementer admirans, quod quidem perpetuo Lucullo loquẽte fecerat. Acad.16.b
PERQVAM, pro ualde admodum, usitatum nunc non est.
Quod mihi quidem perquàm puerile uidèri solet. de Or.118.b.&
Hoc perquàm optandum nobis.132.b.&
Sic illud perquàm breuiter perstrinxi 127.a
Perquàm flebiliter Vlysses lamentatur in uulnere. Tusc.185.b
Hic quàm ille dignior perquàm graue est dictu. pro Plan.262.a
Illud uerò perquàm inane. Tusc.171 b
PERSCRIBO. Paucis constat hoc uerbo significari ea quæ in tabulas referũtur, aut priuatas aut publicas. ut,

Pecuniam in ædem sacrám reficiendam se per/scripsisse dicunt. pro Flac. 155. b

Aequè enim tabulæ condẽnantur eius qui uerum non retulit, & eius qui falsum perscribit. pro Q.R. 45. a

Egone hanc manũ impellere potui, ut falsum perscriberet nomen: ibid.

Rationes enim perscriptæ erãt ita scitè, & literatè, ut scriba. &c. in P. 92. b

Constitui senatores, qui omnium iudicũ dicta perscriberent. pro Syl. 175. a

Et quoniam nondum est perscriptum senatus/consultũ, ex memoria uobis, Quirites, quid Senatus censuerit, exponam in C. 113. b

Senatus autoritas est perscripta Ep. 3. b

Iis uerbis ea de me Senatus autoritas declarata est, ut nemini sit triumphus honorificentius, quàm mihi salus restitutioq́ perscripta in P. 87. a

Et eundem id quod in autoritatibus perscriptis extat, scribendo affuisse. de Or. 143. a

PERSEQVOR. Latè satis hoc uerbum patet. Modos uerò, qui obruti ignoratione iam sunt, solum persequemur. Primum pro Vindicare usurpatur.

Iniurias suas per nos ulcisci ac persequi statuerunt in V. 110. b. &

Qui iniurias suas persequi uolunt. 65. a

Is mortẽ eius se psequi uelle dixit. pro D. 225. a

Persequi mortem alicuius. in A. 255. b

Vt tuas iniurias persequar. id est à te factas. pro Cec. 291. a

Cum pœnas à seditioso ciue per bonos uiros iudicio persequi uellet. Ep.15.a

Persequi ij dicũtur quoque, qui oratione aliquid cõsectantur, siue scribendo, siue dicendo

Brutus sic philosophiã Latinis literis persequitur, nihil ut &c. Acad.41.a

Persequi omnia literis. Ep.147.a

Has res Xenophon cõmodissimè persecutus est in eo libro, qui &c. Off.51.b

Persequi tenuissima quæq;. pro Cæl.291.a

Nũc reliquorum oratorum ætates & gradus persequamur. de Clar.175.b

Epicurus uoluptates persequitur omnes nominatim. de N.25.& 77.a

Nec sum copiam quam potui, &c. persecutus. de Fin.140.a

Longum est persequi cæteros, &c. in A.165.b

Is diligentissimè res Annibalis persecutus est. de D.90.b

Qui consuetudine & celeritate scribendi facillimè quæ dicerentur, persequi possent. pro Syl.175.a

Quæ uersib9 persecut9 est Ennius. de Sen. 80.a

PERSTRINGERE *aciem, oculos.* Nota hæc sunt: sed Dicẽdo aliquem describere, reprehendere, non percrebuit apud omnes.

Vt eos quorũ scelere essem uiolatus, uocis libertate perstringerem. pro Sest.5.a

Ille L. Crassi uoluntatẽ asperioribus uerbis sæpe perstrinxit impunè. pro Plan.266.b

Nemo unquam me tenuissima suspicione perstrinxit, quem nõ præuerterẽ. pro Syl.275.b

Breuiter, celeriter, leuiter, aut perstringere sine adiun-ctione. pro, Breui, paucis dicere aliquid.

Rei magnitudo me breuiter perstringere atrocitatem criminis non finit. in V. 225. a

Sic quid esset illud, perquàm breuiter perstrinxi atque attigi. de Or. 127. a

In animo est leuiter transire, aut tantummodo perstringere unamquamque rem. pro S. Ros. 33. b

Nunc reliquum cursum uidete, quem quidem celeriter perstringam, ad ea enim, quæ &c. festinat animus. in A. 169. b

Consulatus meus illum leuiter perstrinxit. de Clar. 195. b

Itaque perstringam sine ulla contumelia. At. 258. a

PERTINEO. Quæ propria uis sit huius uerbi, uulgo ignoratur. ea enim est, quam uulgus uocabulis Peruenire. Tendere, Extendere, Ire, Attingere nunc profert: quæ locum nõ habent, cum significandum aliquid quod diffusum sit in longitudinem, aut latitudinem. propriam itaque uim & usum à Cicerone discamus.

Viæ quæ pertinent ad iecur, eique adhærent. de N. 53. b. &

Venæ in omnes partes corporis pertinentes. 54. a. item

Nerui toto corpore pertinentes. ibid.

Aspera arteria ad pulmones usque pertinet. de N. 53. a

Quæ potest igitur cõtagio ex infinito penè interuallo pertinere ad lunam, uel pótius ad terram? de D. 127. b

Ratio

Ratio quædam pertinens per omnem rerum naturam. de N.9.a
Vis quædā ſentiens atq; diuina, quæ toto cõfuſa mundo eſt de. D.115.b
Vis uitalis per omnem mūdum pertinens. de N.30.b.&
Deus pertinens per naturam cuiuſq; rei, per terras Ceres, per maria Neptunus.40.a
Vt ſi iam concedamus aliquid uim cœleſtem ad eos qui in terra gignuntur, pertinere. de D.127.b

PERTVRBO, pro Cõfundo rebus attributum diuulgatum non ſatis eſt.
Non diſcerptis ſentẽtijs, non præpoſteris temporibus, non confuſis perſonis, non perturbato ordine. de Or.147.a
Ita perturbatis ſacris, cõtaminatis gẽtibus factus es filius, &c. pro Dom.220.a
Id ita perturbatum, itaq; permutatum eſt. de Ar.254.a
Vt perturbem ætatum ordinem. de Cla.185.a
Sic *Perturbatio.*
Quicquid peccatur, perturbatione peccatur rationis atq; ordinis. Parad.120.a
Omnis perturbatio & rerum motus cernitur. Off.19.a
Perturbatio uitæ & magna confuſio. de N.1.b

PERVADO. Nulli hoc uerbum noſtrorum hominum notum eſt, niſi qui ab optimis autoribus Latinè loqui didicerunt.
Cernitis iudices quantū incendium per agros peruaſerit. in V.161.b

Opinio quæ per animos gẽtium barbararumq́ peruaserat. pro Dom.8.b
Nulla ora tam deserta, quò nõ illius diei fama peruaserit. pro Pomp.12.a
Quas oras maximè quasi morbus quidam illius furoris peruaserat. pro Syl.177.a
Pars eius belli in Italiã peruaserat. in V.256.b
Ne quid in aures, quod noceat, possit peruadere. de N.55.a
Quacũq́ iter fecit, ut quædã calamitas peruadere uidebatur. in V.85.a

PERVAGATVS, *a, um*, Nihil minus peruagatum est quàm huius uocis usus: cum ea Latini nominare solent id quod omnibus cõmune & notum & peruulgatum est.
Hæc causa apud Græcos puagata est. de In.55.a
Vulgaris & peruagata declamatio. pro Planc. 268.b
Res peruagata & uulgaris. Or.2'6.a
Pars autem est peruagatior. id est, cõmunior. de In.67.b. & in V.214 a
Commune & peruagatum uitium. de Or.128.a
De cõmunibus & peruagatis rebus loqui uel audire. de Or.98.b
Vulgare quotidianum peruagatũ. de Or.160.b
Peruagatus pro diuulgato. pro Plan.279.b
Peruagata. aliter Peruulgata. de Or.120.a
Lõgè & latè peruagata bona) (Angusta. Top. 226.b
In re tam clara, tam testata, tã abs te ipso peruagata, tabulas publicas corrumpere audere s? in V.129.b

Illustris

Illustris & peruagata fama alicuius rei. pro Mar.135.a

PERVERTO. Vulgo notũ non est usur pari à Latinis sæpe eadem significatione qua Euerto, Inuerto.

Crœsus hostium uim sese peruersurum putauit, peruertit autem suam. de D.132.b.90.b

Tum uisam beluam immanem quacunq; incederet, arbusta, uirgulta, tecta peruertere. de Ar.257.b

Ceciditq; cũ eos imitari cœpit, quos ipse peruerterat. de Cla.190.a

Qui sacra occulta inexpiabili scelere peruertit. de Ar.357.b

Quintius Iunium peruertit. pro Clu.40.a

Orestes nisi attulerit facti rationem, peruertit defensionem. ad Her.5.b

Quidam propositis malorum & bonorum finibus, officium omne peruerterunt. Off.2.a

Temeritas C. Cæsaris, qui omnia iura diuina & humana peruertit. Off.6.a

PERVVLGO, omnibus commune facio, edere, & proponere aliquid omnibus, tritum non est.

Illas tabulas describi ab omnib9 statim librarijs, diuidi passim & peruulgari atq; edi populo imperaui. pro Syl.175.a

Præmia uirtutis cum improbis cõmunicari, & cum mediocribus hominibus peruulgari non oportet. de In.76.b

Veteres illi peruulgari artem suam uoluerũt. de Or.106.b

Tu uerò peruulga Hircium.At.202.a
De re in uulgꝰ puulgata loquitur.de Fin.67.a
Mulier quæ se omnib.peruulget.pro Cæl.45.b

PETO, Proficiscor, iter facio, sæpe significat. quod exemplis declarandum est, quia ea significatione uulgus rarius utitur.

Grues loca calidiora petentes, mare transmittunt.de N.51.a
Crotonem petamus.At.154.a
Per Macedoniam Cyzicũ petebamus.Ep.235.a
Naues Rhodum petentes uidi.Off.62.a
Iter à Vibone Brundusium petere contendi. pro Plan.280.a
Dyrrhachium petere contendi.ibid.

PLACET. Qui huius uerbi usum ignorãt, ꝑ placet, bonũ uidetur. latini uerò hoc modo:

Itaqꝫ postridie placuit, ut breuiter sententias diceremus.Ep.5.a
Postea mihi placuit, eoqꝫ sum usus adolescẽs, ut explicarem de Or.97.b
Cautio placuit repentè iudices pronunciare. pro Clu.32.b
Quod scribere non auderem, nisi idem placeret Panætio.Off.43.b
Vt doctissimis sapientissimisqꝫ placuit. de D. 103.a.&
Nam non placet Stoicis &c.ibid.
Vtrum igitur percurri omnem Epicuri disciplinam placet? de Fin.54.b

Placitum est.

Ita nobis placitum est, ut scriberemus, &c.ad Heren.6.a

Cum

Cum in his uersarer angustijs, placitum est mihi, ut postularem legationem· D. Brutus. Ep.167·a
Placitum est mihi, ut Brundusium ducerem hanc copiam, &c. item.
De prouincijs placitum est, ut coram Pompeio ageretur. Ep.114.a·b. At·129.a

PLVS. Vis nota satis uidetur. sed usus nō item. nam uulgus rarò proponit illi ablatiuū: cum accusatiuo iungit nūquam. deinde Plus ut Amplius, singulari numero pro plurali sæpæ usurpatur: nos uerò semper numeri rationem habemus. quasi nūquam aduerbiū esset.
Ego te nimio plus diligo. At.162.a
Affuit, sed non plus duobus aut tribus mensibus. Ep.217·a
Molestum est, uno digito plus habere. de Nat. 21.a
Nunquam Romæ plus triduo fuit. pro S. Rosc. 30·b
Dimidio plus scripsit Clodia. At·145·a
Addicitur medimmis M M. dimidio ferè pluris quàm anno superiore. in V.164·b
At tecum anno plus uixit. pro Quin.7·a

Accusatiuo iunctum.

Nonplus annum possum assequi, quod uolo. At·193·a
Vt hoc nostrum desiderium, ne plus sit annuum. At.68·a
Hoc est non plus annuum obtinere prouinciam. At.95.b
Ferre plus dimidiati mensis cibaria· Tusc.182.b

Aduerbia

Fieri non potest,ut plus una uera sit·de N.2.a
Sentio in columba plures uideri colores, esse plus uno. Acad.40.a
Tribunum plebis plus uiginti uulneribus acceptis iacentem uidistis. pro Sest.21.b
Neque enim plus quàm tres aut quatuor reliqui sunt. Ac.179.a
PONDVS. Nota quidem est propria uis huius nominis, sed quidam modi loquendi eo fiunt, quos uulgus rarò usurpat· ut, Magnum, grande pondus auri, argenti, &c.
Magnum optimi pondus argenti. in A.173.a
Grande pondus argenti. pro Cecin.287.a
Magnum auri pondus·de Sen.88.a
Aureum amiculum grandi põdere. de N.76.b
Audistis ex æde Mineruæ grãde auri pondus ablatum. in V.85.a
Tu tanto põdere auri discessum illum sustentasti. pro Rab.P.130.a
Pondus id est quod momentum autoritas, quod barbari Valorem dicunt·
Persona non qualiscunque testimonij pondus habet. Top.227.a
Id maximi momenti est & põderis. I. Vat.30.b
Quod in utramque partem in mentem multa ueniebant, magnum põdus accessit ad tollendam dubitationem, iudicium, & consilium tuum. Ep.182.b
Sed idem scribit meas literas magnum pondus apud te habituras. Ep.12.b.& 30.a
Sed tuæ literæ maximi sunt apud me põderis.
Si

Si minus plures causæ & maiores ponderis plus habebunt. Off.10.a
Ea non ita magni ponderis apud me esse debent. pro Plan.259.b
Eius filius eodem est apud me pondere, quo fuit ille. At.154.b.&
Addis etiam ijs qui pondus habent, factum nostrum probari.172.a
σχήματα in uerbis pingendis habent pondus. de Cla.177.a

PONO. Plurimis rebus hoc uerbum tribuitur. In quibus uerò usus & uis uulgo ignoratur, hæc sunt. Primum ponere, dare, concedere, aut efficere in disputationibus significat, quod barbari Supponere dicunt.
Sed primum positum sit, nosmetipsos commendatos esse nobis. de Fin.
His igitur ita positis, sequitur magna contentio, quæ pertractata est à Peripateticis mollius. Secundo de Fin.
Positum sit igitur inprimis, quod post magis intelligetur, sine philosophia non posse effici quem quærimus eloquentem. In Orator. ad Brutum.

Sic *Ponere quæstionem, aut aliquid*, quod alij proponere quæstionem, proponere de quo disputetur.
Ponere iubebam de quo quis audire uellet. Tus.149.b
Quid mihi nunc uos, inquit Crassus, tãquam alicui Græculo otioso & loquaci, & fortasse docto atque erudito quæstiunculã, de qua meo arbitratu

arbitratu loquar ponitis:de Or.93.b
Ponere tempus, studium, curam se in aliqua re.
Ponere multum operæ in aliqua re.de C.164.a
Ponere tempus in aliqua cogitatione uel negotio.de Or.144.a
Ponere tempus in aliquo loco. At.7.b
Ponere tempus in aliquo magno officio. Epist.242.a
Nonis Maij in Ciliciam cogitabam. Ibi cum Iunium mensem consumpsissem, Quintilem in reditu ponere. At.91 a
Babylonij CCCCLXX. millia annorum in experiundis pueris, quicũq; nati essent, posuerunt.de D.128.b
Ponere diem cum aliquo. Ep.77.a
In quibus multum operæ studijq; ponendum est. Off.16.a
Ponere totum animum atq; omnem curam, operam, diligentiãq; suam in aliquo negotio.pro Mur.135.a
Respub. in qua omnis mea cura, cogitatio, opera poni solebat. Off 35.b
Ponere se totum in contẽplandis rebus. Tusc. 157.b
Sed tantum studiũ, tamq; multã operam ponendam in eo non arbitrantur.de Fin.49.a
In laude, in uitio, metu aliquid ponere, pro Laudare. Vituperare. Metuere, In loco beneficij, crimine: pro, Accipere tanquam beneficium, crimẽ, obijcere.
Ipsum latinè loqui in magna laude ponendũ. de Cla.177.a

Consilio

Consilio iuuare ciues, magna in laude ponendum est. Top.227.a
Neque ego hoc in tua laude pono. in Ver.196.a
Confidens mala consuetudine loquendi in uitio ponitur. Tus.192.a
Ponere aliquid in loco beneficij, uel testimonij, uel iudicij. Ep.246.a
Ponere aliquid loco sceleris. Ep.166.b
Obijcere aliquam rem in magnis criminibus. I.V.244.b
Non continuo si quis motus populi factus esset, id C. Norbano in nefario crimine atque in fraude capitali esse ponendum. de Or.127.a
Hoc in aperto delicto, positum est. ad Her.13.b

Ponere beneficium, aut aliquid apud aliquem, bene uel malè ponere. quod uernacula lingua dicimus, *VVol, oder nit uuol anlegen.*

Ponere beneficium apud ingratos homines. Epist.223.b.&
Bene ponere beneficium apud aliquē. 216.a.&
Bene ponere studium suum, & officium apud aliquem. 224.b.&
Apud ipsum præclarissimè posueris. 227.a
Quare non οἴχεται industria tua, sed præclarè ponitur. At.84.a
Operā apud aliquem optimè poni. Q. de Pet. 212.a

Ponere, p Aestimare, tribuere aliquid alicui.

Ponere aliquid in minimis. Ep.54.b
Ponere mortem in malis. de Fin.96.a
Ponere multum in aliqua re. id est, magni æstimare. Ac.23.a

Tantum ego in excellente oratore pono esse ornamenti uniuersæ ciuitati. de Or. 116. a
Credibile non est, quantum in prudentia tua & fide ponam. At 58. a

POPVLARIS *meus, tuus, suus, alicuius.* ut, Ciuis meus, tuus, &c. signat id quod uulgò dicitur Conterraneus. Gētilis non ciuem aut popularem, sed qui aut eadem gente ortus est, aut eodem nomine uocetur. Populares rectè etiam posse ij omnes appellari uidētur, qui non tam mœnibus quàm legibus, aut principe, & rege, aut lingua eadem utantur. uulgus eos Conterraneos, aut Patriotas barbarè uocat.
Seseq; non popularem alicuius loci, sed ciuem totius mundi, quasi unius urbis agnouerit. de Leg. 168. b
At hoc Thales Anaximandro populari & sodali suo non persuasit. Acad. 29. b
Ego uerò Solonis popularis fui, &, ut puto, etiam mei legem negligam. At. 154. b

PORTORIVM. est uectigal quod penditur de quacunque re: sed Portorij nomen minus notum est in uulgus, quàm Vectigalis
Singulis rebus, quæcunq; uenirēt, portorium imposuit. in P.. 98. a
Titurius Tolosæ quaternos denarios in singulos uim amphoras portorij nomine exigit. pro Fon. 278. a
Quæ sine portorio Syracusis erant exportata. in V. 143 b. &
Res exportatæ sine portorio. 145.
Portiora Italiæ sublata sunt. At. 31. b

Portitor, qui portorio aut uectigali exigẽdo præest.
Ciues,qui nõ tam de portorio, quàm de nonnullis iniurijs portitorum querebãtur. Qu. Fr 296.a
Decemuiros portitores omnibus omniũ pecunijs constitui.contra Rul.78.a
Quæstus qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum & fœneratorum.Off.50.a

POSSVM. Præcipui aliquid significare hic modus loquendi uidetur, Non possum quin,aut,ut: quẽ si sciret uulgus,non dicerent. Non possum omittere, Non possum intermittere,ego debeo scribere.
Nõ possum quin exclamẽ, ut ait ille in Trinumo, ita mihi uim oratoris exprimere subtiliter uisus es.At.132.a.de Or.112.a

POST *hominum memoriam*, *Post homines natos*: hos uere Romanos loquendi modos ignorat uulgus,habetq; pro ijs in ore,Quàm diu stetit mundus. Quàm diu homines fuerũt,& ab initio mundi,& nescio quæ alia quæ non à Latinis,sed Germanis aut Gallis prodierunt.
O post hominum memoriam fortissimi cõsules.Ar.247.a
Cicero magnificentiss. post hominum memoriam consul factus.in Vat.30.a
Instat post hominum memoriam paratior,uigilantior,copiosior.in Ver.
Vt ego hunc unum eiusmodi reum post hominum memoriam fuisse arbitror, cui damnari expediret.ibid.

I Qui

Qui me duo sceleratissimi post hominum memoriam non consules, sed latrones non modò deseruerunt in causa præsertim publica, & consulari, sed prodiderunt. Postquam.

Pauci post genus hominũ natum reperti sunt, qui, &c. pro Cor. 6. a

Quid homini post homines natos turpissimo? pro Dom.

Sed res erat post homines natos pulcherrima. ibidem.

POSTVLO, pro Accusare, tritũ nõ satis est. Postulare aliquem de ui. Postquam. 208. a

Pylius de repetundis eum postulauit. Ep. 116. a

Ego Appium eadem lege postulaui. Ep. 122. b

Postulare seruos in quæstionem. pro S. R. 31. a

Sestius à Nerio de ambitu postulatus est. Qu. Fr. 308. b

POTESTAS. Dare, habere, facere, tradere potestatem: in potestate alicuius esse: potestatem alicui esse alicuius rei, nota & peruulgata sunt: sed Exire ex potestate, non item: quod uulgus pro eo usurpet, Incidere in ecstasin. Exire de potestate: uulgo, non esse apud se.

Qui igitur exisse de potestate dicuntur, iccirco dicuntur, quia non sunt in potestate mẽtis. Tusc. 192. a

Itaq; iratus dicimus exisse de potestate, id est, de cõsilio, de ratione, de mente, quorũ potestas in totum animum esse debet. Tusc. 226. a

POTIO. non solum significat medicamenta ut uulgus putat, sed potum, hoc est id quod bibitur, significat.

Demus

Demus ſcutellã dulciculæ potionis. Tuſ.200.b
Cui cum ipſe poculum dediſſet,ſubitò illa media potione exclamauit, ſe maximo cum dolore mori. pro Clu.23.b.& 25.b
Id petũt fieri occultius in potione, uel in cibo. pro Deiot.47.a

POTIOR. Quod potiſsimũ ſtudium linguæ Latinæ poſitũ eſſe debeat in obſeruandis ijs quæ præcipua aliqua cõſuetudine loquendi quàm cõmuni ratione dicantur, hoc uerbũ quoq; declarat. nam cum genitiuo ſemper iungitur à Cicerone, cum ſignificat, habere ſcilicet imperium, aut ſummã poteſtatem habere. Dominari. Dominũ omnium eſſe, Principem eſſe: ut potiri, aut potiri rerum, regni, ciuitatis alicuius.

An cuncter & tergiuerſer, & ijs me dem, qui tenent, qui potiuntur? At.109.b
Cleanthes ſolem dominari & rerum potiri putat. de Fin.32.a
Quod ij qui potiuntur rerũ præſtaturi uidentur. Ep.9.a.&
Ciuitates quæ rerum potitæ ſunt.75.a
Dum ea ciuitas rerum potita eſt. pro S. R.29.b
Atheniẽſium potiti ſunt Spartiatæ. ad Her.32.a
Si exploratũ tibi ſit, poſſe te illius regni potiri, Ep.7.a

POTIOR. Aliquid potius eſſe aliqua re, aut quàm aliqua res: pro Præponere, Præferre, Antecellere. tritum nunc non eſt, ut olim. ut itaque fiat, uti rectè à Cicerone diſcamus.
Non quò mihi potior ſit officij mei, quàm hu-

iuſce ſalutis defenſio. pro Mur. 124. a
Mors, quæ ciuibus Romanis ſemper fuit ſerui tute potior in A. 228. b
Res eſt potior oratione. Ep. 180. a
Filius plus pollet, potiorq́ eſt patre. Tuſ. 224. b
Qui hæc legere aſſueuerit, iudicabit nulla ad legendum his eſſe potiora. de Fin. 51. a
Si quid eiuſmodi acciderit, ne quid tibi ſit fama mea potius. At. 251. b
Illa ſemper potiora duxiſti, quæ ad ſapiētiam ſpectarent. de Or. 150. b
Itaq; ciues potiores ſunt quàm peregrini, propinqui quàm alieni. de Am. 99. a
Topice, quæ ad uſum potior erat. Top. 221. b
Quid potius: id eſt, quid melius. in V. 98. a
Nemini concedo, qui tibi potior uetuſtate neceſsitudinis poſsit eſſe. Ep. 144. b
Cum in Africam ueniſſem, nihil mihi fuit potius, quàm ut Maſaniſſam conuenirem regem. de Som. 126. b

PRAE. Cum aut cōparationem ſignificet, aut cauſam ignotum penè eſt in uulgus, animaduertēdū itaq;, quomodo Cicero hac præpoſitione ſit uſus: & primū cū cauſam notat.
Non hercule præ lachrymis poſſum reliqua ſcribere. At. 148. a. &
Præ fletu & dolore. 175. a. &
Præ ſolicitudine ac ſtomacho multa ſcribere non poſſum. 181 a
Præ mœrore loqui nō poſſum. pro Plan. 280. a
Præ cupiditate officij ſui rationem non habet. in V. 128. a. &

Præ

Præ lucro prædaq; nullius habere rationem. 176.a
Præ multitudine, id est propter multitudinē. At.36.a
Solem præ iaculorū multitudine non uidebitis, & sagittarum umbra. Tusc.170.b
Præ cura iocari non poteram. At.95.a
Comparationem significat hoc modo.
Illi Romam præ sua Capúa irridebāt. &c. contra Rul.85.b
Illa præclara, in quibus utilitatis species præ honestate contemnitur. Off.61.
Qui in ipsa senectute præ cæteris floruisset. de Amic.96.a
Hegesias uerò illos Atticos præ se penè agrestes putat. de Clar.191.b
Illa mihi fuerunt præ his de uictoria gratulationibus. At.138.a
Omnia pericula præ salute sua leuia duxerūt. in V.140.a
At contrà nobis non tu quidem uacuus molestijs, sed præ nobis beatus.
Diuitiæ nec magnum bonum, & præ rectis honestisq; contemnendum. de Fin.122.b
Hominem præ se neminē putare. pro S.R.41.b
Præ se neminē ducere hominem. ad Her.30.b
Præ se alios pro nihilo ducere. in V.116.b

PRAECIDO, pro Amputo propriè trāsletè uerò pro Auferre, Abrumpere alij & præcisè negare, peruulgatum non est.
Cleomenes anchoras præcidi imperat. in Ver. 253.b

Naues præcidere aut incendere. At.138.b
Cotem nouacula posse præcidi. de D.87.a
Cinna collegæ sui consulis C. Octauij præcidi caput iussit. Tusc.239.a
Præcidere alicui manum gladio. de In.69.b
Amicitiam decet magis sensim dissuere, quàm repentè præcidere. Off.24.b
Præcidere fistulas, quibus aqua suppeditatur alicui loco. pro Rab.96.a
Tenedia libertas securi Tenedia præcisa est. Qu.Fr.315.a
Præcidere & abscindere sermonem, ut hic qui. &c. nolo plura dicere. ad Her.41.a
Iam tibi maximam partem defensionis præcideris. in V.139.a.&
Præcidere alicui spem faciendi aliquid.80.a
Per abscisionem, si cum incipimus aliquid dicere. præcidimus. ad Her.41.a
Præcidere sibi ipsi licentiam, libertatemq; uiuendi. in V.148.b
Is sibi ipse reditum præcidit. in P.90.b
Præcide inquit, statue aliquãdo quodlibet. Ac. 33.b
Nunquam reo tam humili, tam nocenti, tam præcisè negaui, quàm hic mihi planè sine ulla exceptione præcidit. At.121.b

PRAECIPITO. Præceps feror, quod uoce actiua passionem sine adiunctione pronominis se ut uidetur significet, ratione Grãmatica nõ fit, sed cõsuetudine Latina: quemadmodum ergo Cicero usus sit, necesse est diligenter obseruemus.

Sustinenda

Sustinenda potius omnis assensio, ne præcipi- tet, si temerè processerit. Acad.17.b
Me certè ad exitum præcipitãtem retinuisses. At.47.a
Sol iam præcipitans. de Or.162.b
Respub. præcipitans. pro Syl.167.a.&
Præcipitanti reipub. subuenire.184.a
Vrgere iacentes, aut præcipitãtes impellere in humanum est. pro Mil.122.b
Præcipitare isthic est non descendere. de N.19.a
In anni præcipitante numerum notare non possumus. de Or.160.a (170.b
Fibrenus ex eo loco præcipitat in Lirẽ. de Leg.
Loca ubi Nilus præcipitat ex altissimis mõti- bus. de Som.129.a
Præcipitãtem igitur impellamus, & perditum prosternamus. pro Clu.52.a (nectus.
Præcipitata ætas Senectus dicitur, sic præceps se
An quod adolescẽs præstiti, cum etiã errare cũ excusatione possem, id nunc ætate præcipita- ta commutem, ac me ipse retexam? Ep.180.a
PRAECIPVE. Tam pauci sunt qui hu- ius uerbi uim intelligunt, quàm qui uerè Lati- næ linguæ studiosi. quis enim nõ putat idẽ ua- lere quod Præsertim? Qui uerò sciũt significa- tione magis cũ Singulariter cõuenire, & ei op- poni Cõmuniter, Cõmune, Vniuersum, Maxi- mè, & similia, ab optimis autoribus in quibus uersati sunt, didicerunt.
Nihil sibi appetit, præcipuè Pomp. uult se in communi atque eodem quo cæteri iure uiue- re. contra Rul.78.a

Neq; ego nunc præcipuè de cõsularibus dispu
to, uniuersi senatus communis est ista laus.
pro Syl.183.a

Labor in hoc defendendo præcipuè meus est,
studium uerò cõseruandi hominis commu-
ne mihi uobiscum esse debet.pro Rab.91.a

Hæcuna res in omni libero populo, maximeq;
in pacatis ciuitatibus præcipuè semper flo/
ruit.de Or.87.b

Ergo homini qui cæteris animãtibus præstat,
præcipuè à natura nihil datũ esse dicemus.
de Fin.88.a

Nihil tibi præcipuè timendum est.Ep.58.b

Sed uereor, ne quia complures tibi præcipuè
cõmendo, exæquare uidear ambitione qua/
dam commendationes.Ep.218.b

Nos isti hominum generi præcipuè debere ui/
demur.Q.Fr.295.b

Sic *Præcipuus,a,um.* non maximus, ut uulgus
opinatur, sed singularis & ferè idẽ quod pro/
prius significat: cui Communis opponitur.

Tum cõmunib. malis, tum præcipuis oppres/
sus sum.At.179.a

Tum communibus: tum præcipuis patris tui
periculis commouebatur.pro Syl.169.a

Quod mihi cõsuli præcipuum fuit præter cæ-
teros, id iam priuato cum cæteris est cõmu/
ne.pro Syll.168.b

In communibus miserijs præcipuo quodam
dolore angi Ep.47.a

Vt enim cætera paria sint, &c. hoc certè præci/
puum Tuberonis fuit.pro Lig.141.b

Nisi in multitudine optimorum ciuium impe tus animi mei fuerit singularis,&opera præ cipua nihil uolo,&c.Planc.Ep.149.a
Præcipuum illum & propriū sensum doloris mei à sententia dicēda amouebo. de Pro.69.
An meæ partes in ea causa non præcipuæ fue-runt.pro Dom.215.a
Ingeneratq; in primis præcipuum quendam amorem in eos qui procreati sunt.Off.3.b

PRAECVRRO. Vis hui9 uerbi nō adeò obscura est,ut notanda hic fuerit:sed solū mo-nere hic uolui studiosos,Ciceronē uerbo Præ-currere significasse,quod alij per uerbum Præ cedere,quo nunquam est usus:sed Antecedere eius loco,aut Præcurrere. In quo uerbo & hoc obseruādum est,tam accusatiuo iungi, quàm ablatiuo,quod uulgus ignorare uidetur.
Auditio & cogitatio, que studio & diligentia præcurrit ætatem.de Or.120.a
Horū uterq; Isocratē ætate præcurrit.Or.214.a
Efficiendū autem est,ut appetitus rationi obe-diat, eamq; neq; præcurrant, neq; propter pigritiam aut ignauiam deserant. Off.20.b
Vobis uerò illum tanto minorem præcurrere uix honestum est. At.164 b
Ita præcurrit amicitia iudicium.de Am.108.a
Vt homo iners hominem diligentem præcur-rat,sine magna negligentia fieri non potest. Q.de Pet.209.a

PRAEDICARE. Quid sit,nimirū amplis celeriter aliquid commemorare, uulgatū est: sed Prædicari,Prædicamēta,trita nimis in scho

 lis sunt,

lis sunt, pro latinis, cum nunquã sic latini sint locuti. nam quod Græcè κατηγορεῖσθαι, latinè dici de aliquo Cicero uertit. κατηγορήματα, quæ ut in scholis Prædicamenta, quæ dicuntur de quodam aut quibusdam. quod ex ipsis uerbis Ciceronis malũt intelligi. Sic enim scribit in Tusculanis quæstionibus, pag. 213. b. Libido earum est rerum quæ dicuntur de quodam aut quibusdam, quæ κατηγορήματα Dialectici appellant: ut habere diuitias, habere honores.

PRAEFARI *honorem*, quid sit planè uulgus ignorat: & ꝑ eo dicit, Sit uenia dicto, facto, Cũ uenia. &c. Itẽ præfari aliquid alicui, puulgatũ omnino non est. quid uerò significetur eo modo loquendi, ex Ciceronis uerbis intelligetur.

Nos autem ridiculè si dicimus, ille patrẽ strangulauit, honorẽ præfamur: sin de Aurelia aliquid aut Lolia, honos præfãd9 est. Ep. 140. b

Cætera addit, quæ si appelles, honos præfandus sit. de Fin. 71. a

Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonũ, faustumq́ esset, &c. præfabantur. de D. 10. a

PRAEFINIO, eadem significatione est qua Præscribo, Præstituo, sed non in eodem usu nunc apud omnes.

Tu uerò, ut uidetur: nam præfinire, non est meum. Tus. 232. b

Sed eo uidisti multum, quòd præfinisti, quo ne pluris emerem. Ep. 96. a

Sed ego cætera non tam restrictè præfinio. de Legib. 179. a

Nec de illo quicquã tibi præfinio, quo minus in

nus ingenio mecum contendas.I.V.271.b
Deinde aliquanto post eam diem uenerunt, quæ dies lege præfinita est.pro S.R.40.a
Quod superiore parte legis præfinitum fuit, id rursus liberum infinitumq; fecerunt.contra Rul.62.b
Præfinire diem alicui de Pro.76.b
Cal.Ianuarias tibi præfinitas esse.Ep.86.a
A Platone sumptus funerũ præfinitur ex censibus à minis quinque ad minã.deLeg.185.a

PRAEIVDICIVM. Longè alia uulgus hoc nomine significat ac latini olim:qui Præiudicium uocarunt id tantum,quod ante statutum futuri iudicij tanquam exẽplar erat. Sed uerumtamen,hoc est ipsum iudiciũ non erat. idcirco opponit Cicero illi iudicium.
De quo non præiudicium,sed planè iudicium factum putatur.I.V.56.b.&
Cum diceret Metellus præiudiciũ se de capite C.Verris per hoc iudicium nolle fieri.181.b
Exceptio extrà quàm in reum capitis præiudicium fiat de In.69.b.&
Non oportet in recuperatorio iudicio eius iudicij,de quo inter sicarios quæritur, præiudicium fieri.ibid.
Iudicium accusatoris in reum pro aliquo præiudicio ualere.pro Mur.138.a
Cur non eius dãnatione aliquid ad hoc iudicium præiudicij cõparasti. pro Plan.270.b
Nimis graue præiudiciũ in ordinem nostrum At.87.b

Sic Præiudicio,& Præiudicata.

De ali-

De aliquo homine nõ modò præiudicare, ſed etiam grauiſsimè iudicare.in V.182.a
Quod nondũ Senatus cenſuit,nec pop.Rom. iuſsit,id arroganter non præiudico,neq; reuoco ad arbitrium meum. A.275.a
Satis ne cauſæ ſit,quare de aliquo maiore maleficio præiudicetur.de In.69.b
Vt per illum qui attulit uenenum,de hoc præiudicaretur.pro Clu.54.a
Primum poſtulo id quod æquiſsimũ eſt,ut ne quid huc præiudicati afferatis. ꝑ Clu.18.a.&
Si nõ ex cauſis ipſis iudicabim9, ſed ad cauſas iudicia iam facta domo deferemus.ibid.&
Res ſemel atq; iterum præiudicata.27.a
Tantũ opinio præiudicata poterat, ut etiam ſine ratione ualeret autoritas.de N.4.a
Quaſi præiudicata res ad has cauſas deferri ſoleat.pro R.P.127.b

PRAESENS *animus*, pro non perturbato, aut commoto : ſed idoneo ad cogitandum & officium faciendum. recẽtiores uocant Intrepidum animum, Intrepidè aliquid facere dixerunt. uulgò Audacem animum, Audacter, quod aliud ſignificat.
Fortis uerò animi & conſtãtis eſt non perturbari in rebus aſperis,nec tumultuãtẽ de gradibus deijci,ut dicitur : ſed præſentis animi uti conſilio, nec à ratione diſcedere. Off.16.b
Animus acer & præſens,& acutus idẽ atq; uerſut9 inuictos uiros efficit.de Or.116.b.A.96.a
Præſens remedium,auxilium, & alia iſtiuſmodi, pro Certo, Prompto, Parato uſurparunt ueteres.
Præſentes

Præsentes ad nocēdum uires habere. At.141.a
Etenim multa sæpe prodigia uim eius, numēque declarant: multis sæpe in difficillimis rebus præsens auxilium. in V.225.b
Hercules tantus & tam præsens deus. Tuscul. 154.b
Illud uerò non ne ita præsens est, ut Iouis nutu factum uideatur? At.241.a
In rem præsentem uenire. uide Venio.
PRAESENSIO. Alij Præsagia, quo uocabulo Cicero non est usus.
Atque etiam per exta inuenta præsentio. Topic.227.b
Prædictiones & præsentiones rerum futurarum. de N.27.a
Diuinatio, id est, præsentio & scientia rerum futurarum. de D.80.a
PRAESES. Deos & deas præsides uocarūt Latini: quos uulgꝰ nūc Patronos, & patronas.
Custos ac præses templi. pro Dom.242.a
Vos q̨ huic urbi & reipub. præsides estis. ibid.
Mercurius iuuētutis custos & præses. in Verr. 274.a
Sic *Præsidere*, Patronum, aut Patronam esse.
Vos dij patrij, qui huic urbi atq; imperio præsidetis. pro Syl.185.b
Deæ, quæ cunctæ Siciliæ præsidetis. in V.274.b
Dij qui huic urbi præsident. in A.250.a
Testor omnes deos, & ĕos maximè, qui huic loco temploq; præsident. pro Pom.17.a
PRAESTARE, pro Aliquid suo periculo esse, diuulgatū non est. imperiti enim pro eo dicunt, Se.

cunt, Se, aut sua interponere pro aliquo, Recipere in se, Spondere pro aliqua re, Spōsorem esse pro aliquo. Promittere se satisfacturum, & alia istiusmodi quæ excogitarūt, ut id efferrent, quod propriè uerbo Præstare dicitur.

Is periculum iudicij præstare debet, qui nexu obligauit. pro Mur. 124. b

Cuius inuidiam capitis periculo sibi præstandam putabat. pro Sest. 17. a. &

Quæ quidem ea cōditione gesseram, ut meum factū semper omnes boni præstare tueriq; deberent. 11. a

Perge uerò Crasse, inquit Mutius. istam enim culpam quam uereris, ego præstabo, de Orat 94. a

In pariete communi demoliendo, qui damni infecti promiserit, non debebit præstare quod fornix uitij fecerit. Top. 222. a

Si quid offendimus in genere nostro, quod quidem ego præstare non debeo. At. 111. b

Nihil præstandum in uita præter culpam. Epist. 78. b. &

Nihil est sapientis præstare, nisi culpam. 155. a

Culpa nulla est, cum id quod ab homine non potuerit præstari, euenerit. Top. 197. a

Impetus populi quos præstare nemo potest. de Ora. 120. a

Id est, ut cōmunem & incertum casum, quem neq; uitare quisquàm nostrū, neq; præstare ullo pacto potest, sapienter ferres. Ep. 75. a

De Dionysio, si me amas, confice: quamcumq; ei fidem dederis, præstabo. Ep. 66. b

Quis

Quis istam uoluntatem potest præstare sa/ pienti.de Fin.85.b
Socios autoritate nominis nostri saluos præ/ stare poteramus.pro Pom.14.b.&
Pericula facere (ut hominem præstare opor/ tet) innocentia tecti pellemus.17.b
Quod de te sperare, de me præstare possum. Ep.59.a.&
Ego tibi præstare nihil possum.4.b
Præstabo, si Cæsarem bene noui, eum tuæ di/ gnitatis rationem habiturum. At.141.b
Ego Messalam Cæsari præstabo. Q.Fr.327.b
Me non ingratum esse præstabo.de Pro.79.a
Prædones nullos fore quis præstare poterat? pro Flac.152.a
Prætor omnes ministros imperij sui socijs & ciuibus & reipublicæ præstare debeat. Qu. Frat.291.b
Horum non modo facta, sed etiam dicta om/ nia præstanda nobis sunt. Qu.Fr.292.a
Præstabo sumptum nusquam melius poni posse. Q.Fr 318.b
Fœlicitas, quam præstare de selpso nemo po/ test, meminisse & commemorare de altero possumus.pro Pom.15.a
Quis igitur mihi præstat Lentonem uno ca/ pite esse contentum? in A.244.a
Quicquid enim inest prædio uitij, id iuriscon- sulti statuerũt, si uẽditor sciret, nisi nomina/ tim dictũ esset, præstari oportere. Off.64.b
Damnum præstari oportere. Off.65.a
Præstò esse, idẽ quod Adesse, uulgare non est.
Quadru/

Quadruplatores ad fretum præstò fuerunt. I. V.112.b &
Constitui cum hominibus, quo die Messanæ mihi præstò essent.122.a
Macroni uix uideor præstò esse posse. At.61. a.&
Dionysius uobis præstò fuit.ibid.
Togulæ lictoribus ad portam præstò fuerũt. I.P.91.a
Quibus quidem causis tu etiam præstò fuisti. de Cla 195.b
Vt ad omnia quæ tui uelint, ita sim præstò,&c. Ep.55.b
Si officia mea, si operæ tui uelint, ita sim præstò,&c.pro Syl.172.b
Si officia mea causis, tu etiam præstò fuisti. pro Syll.172.b
Vt ad omnia, quæ si operæ, si uigiliæ deseruiũt amicis,& præsto sunt omnibus. Ep.55.b
De mea autem in te uolũtate sic uelim iudices, me opera & consilio, studio quidem certè rei, famæ, saluti tuæ præsto futurũ. Ep.58.b
Hostiæ ad sacrificium præsto non fuerunt. de In.74.b
Est boni auguris, meminisse maximis reipub. tẽporibus præsto esse debere. de Leg.192.b
Is tibi uictori non solum ad hospitium, sed etiam ad periculũ atq; ad aciem præsto fuit. pro Deiot.148.a

PRAETER *cæteros*, modus loquẽdi Latinis ualde usitatus, quẽ nostri homines his uerbis proferre solent, Magis, aut Plus quàm alij.

Attici

Attici in eo genere præter cæteros excellunt. de Or.128.b

Quæ me res igitur præter cæteros impulit? pro S.R.8.b

Gustatus dulcitudine præter cæteros sensus commouetur.de Or.152.b

Nihil de diuinatione habeo,quod præter cætero ros ipse sentiam.de D.82.a

Segesteis præter cæteros imponebat, aliquanto amplius quàm ferre possent.I.V.217.b

Mulieres nostræ præter cæteras Romæ remanserant.At.111.b

PRAETEREA. Qui putant hanc uocem iunctam ex Præter & Is. tanquam parum latinum non audent coniungere cum nominibus masculini aut fœminini generis. solum iũgi putãt nominibus neutri generis. Sed à Cicerone discãt omnium generum nominibus adiungi.

Agerẽt enim tecum lege primum Pythagorei omnes atq; Democriti, cæteriq; in suo genere Physici, &c. urgerẽt præterea philosophorum greges.de Or.88.b

Erat Metrodor9 uigebat auditor Panætij Mnesarchus, & Peripatetici Critolaus & Diodorus,multi erant præterea præclari,&c. ibid.

Num qui exules restituti? unum aiebat, præterea neminem.In A.153.a

Quas cum recitauissem, cecidit Seruilius,multi præterea.ad Brut.90.b

Sed nos possumus & huius esse ciuitatis,& cuiusuis præterea.pro Cor.60.b.

Duo præterea testes nihil dixerũt.p Cec.290 a

K Sc &

Se & alios præterea tres factos esse dixit. pro Clu.22.b
Multos præterea & nostra ciuitas & Græcia tulit singulares uiros. de N.59.a
Hoc ab unũ ab hostibus metui. præterea neminem. pro Pomp 4.b
Præter cõmunem fidem quæ omnibus debetur, præterea nos isti hominum generi præcipuè debere uidemus. Qu.Fr 295.b
Nihil ne uobis in mentẽ uenit, quod præterea A Crasso requiratis. de Or 98 a

PRAETEXTVS, recentiorum est uocabulum. Cicero Simulationem sæpius appellauit, Causam etiam, & Speciem, & Nomen, & Excusationem. de quibus suis locis.

PRAEVARICARI dicũtur actores causarum, qui ab aduersarijs pecuniam accipiũt, ut causam quam receperunt, proderent. inde Præuaricator, & Præuaricatio.
Clodius à Catilina pecuniam accepit, ut turpissimè præuaricaretur. de Ar.253.b

PRIMO *quoque tempore*, modus loquendi Romanis usitatus: nobis nõ item. addimus enim uerbum Possum semper. ut, Venias quàm primum possis, Primo quoq; tempore possis. Cicero uerò illo modo est locutus. ut,
Scio quanti reip. intersit, omnes copias in unũ locum primo quoque tẽpore cõuenire. At. 122.b
Magnum pondus argenti, auctionem, præter prædia, primo quoq; tempore fieri oportere. At.219.b

Sen-

sētiebam & dignitati & existimationi tuæ maximè conducere. te primo quoque tēpore ferre præsidium labēti & inclinatæ penè reipublicæ. At.189.a

Peto, ut primo quoque die Luceriā aduenias. Att.130.a

PRINCEPS. In quanta ignoratione uulgus latinæ linguæ nūc uersetur, cum alia multa, tum in primis hoc nomen ostēdit. quò cum nihil tritius, nihilque latius diffusum fuit apud Romanos tantū hoc nomine appellamus, qui regnis aut rebuspub. præsunt. Latini enim nō solum hominibus tribuerunt, sed rebus etiam omnis generis. significatque idem quod primus aut summus: etiam cuiuscunque rei, non modò populi alicuius. ut,

Tres enim trium disciplinarum principes conuenistis. de N.5.a

Pericles plurimos annos princeps consilij publici fuit. de Or.105.a

Princeps sententiæ in senatu, dux regendæ ciuitatis, autor publici consilij. de Or.148.b

Hi tum in Asia rhetorum principes numerabantur. de Clar.194.b

Longè omnium quicunque fuerunt, grauitate dicendi princeps Plato. Orat.202.b

Princeps ingenij & doctrinæ Plato. Q.195.b

Senatus princeps salutis, mentisque publicæ. de Ar.257.b

Lōgè omnium in iure ciuili esse principem. de Clar.178.a

Is qui princeps in agendo est. I. V.62.a

Eudoxus in Astrologia facilè princeps·de Diu. 126·b
Aliquis consilio ac lingua princeps· de Or.95.a
Princeps ad omnia pericula.Ep·195·b
Cum essem in principibus patronis quinquennium uersatus.de Clar.195·a
Ille se principem ciuem putat·de N.59·b
Natura huius boni princeps est·de Or·141.a
Amor princeps est ad beneuolentiam coniungendam.de Am.101·a
Qui in mea salute principē autoritatemq́ tenuistis.pro Dom·243.a
Cum nostri imperatores ad illam ipsam aram uota persoluerent.de Ar.250.a

Princeps idē quod primus, cum hominibus tribuitur, autorem alicuius rei significat.

Harum disputationum inuentor ac princeps Plato.de Or.89·a
Zeno qui inuentor ac princeps Stoicorū fuit. Ac.33.b
Et nimirum is princeps ex Latinis hæc tractauit.de Clar.171·b
Gorgias princeps ex omnib9 ausus est·de Or. 154.b
Herodotus ille, qui princeps genus hoc ornauit·de Or.115.b
P.Decius princeps in ea familia consulatus.de Fin.77.b
Earum qualitatum sunt aliæ principes, aliæ ex ijs ortæ.Ac.44·a
Exordium princeps omnium debet esse.de In. 46.b

Sicilia

Sicilia princeps se ad amicitiã populi Romani applicuit, & prima omniũ prouincia est appellata.I·V.109.a
Principem sententiam dicere.de Pro·69.a
PRINCIPATVS. Locus princeps neq tã obscura est uis huius nominis, quàm ipsum nomen neglectũ ab ijs, qui pro eo primatum dicunt, quod latinum non est.
Theophrastus menti diuinum tribuit principatum.de N.9.a
Eloquẽtiæ ergo à maioribus nostris est in tota dignitate principatus datus. Off.47.a
Tenere principatum. Tusc.152.a
Sol qui astrorum tenet principatũ.de N.35.b
PRINCIPIO. Hac uoce latini in oratione rem aliquam tractandam exordiebantur. quod cum nunc in usu minus sit, exemplis declarabimus, quomodo Cicero initio eo uerbo sit usus. Sic enim incipit enumerare oportunitates amicitiæ:
Principiò cui potest esse uita uitalis, ut ait Ennius, qui non amici mutua beneuolẽtia conquiescat? de Am.99. b. Sic item quod in primo libro Officior. tractare proposuit.
Principiò generi animantium omni est à natura tributum, ut se, uitam, corpusq tueatur. de Off.5.a
His quoque de rebus pauca dicantur. Principiò corporis magnam natura ipsa uidetur habuisse rationem.de Off.25.b
Principiò inquã in Physicis quib. maximè gloriatur, primum totus est alienus.de Fin.52.a

Principio, idem aliquando quod primum.

Ius augurũ diuinationis opinione principiò constitutum est, postea reipub. causa cõseruatum ac retentum. de D. 124. a

Si fortè quæreretur, quæ esset ars imperatoris, constituendum putarem principiò quis esset imperator: tum adiungeremus. de Or. 102. b

Græci cõmonent, ut attentum principiò faciamus iudicem. de Or. 138. b

PRIVILEGIVM. Aliud longè ueteres significarũt hoc nomine ac nũc uulgo fit. Vsurpatur enim iam ferè ab omnibus pro donis & muneribus quæ à Principibus aut Regibus ciuitatibus, populis, aut etiam singulis ciuibus cõceduntur, ut si uectigali aut alijs oneribus liberẽtur. dicunt se habere priuilegia, quod ueteres dixerunt, Liberare uectigalibus, Vectigales liberare, Tollere portoriũ, Immunitate donare, Immunitas, Immunes esse. Cum alijs rebus tribuitur, ut si quid iuris habeat alia ciuitas præ alia, nõ Priuilegium, sed ius & Legem ueteres appellabant, qui non in laude modo, sed maxime in uitio priuilegium ponebant: ut cum irrogaretur priuilegium alicui, ut exularet. Differt itaq; Priuilegiũ à Lege, quod ea ad omnes eius ciuitatis, aut ad omnes alicuius certi ordinis homines pertinet. Priuilegiũ singulorum est, nõ multorum: quod ex ipsis uerbis Ciceronis planius intelliges.

Quo iure, quo more, quo exẽplo legem nominatim de capite ciuis indẽnati tulisti? uetant

leges

ges sacratæ,uetant XII.tabulæ leges priua-tis hominibus irrogari. id est enim priuile-gium.pro Dom.222.a

In priuatos homines leges ferri noluerunt,id est enim priuilegium.de Leg.193.a

Cum XII.tabulis sancitum esset.ut neq; priui legium irrogari,neque de capite ciuis nisi co mitijs cẽturiatis rogari posset. pro Sest.17.b

Sed quid ego cõmunes leges profero, quibus omnibus es exul:familiarissimus tuus de te priuilegiũ tulit ut si in opertum Bonæ deæ accessisses,exulares.Parad.121.b

An licuit tibi de peste ciuis indemnati ferre nõ legem.sed nefarium priuilegium:pro Dom. 283.b.&

Cum indemnatum exturbares priuilegijs ty-rannicis irrogatis.235.b

Priuilegij uim & crudelitatem autoritate ho-nestissimorum hominum & publicis literis consignauit.Post.210.b

T.Libo rogationem in Galbam priuilegij simi lem tulit de Clas.172.b

Quod cum Curione de priuilegio locutus es est aliquid.At.46.b

Priuilegia ne irrogato.de Leg.186.a

Quod uero alij barbarè Priuilegium,aut ut recẽtiores Iurisperiti Priuilegiarum uocãt Ci-cero nominatim Præmijs affectum dicit ut,

Mitto ereptam libertatem populis, ac singulis qui erant affecti præmijs nominatim: quo rum nihil est quod non sit lege Iulia,ne fieri liceat,sancitum diligenter.in Pis.99.a

PRO. Varijs rebus hæc præpositio tribuitur: modi uerò qui ignorantur, uulgò hi sunt. Primũ significãt Latini hoc uerbo. quod Græci præpositione κατὰ, quam quòd cum nostra uernacula lingua magis congruat, solet uulgus Secundum tuam dignitatem, Secundum nostram familiaritatem, reddere. Latinè uerò, Pro tua dignitate, familiaritate, &c. quod explicaremus his uerbis, Quantum postulat tua dignitas, familiaritas.

Spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili ac singulari sapientia de cõcordia ciuium agi uelle arbitrarer. At. 147.b

Horum uobis pro uestra sapientia est habẽda ratio. pro Pomp. 7.a

Non enim pro tua prudẽtia debes illud solum animaduertere. At. 130.b

Reliqua tu pro tua prudẽtia considerabis. Ep. 55.b

Hæc pro tuo ingenio considera. Ep. 257.b

Quẽ omnes amare meritissimò pro eius eximia suauitate debemus. de Or. 105.a

Qui à me pro eximia sua uirtute, summis honoribus quos &c. honoris causa nominatur. pro Clu. 42.a

Vidẽdum est, ut cuiq; pro dignitate tribuatur. Off. 9.b

Pro, idem quod Ante, aut Ad.

Pro æde Castoris sedens &c. At. 189.a. & 198.b. &

Pro æde Iouis Statoris. 172.b

Antoni9 sedẽs pro æde Castoris dixit. I. A. 189.a

 Illa

Illa præsidia, quæ pro templis omnibus cer/
nitis. pro Mil. 101. a

PROBE idem ualere quod Bene & Rectè, uulgus ignorat: nam his semper utitur, neglecto illo.

Antipater ille, quem tu probè Catule memi/
nisti. de Or. 161. a
De aquæ ductu probè fecisti. At. 205. a
Probè teneo. de In. 56 b
Quod cum probè scirem. Ep. 24. b. &
De Saturnino curasti probè. At. 68. a
Quem hominem probè commeminisse se aie/
bat. de Or. 104. b
Amanum exercitum adduxi, satis probè or/
natum auxiliis. Ep. 23. a
Oculus perturbatus non est probè affectus
ad suum munus fungendum. Tus. 193. b
Hoc igitur probè stabilito. Tus. 167. a
Thucydides res gestas narrat grauiter, sanè &
probè. de Or. 199. b
Itaq; probè diffinitur à Stoicis fortitudo. Off.
15. a
Illud probè iudicas. At. 102. a
De Seruio probè dicis. de Cla. 178. a
Probè dicis. Tus. 180. b

PROCEDO. Propria uis uerbi non obscura est, sed aliis rebus multis, quib. olim ueteres, nostri homines ignoratione eius usus non tribuunt. ut, Procedere in uirtute, in aliqua re, dixerunt: quod idem significat quod Proficere, Progressus facere.

Nihil ergo adiuuat, pcedere & progredi in uir/

tute, quo minus miserrimus sit, antequam ad eam peruenerit. de Fin. 120. b. &
Longè ad uirtutem processerunt natura ac doctrina. III. a
Qui professerit aliquantulum ad uirtutis aditum de Fin. 100. a

Aetate procedere, Latinè est: quod Barbari dicunt, Seniorem, aut Antiquiorem fieri.
Isocrates se tantum, quantum ætate procedebat, relaxabat à nimia necessitate numerorum. Orat. 214. a
An hoc uidit puer, si ætate processerit, non uidebit in Acad. 204. a
Liuius usque ad adolescentiam meam processit ætate de Sen. 87. a
Isocrates cum ætate processerit, aut in hoc orationum genere cui nunc studet, tantum quantum pueris reliquis præstet. Or. 200. b

Sic *Procedere honoribus longius*, pro Peruenire ad maiores honores.
Is processisset honoribus longius, nisi semper infirma atq; ægra ualetudine esset. de Clar. 180. b
Cotta in mediocrium oratorum numero dicendi non ita multum laude processerat de Clar. 176. b

Ratione & uia orationem procedere: quod multi dicũt, Methodicè orationem instituere, Secũdum methodum aliquid dicere.
Primum igitur agã sic, ut ipsi autori huius disciplinæ placet. cõstituã quid & quale sit id de quo quærimus: nõ quo uos ignorare arbitrer, sed

trer, sed ut ratione & uia procedat oratio. de Fin.54.b

Crebrò etiam usurpatur eadem significatione, qua Succedere.

Nonnunquam summis oratoribus, non satis ex sententia euentum dicendi procedere. de Or.95.a

Omnia, ut spero, prosperè procedent. Ep.187.a

Cui benè quid processerit, eum multum prouidisse dicimus. pro Mil.122.a

Quibus cum parum processisset, &c. Ep.122.a

Alicui nequaquam ut sperasset, ea quæ cogitasset, procedere. pro Clu.55.a

Pergit in mea maledicta, quasi uerò ei pulcherrimè priora processerunt. in Acad.256.a

PRODEO. Hoc uerbum tam tritum non est, quàm Exeo apud uulgus, sic enim loquitur. Ego rarò, aut nũquam exeo. Latini uerò cum significare uellent, ne in publicum, aut etiam aliquid inanimi in lucem & conspectum omnium proferre, hoc uerbo utebantur. ut,

Paulo pòst esse ferunt nunciatum Simonidi, ut prodiret. de Or.141.a

Scio te in publicum non prodire. At.125.b

Cauendũ est etiam si ædifices, ne extra modũ sumptu & magnificentia prodeas. Off.23.a

Vt in scenam sine subligaculo prodeat nemo. Off.26.a

Citat præco uoce maxima Legatos Acmonenses, procedit unus Asclepiades: prodeant. pro Flac.153.a

Testes una ex domo prodeunt. pro Flac.150.b

Prodire

Prodire in aciem.Ep.79.a
Si hæc cõsuetudo serpere ac prodire cœperit.I.V.65.b
Prodire obuiam alicui.pro Mur.140.b
An ego tibi obuiam non prodirem?Ep.39.a
Missos faciant patronos,ipsi prodeãt.Or.219.a
Eloquentia serò prodijt in lucem. de Cla.168.a
Cauẽdum est etiã si ædifices, ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas.Off.25.a

PRODO.Non solum ea actio qua hostibus aliquid tradimus insidiosè contra æquitatem & leges:sed & aliæ res quoq; quæ in lucem eduntur, & alijs præsertim posteris tradũtur, prodi quoq; dicuntur.

Sacra deinceps familijs prodũtur,& sunt perpetua.de Leg.179.b
Rem aliquam deinceps à patribus acceptam posteris prodere.de Som.130.a
Gloria tua tibi est communicanda mecum, & prodenda liberis.Qu.Fra.298.b
Itaque eorum uocabula nobis prodiderunt. de Vn.201.a
Ne periculosam imitationẽ in posterum proderetis.pro Flac.151.b
In hoc reo ne quod perniciosum exemplum prodatur pertimesco.pro Flac.151.b
Imagines ad memoriam posteritatis prodendam.aliter,posteritatemq;.in V.243.a
Quia memoria sic esset ꝓditũ, &c.de Or.100.a
Sermonem L.Crassi memoriæ prodamus. de Or.144.a
Quod est proditũ memoriæ ac literis.I.V.85.b

Ante

Ante Solonis ætatem de nullo ut diserto memoriæ proditum est. de Clar.168.a.& 169.b

In uirorum fortium factis memoriæ prodendis. Ep.89.b

Cuius ne nomen quidem proditum est. Tuscul.170.b

Hæc de sapientissimis uiris monumenta nobis literæ prodiderunt,&c. pro Plan.279.a

PRODVCERE. Significabant hoc uerbo ueteres, quod Barbari nunc nouo uerbo prolongare ut,

C.Marius apud populum criminatus est, bellum illud producere. Off.67.b

Producere sermonem longius. de Cla.187.b

Produci dies est in IIII. iduũ Feb. Q.Fr.307.b

Sermonem producere in multam noctem. de Som.125.b

Varro uitam Neuij producit longius. de Clar.170.a

Producere aliquem cõditionibus. ad Her.51.a

Dolores longinquitate producti, uehementius torquent homines. Tus.251.a

Conuiuium ad multam noctem uario sermone produximus. de Sen.86 b

Eodem penè modo & significatione Proferre diem, tempus, Latinè dicitur.

Dices igitur amicis auctionem proferant. Attic.207.b.&

Auctionis diem latius proferre.208.a

Quod si latius uolent proferre diem, poterũt uel biduum, uel triduum, uel ut uidebitur. nihil enim interest. At.208.a

PROFI-

PROFITEOR. Peruulgatum omninò non est, hoc uerbo significari actionem illam qua edimus & indicamus censoribus aut magistratui, quantum uini, olei, frumenti, possessionum & bonorum omnium possideamus, idcirco imperiti ignoratione huius uerbi dicunt, Assignare, Insinuare, Indicare magistratui. Latini uerò hoc modo:

Edixerat ut aratores operam suam profiterentur. in V.155.b.&

Nemo erat decumanorũ, qui grano amplius sibi quàm deberetur, deberi professus esset. 155.b

Si sexaginta diebus apud prætorẽ essent professi. pro Asch.186.b.&

Archias professus est apud prætorem Qu. Metellum &c.187.a

Quin etiam eorum iussu miserim qui profiteretur, ita enim oportere dicebant, professus est Philotimus libertus. At.216.a

Professio in eadem significatione.

Tu uerò confice professionem, si potes, etsi hæc pecunia ex eo genere est, ut professione nón egeat. Ep.262.b

Archias ijs tabulis professus est, quæ solæ ex illa professione collegioq́ prætorum obtinent publicarum tabularum autoritatem. pro Arch.187.a

Iugerũ subscriptio ac professio. in V.172.a.&

Iudicium de professione.155.b

Semel ne putas mihi dixisse Balbum & Faberium professionem relatam. At.215.b

Quos

Quos uero recentiores Professores uocarunt, Cicero Magistros aut Doctores semper appellat, nunquam Professores.

PROFVNDO, pro Largè effundo: rebus ijs præsertim tributum, quæ ut liquores fundi natura non possunt, sed similitudine tantum. apud uulgus non percrebuit.

Equidem uim lachrymarum profudi. de Som. 127.b

Lachrymæ se subitò profuderunt. At. 175.a

Lachrymas profundo. pro Fon. 284.a

Voluptates, quæ cum inclusæ diutius, & prima ætate compressæ & constrictæ fuerunt, subito se non nunquam profundunt, atque eijciuntur uniuersæ. pro Cæl 53.b

Omne odium inclusum nefarijs sensibus impiorum in me profudistis. in P. 82.b

Qui in causa animam profudit. pro Mar. 136.a

Profundere uitam pro patria. Offic. 17.a. & in A. 263.b

Profundere uocem. Tus 187.a.

Sed profundendo clamore multitudinis concitatæ pro Flac. 149.a

Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt. in C. 106.a

Profusis sumptibus uiuere. pro Qu. 17.b

Omnes pfudi uires animi atque ingenij. At. 16.b

Si totum se ille in me profudisset. At. 102.a

Nihil est in natura rerum omnium, quod se uniuersum profundat, & quod totum repentè euolet. de Or. 158.a

Sed tanquam sanguis profusus est per totum

corpus

corpus orationis.ad Heren.38.a
Res iam uniuersas profundam·Acad.22·a
Profundere & perdere laborem.Ep.62.b
Pecunias profundere in eas res quarum memoriam aut breuem, aut nullam sint relicturi omnino.Off.44.b
Sanguis qui profusus est in morte·in Ar.221.b
Quæ frugibus ác baccis terræ fœtu profunduntur·de Leg.161·a
Inde *Profusus,a,um* Immodestus
Quis tam profusus ac perditus nepos sic dissolutus fuisset? pro Quin.7·a
Priuata luxuria,profusæ epulæ.pro Mur.141.b
Profusæ luxuries·pro Cæl.46.b
Lætitiam profusam hilaritatẽ efficit.Tus.212.a
Profusis sumptibus uiuere.pro Quin.17.b
Quãti & quàm profusi sumptus. pro Clu.25.a
Ipsumq; genus iocandi non profusum neq; immoderatum,sed ingenuum & facetum esse debet.Off.21.a
PROGIGNO,Cicero:quod recentiores Progenero.
In seminibus inest uis earum rerum quæ ex his progignuntur.de D.170.a
Sic hic, qui hoc lumen progenuit. ex filio est nominandus.Off.65.a
PROGRESSVS.Hoc uerbo protulerũt ueteres,quod recẽtiores uerbo Profectus. ut, Philosophi nunquam in suis studijs tantos progressus facere potuissent.Tus.118.b
Lucillus Balbus, qui tãtos progressus habeat in Stoicis.de N.5.a

Progressum

Progressum ætatis expectari non oportet. in A.203.b

Ratio quæ causas rerũ uidet. earumq; progressus quasi antecessiones non ignorat. Off.3 a

PROIECTVS pro Extensus, de lingua Latina sublatum uidetur..

Brachium procerius proiectum, quasi quoddam telum orationis. de Or.165.b

Quarũ una est ea quam dixi insula, quæ duobus portub9 cincta, in utriusq; portus ostiũ aditumq; proiecta est. I. V. 227.b

Vrbs proiecta in altum. I. V. 204.b

Exin proiectæ claro cũ lumine Chelæ. in Arat.

Translate hoc modo:

Illi quorum eminet audacia atq; proiecta est. pro Clu.56.b

Proiecta quædam & effrenata cupiditas. pro Domo 236.a

Proiectus ad audiendum. I. V. 76.b

PROLIXVS pro lõgus nũquam Cicero usurpat: sed idẽ ferè hoc nomine significat, q̃d per liberalis, largus, facilis, & prõptus in dando & cõferendo aliquid. non enim uocauit Cicero literas aut orationem, aut sermonem longum, prolixum, sed longum. Quomodo uerò nomine Prolixus sit usus, exẽpla declarabunt.

Prolixa & benefica natura. Ep.38.b

Aliquid animo libenti, plixoq; facere. Ar.264.a

Animo gaudenti & libenti, &c. At.25.a

Cætera spero prolixa esse. his duntaxat urbanis competitoribus. At.1.b

Ariobarzanes non in Põpeium prolixior per

ipsum quàm per me in Brutum. At.93.a
In quo parum prolixi respondēt Campani coloni. At.111.b
Prolixè, liberaliter, beneficè, promptè.
Is mihi, quæ meū tēpus postularet, satis prolixè pollicitus est. pru Dom.219.a
Quod statuerat facere, nō solum fecit, sed etiā prolixè cumulateq; fecit. item,
Id autē est, ut hoc, quod te tua sponte facturū esse certò scio, honoris nostri causa libēter, non prolixè, sed celeriter facias. aliter, Non solum libenter & prolixè, sed etiam celeriter facias.
Nec minus & prolixè de tua uolūtate promisi, quàm eram solitus de mea polliceri.
PROMEREOR, idem ualet quod Mereor: sed nostris non ita notum.
Non conuenit enim, cum ad promerendum officiū tam fuerim expeditus, nos ad referendam gratiam esse tardiores. Antequam.193.a
Optimè de repub. promereri. in A.191.a
Si possunt, non amittunt occasionem promerendi. Qu. de Pet.109.a
Is suo beneficio promeritus est, se ut ames, & sibi ut debeas. Qu. Fr.209.a
Aliquem fuisse diligentissimum in promerendo, ut sibi maximi honores haberētur. Qu. Fr.295.b
Homines tenues unum habēt in nostrum ordinem aut promerendi, aut proferendi beneficij locum. pro Mur.140.b
Leuius punitus quā promeritus sit. de In.72.b
Paratas

Paratas ad bene promerendum. Off. 44. a

PROMO. Tribuitur uulgò tantum hoc uerbũ, uino, liquoribus, qui ex uasis aut cupis emittuntur: sed Cicero ea omnia, quæ recõdita & cõclusa fuerunt, ut omnibus non potuerũt, promi dicit, si proferantur. ut,

Cum tibi senatus ex ærario pecuniam prõpsisset atq; adnumerasset. in V. 192. a

Promere aurum ex ármario. pro Cæl. 48. a

Tu LIII. ex arca proferebas, ille CCC. ex artificio promerebat. pro Qu. R. 49. b

Animus qui semper ex se promat, quod alios delectet. Ep. 70. b

Medicamenta illa tanquam de narthecio promant. de Fin. 69. a

Ne ipsa aliquid à me prõpsisse, sed fortuitò in hunc sermonem incidisse uidear. de Or. 94. a

Est aliquid quod ex obscuriore aliqua scientia sit promẽdum atq; assumendum. de Or. 90. a

Loci sunt quasi sedes, è quibus argumẽta promuntur. Top. 221. b

Promere libros è bibliotheca. de Fin. 91. a

Voces tristificas chartis promebat Hetruscis. de D. 84. b

Promptus, a, um, & in promptu: quæ non recondita, sed ad manum sunt.

Prompta & parata in respondendo celeritas. de Clar. 178. a

M. Marcellus promptus & non inexercitatus ad dicendum fuit. de Cl. 176. b

Eius facultatis adiumẽta ut prompta & parata sint, cura. Qu. de Pet. 205. a

Discutienda sunt ea quæ obscurant, & ea quæ sunt eminētia & prompta, sumenda. de Or. 165.a

Eius rei facilis & prompta est respōsio. de Or. 105.b

Quod omnibus patet, & æquè promptum est mihi & alijs. pro Mur. 150.a

Tametsi hoc quidem minimè latet, quod ita promptum & propositū est, ut. pro S.R. 38.a

Hic quod animo sentiebat, & uultu prōptum habuit & linguæ. pro Plan. 266.a

PROPE. Præpositionis uis nota satis, sed quia latè patet, usus in quibusdam non satis diuulgatus, præsertim cū accusatiuo non iungitur. ut,

Cum in Italia bellum, tum propè à Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. in V. 256.b

Tam propè ab domo detineri. in V. 110.b

Antiquitas, quæ quo propius aberat ab ortu & diuina progenie, hoc melius ea cernebat. Tusc. 153.b

Tu illam manum mihi cura, ut præstes, quoniam propius abes. At. 1.

Stellæ aliæ propius à terris mouentur, aliæ remotius. de N. 18.b

At tu illo tempore apud socrum tuam propè à meis ædibus sedebas, nō extinctor, sed autor incendij. in Pis. 85.a

Si *Propius nihil est factum, quin*: quod cū uulgus ignoraret, aliena ualde līgua latina in ore habet.

Nec quicquam propius est factū, quàm ut illū persequeretur [illegible] collo obtorto ad subsellia redu-

lia reduceret, ut cætera posset perorare. pro Clu.29.b

Properè, Properanter ueteres. Cicero Festinanter, Celeriter.

PROPIOR, *us*. Quoniam multi mala cõsuetudine dicunt Proximior, ut ego sum, proximior, illud est proximius. docere his exemplis uolui, quemadmodũ ueteres sunt locuti. Nam & Proximior, & Proximius prorsus barbarũ est: proćp eo dixerunt Propior, Propius,

In, quib. erãt omnia, quæ sceleri propiora sunt quàm religioni. I. V.226.b

Sed hæc uetera, propiora uideamus. de In.76.a

Omnib9 sua sibi propiora esse pericula, quàm aliena. pro Sest.11.b.

Pòst autẽ causa fuit propior, & cum exitu iunctior. de Clar.194.b

Et dicendi ardore eram propior, & ætate coniunctior. de Clar. ibid.

Tibi propior me nemo est. pro Quint.18.a

Nos autẽ altum portũ propiorem huic ætati uidebamus. At.254.a

Prius de ĳs rebus quæ uirtuti propiores sunt, dixerimus. Off 57.a

Societas quæ latissimè patet, &c. interior, &c. propior, &c. Off 65.b

Proportionaliter barbarum est. Cicero dicit Proportione.

Fuere aliquando apud Siculos peræqua proportione cætera. in. V.210.b

Qui quum omnes Asiæ ciuitates proportione in prouincias descripsisset, illã rationem in

Imperando sumptu & Pompeius & Flaccus secutus est·pro Flac.152·b
Quemadmodū ignis animis, sic anima aquæ: quodq; animæ aqua, id aqua terræ proportione reddit·de Vn.197.b
Aequaliter quoq; idem significatur.
Vectigal, quod Græcis æqualiter Sylla descripserat·Qu.Fr.296·b
PROPTER, cum causam notat, uulgatum satis. Sed cum idem ualeat quod Propè, aut Apud, non item, ut,
Vulcanus tenuit insulas propter Siciliā, quæ Vulcaniæ nominantur·de N·70·b
Fluuius Eurotas, qui propter Lacedemonem fluit·contra Rul·76·a
In pratulo propter Platonis statuam cōcedimus.de Clar.167.a
Duo filij propter patrē cubantes·pro S.R.29·a
Hic iacet propter illum, de N·48.a
Propter est spelunca quædam.I.V.225.a.&
Propter introitum portus·252.a·&
Propter ædem Vulcani.159.
Hic uir clarissimus, qui propter te sedet L. Gellius·I·P·80.b
PROROGARE *diem, imperium, prouinciam.* uulgo non satis nota, quia Prolōgare imperii dicunt, aut prolatare, aut extēdere tempus, pro Prorogare.
Ne quinquennij imperium Cæsari prorogaretur·I.A.165.a
Impetrat à Senatu; ut dies sibi prorogaretur. in V·96.a

Ne

Ne prouincia nobis prorogetur, per fortunas dum ades prouide. A.73.
Differre bellũ, neq; solũ prorogare: sed etiam concedere uictoriam in A.242.a
Rogo atq; oro te, ne patiaris mihi quicquam ad hanc prouincialem molestiam temporis prorogari. Ep.21.b.&
Illud pugna atq; enitere, ne quid nobis temporis prorogetur. 40.b
Cæsar paucos tibi ad soluẽdum propter inopiam tuam prorogauit dies. I.A.174.b.&
Numerũ annorũ prouincijs prorogauit. 181.a
Illud probè, ne pateretur, quãtum esset in ipso prorogari nobis prouincias. At.69.a.&
Ipse enim adsum, nisi quid tu prorogas. 216.b
Quod si tibi bellum administrãti prorogatum imperiũ uiderem, intelligerem etiam fortunæ potestatẽ in nos prorogatã. Q.Fr.290.b

PROSA *oratio*, recẽtius uocabulum. Cicero Solutam aut Liberam orationem uocat, aut quæ numeris non est astricta & deuincta.

PROSCRIBO. Quæ uis sit huius uerbi, uulgus omnino ignorat: præsertim quod eo significetur id quod rudes dicere solẽt, Inscribere domum, Esse uenalem, Proclamare, aut Publicare, ut loquuntur. Vẽdere uelle domũ agros, bona, &c. Quod latini protulerunt hoc uerbo Proscribere domum, agrum, &c.
Sic tu cum ædes proscribas, tabulam tãquam plagam ponas, dum propter uitia uendas. Offic.65.a
Racilius tabulã proscripsit, se familiam Catonianam

nianam uenditurum. Q.Fr.511.b
Auctionem in Gallia se facturum esse proscripsit. pro Q.3.a.&
Proscribere bona alicuius.9.a.&
Eum non posse quæ proscripsisset uēdere.5.a
Ille quod placebat proscripsit, tu quod placebat emisti. Off.62.b
Possesiones uenales ac proscriptas hac lege uideo. contra Rul.89.a
Horti quam in diem proscripti sint, uelim ad me scribas. Att.203.b
Iste locare incipit non proscripta neq; edicta die. I. V.104.b
Tusculanum proscripsi. At.55.b
Vt quid si uictus, proscribere: si uiceris, tamen seruias. At.105.a
Itaq; sese scripturum aiebat, ut uenationem etiam, quæ postridie ludis Apollinaribus futura est, proscriberent. At.255.a
Buthrotium agrum proscriptū uidimus. Att.262.a

Proscribere etiam significat Damnare & in exilium eijcere.

Cum proscriberentur homines, atq; ex omni regione caperentur ij, qui aduersarij fuisse putabantur. pro S.R.21.a
Lex Cornelia pscriptū iuuare uetat. I.V.101.a

PROSEQVOR, honoris aut officij causa aliquem sequor, uulgatum satis non est.

Publicani Domitiū cū equis prosequuti sunt. Q.Fr.341.b (est. I.A.192.b
Legio quarta C. Cæsaris exercitū prosecuta est.

Cum

Cum te prosequerer paludatum. Ep.205.a.&
Cum te Puteolis prosequerer.42.a
Is me in discessu meo non lachrymis solũ suis, sed animo, corpore, copijs prosecutus est. pro Plan.275.a
Minturnenses C. Marium linquentem eam terram quam seruauerat, lachrymis uotisq; prosecuti sunt. pro Plan.264.a
Inanimis quoq; tribuitur.
Opportunitatem uero mortis illius beneuolentia potius, quàm misericordia prosequamur. de Cla.165.a
Quæ tam ingratæ literæ reperiẽtur, quæ non eorum gloriam immortalitatis memoria prosequantur. in A.167.a
Genus orationis fusum atq; tractum prosequendum est. de Or.114.a
Quocirca & mortui uiuũt, tantus eos honos, memoria, desiderium prosequitur amicorum. Am.190.a
Prosequi laudes clarorum uirorum ad cantus & ad tibicinem. de Leg.182.b
Laudo uos Quirites, cum gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adolescentis. I. A.191.b
Populus Rom. maximo clamore & plausu Bruti memoriam prosequebatur. in A.225.b
Prosequi aliquẽ omnibus officijs. Ep.249 b.&
Qui paternam amicitiam nullis ipsi officijs prosecuti sunt.91.a
Mirabilis cum omnium beneuolentia. Epistol. 254.a

Te uerò prosecuta est,&c. quibus studijs prosequamur. pro Mar.132.a
Alicuius uirtutem grata memoria prosequi. in A.265.a
Prosequi aliquem plausu. aliter, Persequi. de Ar.256.a
Deinde impudentia prosequor, sed idem sarciam. Ep.226.a
Prosequi aliquem uerbis uehementioribus. in V.123.b
In dicendo aut scribendo prosequi aliquid, pro Persequi.
Et id non prosequar longius, quàm mea fides postulabit. pro S.R.32.a
Nec ab ultimo repetamus, ne longius prosequamur. ad Her.5.b
Date nobis hanc ueniam, ut ea quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter prosequamini. de Or.95.a
Eum locū Posidonius prosecut9 est. At.258.b
Accusator rerum ordinem prosequitur. Parad.131 a
Ne hæc difficiliora ad prosequendum esse uideantur. de Or.160.b

PROSTITVO, recentiorum quoq; est Cicero. Vulgare se omnibus. Diuulgare se ad omnes libidines, Omnibus se peruulgare, Collocare se in uita meretricia palàm.

PROTECTOREM uulg9 uocat, quem Latini aut Patronum, aut Defensorem, aut Parentem, aut Deum etiam.

PROTESTARI apud idoneos autores non le-

non legitur, nouum enim est. Latini testari, Contestari dicunt.

PROVEHERE. Transfertur hoc uerbũ ad multa à Cicerone: quod cum rarius nunc fiat uulgo, usum eius exemplis ostendemus.

Sentio me esse longius prouectum, quàm pro posita oratio postularet. de Fin. 105. b

In altumq́ prouehitur imprudens. Tusculan. 217. b

Paulo longius oratio mea prouecta est. pro Q. R. 50. a

Vestra in me attentè audiẽdo benignitas prouexit orationem meam. pro Dom. 219. b

Cum prospero flatu fortunæ utimur, ad optatos exitus prouehimur. Off. 36. b

Sulpitium longius quàm uoluit, popularis aura prouexit. de Ar. 254. a

Quorum usq; ad extremum spiritum prouecta est prudentia. de Som. 82. b

Si longius in amicitiam prouecti essent, si amorem ad adolescentiam perduxissent. de Amic. 102 b

Nec ita multum prouectus, reiectus sum. in An. 154. a

Atq; etiã homines agrestes inani spe ad aquas usq; Puteolanas prouehuntur. in A. 216. a

Ecquò te tua uirtus prouexisset? ecquò genus in A. 251. a. b

Sed prouehor amore, non enim id propositum est huic epistolæ. At. 282. a

Milo uitam suam nunquam in periculum sine custodia prouehebat. pro Nil. 112. a

Adagium

Adagiũ uetuſtũ uidetur. Cicero Prouerbiũ.

PROXIME cum Accuſatiuo, ut Propè & Propius, noſtri non iungunt, ut olim ueteres Latini, ſic enim ij ſunt locuti:

Proximè hos chari, qui ſtudiorum tuorũ ſunt æmuli. Qu. Caſ. Ep. 189 b

Brutus operam det, ut cum ſuis copijs quàm proximè Italiam ſit. in A. 229. b

Nihil eſt neceſſe, quàm proximè Italiam eſſe. At. 45. b.

Habere exercitum quàm proximè hoſtẽ. Att. 95. a

Proximè autem & ſecundũ deos homines hominib9 maximè utiles eſſe poſſunt. Off. 35. a

Aequè aut proximè.

Non poſſum non proximè atq; ille, aut etiam æquè laborare, Ep. 152. b

PVLVINAR non idem quod Puluinus apud Ciceronem: ſed locus ille quò recumbebant diui in templis. Quod uerò alij Puluinar, Puluinum ſemper appellat.

Ad omnia puluinaria ſupplicatio decreta eſt. in C. 116. a

Puluinaria deorum. Tuſ. 210. a

Qui puluinaribus Bonæ deæ ſtuprum intulit. de Ar. 245. b

Ea aram & ædiculam & puluinar ſub ſaxo ſacro dedicauit. pro Dom. 240. b

Qui ſacerdotem ab ipſis aris puluinaribusq; detraxiſtis. de Ar. 250. a

Diuus Iulius habuit puluinar, ſimulacrum, faſtigium, flaminem. I. A. 181. a

PVLVINVS, *ni*.

Tum Crassum puluinos poposcisse, & omnes in ijs sedibus quæ erant sub platano, conse/disse dicebat. de Nr. 87. a

Lectica in qua erat puluinus, melitẽsi rosa fra/ctus in V. 241. a

Sella tibi erit in ludo, eam puluinus sequetur. Ep. 138. a

PVSILLANIMVS. *Pusillanimitas*, *Pusillanimiter*, recentiorum est. Veteres, Paruum animum, Angustias animi, pectoris, Angustũ animum, abiectum, fractum, Infirmitatem animi. Quæ timido animo, humili, demisso & abiecto fiũt, Parui animi esse, angusti, humili, fracti, dicere consueuerunt.

Q

QVA. Non solum significatur hac uoce, quod uulgus putat, motus per locũ, ut Grãmatici loquũtur: sed alijs rebus quoq; tribuitur, signatq; id quod alij poti9 di/cunt per Quoad, quod significatione differt: etiã uulgus per quantũ pertinet ad proferre solet. Sed idẽ ualere uidetur quod Quatenus.

Quà dominus, quà aduocati sibilis concisi sunt. At. 34. a &

Intelligo te distentissimũ esse, quà de Buthro/tijs, quà de Bruto. 246. b

Quàm expedita consilia tua, quàm euigilata tuis cogitationibus, quà itineris, quà naui/gationis, quà congressus sermonisq; cum Cæsare. At. 148. a

Nimia potẽtia quid agat, quomodo aggredia tur, iu/

tur iudicem, qua deniq; digitum proferat non habet. pro Cec. 298. a

Prædico uobis eum, quà possit, habiturum. I. A. 206. b

Omnia cõuestiuit edera, quà basim uillæ, quà intercolumnia ambulationis. Qu. Fr. 310. a

Mihi licet uagari quà uolo. de Or. 91. a

Omnes introitus, quà adiri poterat in eum fundum. pro Cæcin. 288. b

Ipse in templum nescio quà per cuniculum ascendit. At. 187. b

Quà autem & quò, nihil scimus. At. 120. b

QVADRARE *orationem*, aut, *in quadrum redigere*, pro Explere & perficere numeris, Cicero dixit. ut,

Coniunctionem uerborum sicuti uersum numerosè cadere, & quadrare, & perfici uolumus. de Or. 159. a. &

Sic minimè animaduertetur delectationis aucupium, & quadrandæ orationis industria. 216. a

Redigere sentẽtias in quadrum numerumq;. Or. 217. a

Si alicuius inconditi arripias dissipatã aliquã sententiam, eamq; ordine uerborũ paulum commutato in quadrum redigas. Or. 220. a

QVAERO. Significatur hoc uerbo à Latinis actio ea, qua iudex inquirat aut de facto, aut de personis quæ commiserunt, siue disceptando, siue uerbis, aut tormentis urgendo & premendo aliquem. ut,

Senatus censuit, ut de ijs qui ob iudicandam pecuniam

pecuniam accepissent, quæreretur. At.15.a
Quærere de pecunijs repetundis. in V.71.a
Quærere de morte alicuius. pro S.R.58.a.&
In dominos quæri de seruis iniquũ est. ibidẽ.
More maiorum de seruis in dominum ne tormentis quidẽ quæri licet. pro Deiot.144.a.b
Cuius de morte tanquam de ceremonijs uiolatis queritur. pro Mil.112.b
Maiores nostri in dominum de seruis quæri noluerunt. ibid.
Scæuola Tribun. pleb. tulit ad plebem, uellent ne de ea re quæri, quæ plebiscito decreta à Senatu est consuli quæstio Cn. Scipioni. de Fin.75.b

Inde *Quæsitor* is qui quæstioni præest, uocatur. ut,

Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusq; regit quæsitor. pro Syl.182.a
Hunc quæsitorem & iudicem fugiebant. pro S.R.32.b
Sapiẽs iudex, æquus quæsitor. pro Fon.278.b
Consilium uarium, quæsitor grauis & firmus. Quin. Fra.323.b
Etsi quæstor edẽdus fuisset, quem potius. pro Plan.267.b

Sic *Quæstio.*

Construitur quæstio de furto. pro Clu.56.a
Quo tempore à quæstione ad nullum aliud munus reip. abduci licebat, eo tempore ad quæstionem ipse abreptus est. ibid.
Postulare seruos in quæstionem de morte paterna. pro S.R.31.a.&

Mortis

Mortis paternæ de seruis paternis quæstionē habere filij non licet.31.b.&
Dare seruos in quæstionem.38.b
Sassia quæstionem habere de uiri morte constituit.pro Clu.54.b
C.Visellius iudex quæstionis.de Clar.189.a
C.Iuni9 huic quæstioni præfuerat.pro Cluen. 36 a
Cum prætor quæstionem inter sicarios exercuisset,aperte cœpit pecunias ob rem iudicandam.de Fin.75.b
Quæstio ueneficij.pro Clu.18.a
Quæstus peculatus,ex altera parte lachrymæ, ex altera cathenæ.pro Mur.154.a
Socios illa die quæstione fuisse liberatos. de Cla.172.b

QVAM. Quoniam uulgus ferè semper hærent in hac uoce Quàm, cum alijs nominibus tribuatur, quàm quæ sunt Comparatiui gradus & ea sæpe etiam ablatiuum præpositum habent.exemplis usum declarabimus.
Numa magnus uir habendus est,cum eam sapientiam constituendæ ciuitatis duobus propè seculis antè cognouit,quā eam Græci notam esse senserunt.de Or.122.b.&
Seculis multis antè gymnasia inuēta sunt,quā in ijs philosophi garrire cœperunt.110.b
Postero die quàm illa acta erāt,Catulus uenit. de Or.109.b
Vndecimo die postquam à te discesseram.hæc scripsit.Att.185.b (Cæl.50.a
Tertio die postquam in curia floruisset. pro
Postridie

Postridie ueni quàm apud Catulum fui. Ac.5.b
Eam mihi Philotimus postridie quàm acceperat, reddit. At.127.a
Antè tenentur astricti, quàm quod esset optimum iudicare potuerunt. Ac.5.a
Tabellarij uenerũt post diem quadragesimum & sextum, quàm à nobis discesserãt. Epistol. 264.a

QVAMOBREM. Nostri homines hac uoce in oratione cum causam notare uelint, non utũtur, ut ij qui optimè latinè sunt locuti. Quis enim nunc est de uulgo qui sic loquitur?
Nihil tibi committẽdum est, quamobrem eorum quos laudas, non te similem præbeas. Ep.89.b
Iste multa signa dederat, quamobrem aliquibus responsurus non uideretur. I. V.272.b
Verum illud est quamobrem hæc cõmemoratim, quod &c. I. V.231.b
Si nulla uel minima res reperietur, quãobrem &c. pro S. R.19 b
Multa mihi ueniebãt in mentem, quamobrem ita fore putarem. Ep 40.a.&
Vnò utar argumento, quamobrem. 133.b
Nihil rationis affers, quamobrem si libertas adimi nullo modo posit, ciuitas posit. pro Cæc.303.b
Quid est quamobrem quisq; nostrum cẽsorias subscriptiones omnes fixãs & in perpetuũ ratas putet esse oportere. pro Clu.41.b
Quæ fuit enim causa, quamobrem uenenum isti mulieri uellet dare Cælius. pro Cæl.

M QVAM

QVAMPRIDEM, *Quamdudum*, *Quammox*. Vulgo omnino ignoratur harum uocũ usus. Quem itaque discamus licet ex ijs quæ de ijs accuratè obseruauit uir doctissimus Hadrianus Cardinalis. Sic enim de his uocibus tradidit: Nemo (nisi fallor) nemo, &c.

QVANDO. Elegãtissimè ueteres hac uoce & præsertim in oratione causam, aut idẽ quod uerbo Cum, significarunt. Quod cum iam de cõsuetudine sublatum sit, restituendum omnino optimorũ autorum exẽplo uidebatur. ut,

Magna enim se & inueterata inuidia, nec turpi iactura, quando erat ædilis, nec maxima liberauit. Off.45.b

Ego tamen adscripsisse mallem, quando te id uideo desiderare. Ep.76.a

Eam facultatem habes maximã: quam, quando complexus es & tenes, perfice. Ep.151.b

Rationem haberi absentis non tam pugnaui ut liceret, quàm, ut, quãdo ipso Consule pugnã te populus iusserat, haberetur. Ep.83.b

Omnes deniq; (quãdo unam societatem hominũ esse uolumus) propter se expetẽdi sunt. de Fin.141.a

Quid ergo? Aius iste, quãdo nemo eum norat, aiebat & loquebatur. de D.123.a

Vt quãdo ea loca uideam9, in quib. de Fi.124.b

QVEMADMODVM. Propria uis huius uerbi uulgo nescitur. nam ea cum eadem sit quæ uerbi Quomodo, pauci sunt qui pro eo usurpant. quod tamen latini tam elegantèr quàm crebrò fecerunt. ut,

Velim exquiras quemadmodũ illi nunc se gerant. At.127.a

Prætor te quemadmodũ restituat, non habebit. pro Cec.291.b

Magnificẽtius est dicere, quemadmodũ gesserimus consulatum, quàm quemadmodum ceperimus. I.P.80.a

Semper uigilaui & prouidi, quemadmodũ salui esse posſimus. I.C.111.a.b

Mihi maiori curæ erit, quemadmodũ quidem uobis gratiam referã, quàm quẽadmodum inimicorũ iniurias pſequar. Postquã.202.b

Sed isti qui Clodij leges timuerũt, quemadmodum cæteras obseruarunt. pro Dom.225.a

Id est omnium sermone celebratum, quemadmodũ iste omnia præposteris uerbis pronunciarit. pro Dom.241.b

Solus ille cognouit, quemadmodũ istum uinci oporteret de Ar.245.a

Si nõ reliquit, quemadmodum ab eo exegisti. pro Q.R.54.a

Vt posſis uidere quemadmodum. de Cl.195.b

Valerius mihi scripſit, quod ego maximo cũ fletu legi, quemadmodũ à Vestæ ad Tabulam Valeriam ducta eſſes. Ep.233.b

QVEROR. Quid hoc uerbo significetur, notius est, quàm quemadmodum latini semper utantur. nam non solum dixerunt, Queri de aliquo apud aliquem: sed etiam Queri aliquam rem, & Queri cum aliquo. ut,

Accedebat ut hæc tu pro rep. queri existimare. de Or.126.b

Non enim omnia quæ dolemus, eadem iure queri possumus. pro Flac. 158. a
Multa nos quidem questi sumus. Ep. 51. b
Drusus multa de Philippo questus est. de Or. 145. a
Audiui Milonem meum queri per literas iniuriam meam. At. 71. b
Quæ si queri uelim præterita, nil agam. Q. Fr. 504. a
Quererer tecum atq; expostularem, nisi, &c. Epist. 41. b
Quid est quòd aut illa cum fortuna hoc nomine queri possitis. Ep. 50. b
Quererer cum dea. Acad. 20. b
QVID. Varijs modis usi sunt latini hoc uocabulo, qui ferè omnes uulgo negliguntur: ut cũ contendẽdi sit uox, cũ aliquid grauiore interrogatione proferendũ est, latini id faciebãt per Quid, coniuncto signo interrogandi. ut,
Quid? tu nec hoc tibi mãdasse existimas. Ep. 22. a
Quid Theodorum. &c. nõne miramur? Tusc. 170. b
Quid, ille signa ænea in insidijs posuerat? pro Deiot. 147. a
Quid? eundem in septemuiratu nõne destituisti? I. A. 179. a
Quid est Catilina? quid? attẽdis? quid? animaduertis horum silentium? I. C. 161. a
Sic *Quid enim*, eodem modo in contentionibus Cicero est usus.
Quid enim? isthuc si Consul esses, minus facere potuisses? I. A. 175. b
Quid

Quid enim ad amicos ne confugiam? Ep.71.a
Quid enim tu solus aperta nō uidebas? Epist. 20.b
Quid enim censes, si L.Mummius uideret? Parad.125 a
Item & *Quid ergo*, eandem ferè rationem habet, & proferendi modum.
Quid ergo? istam uoluptatem Epicurus ignorat? de Fin.65.a
Quid ergo? ad hæc mediocri opus est prudentia? an & ingenio præstāti & eruditione perfecta? de D.135.b
Quid ergo? ut M.Arullum ut Cæsarem etiam à repub. remoueremus?
At lætatus sum, quid ergo? in tāta lætitia cunctæ ciuitatis me unum tristem esse oportebat? in Ant.164.b
Quid ad te, quid mihi tecum, aut cum aliqua re, dixerunt Latini: quod Barbari nunc dicūt, Quid habeo tecum faciendum.
Quid mihi cum ista summa sanctimonia? pro Quin.10.b
Quid huic cum habitu? nihil pro Clu.
Cum Illyrico uerò, & cum Vatinij legionibus quid erat Antonio?
Quid quod. Modus loquēdi usitatus, cum Romæ Latina lingua floreret. nunc uerò obscuratus barbarie. sic enim uulgus loquitur, Quid tibi uidetur, Quid dicis?
Quid, quòd eadē illa ars quasi Penelope telam texēs, tollit ad extremum superiora, utrum ea uestra, an nostra culpa est? Acad.23.b

Quid? quòd si ista uera sunt, ratio omnis tolli-tur? ibid.

Quid, quòd Theseus exegit promissum à Neptuno? Off. 71.a

Quid, quòd sapiētissimus quisq; animo æquissimo moritur? de Sen.

Quid, quòd salus sociorum summum in periculum ac discrimen uocatur? pro Pomp. 6.a

Quid, quòd dixisti, inquit, Crasse. si hic hodie apud te maneremus. te morem nobis esse gesturum, nihilne ad fidem tuam putas pertinere? de Or. 93.b

Quid quòd eiusdem hominis in meum aliæ, aliæ in tuum? quid, quòd, earū rerum quæ nunquam omnino fuerant, neq; esse poterant, ut Scyllæ, ut Chimæræ? quid, quod hominū, locorū, urbium earum quas nusquā uidimus? quid, quod simul ac mihi collibitū est, præsto est imago? quid, quod etiam ad dormientem ueniunt inuocatæ? de N. 22.b

Quid, quū ipse Antiochus dissētit quibusdā in rebus ab his quos amat Stoicis, nonne iudicat nō posse illa probāda esse sapienti? Aca.

Quid fiet illi, aut quid faciam illi, dicebant ueteres: quod noui nostri Latini nunc suo more sic proferunt, Quid fiet cum illo, quid fiet de illo, quid faciemus cum illo.

Etsi nos premet eadem fortuna, quid puero misero fiet? Ep.

Quid fiet porrò populo Vlubrano, si tu statueris πολιτεύεσθαι non oportere? Ep. 101.b

Sed quid ijs fiet, si huc Paulus uenerit? At.

Quid

Quid illi fiet quem reliquero? idem.
Quero si qui uolũt uendere, non fuerint, quid pecuniæ fiet? idem in Rul.
Occurrebat illi ratio, quid Cleomeni fiet? idem in Ver.
Si comprehẽsio perceptioq́ nulla sit, quid fiet artibus? in Acad.
Quid multa? pro, Quid opus est multis uerbis? aut, Vt paucis dicam.
Grauatè ille, primo, quid multa? impetrat. Off. 63.b
Quid multa? uereor ne hæc iniecta bonis à defensio, magnorũ reip. malorũ causa sit. A.8.a
Quid commemorem, quid dicam, quid proferam, quid loquar, dicebant latini in enarrandis rebus plurimis isto modo loquendi exaggerabant orationem.
Quid ergo irrigationes? quid agri fossiones repastinationesq́ proferam? de Sen. 88.a[?]
Quid ego uitium satus, ortus, incremẽta commemorem? ibid.
Quid de pratorũ uiriditate dicam? de Senect. 89.a
Quid de utilitate loquar stercorandi? de Sen. 88.a
Sed quid ego argumentor? quid plura disputo? &c. pro Mil. 110.a
Nam quid Accium memorem? de Leg. 175.a
Quid est cur, aut quamobrem, aut quòd, &c. pro, Quænam est causa cur aut quamobrem. ualde tritum Romano olim sermone, sed eorum qui hodie latinè loquuntur, non item.

Quid enim eſt, quamobrem abs te Q. Hortēſi factū clariſſimi atq; ornatiſſimi uiri non reprehēdatur, reprehendatur meum. pro Syl.

Quid enim eſt, quamobrem ciui Gaditano in hanc ciuitatem uenire non liceat. pro Bal.

Quid eſt, quamobrem putes te tuam culpam non modò deriuare in aliquem, ſed communicare cum aliquo poſſe. in Ver. 118.b

Quid eſt Naſo, cur tu in hoc loco ſexto ſedeas? pro Clu.

Quid eſt, quòd tu alios accuſes. in Ver.

QVIDEM. Sunt & huius uocis quidam modi loquēdi quaſi Ciceronis proprij. ut. Ille quidem. Is quidem. Quidem certè negligentia optimorū autorum nunc ab omni uſu remoti. Sed in Ille & Is quidem. obſeruandū hoc eſt, ferè ſemper ſecundo loco poni Quidem.

Ille quidem.

Quod ab tuis familiaribus optimis illis quidē uiris, ſed in rep. rudibus non probatur. ad Brutum. 283.b

Atq; hoc loco philoſophi quidam, minimè mali illi quidem, ſed non ſatis acuti, fictam & commentitiam fabulam dicunt prolatam à Platone. Off. 59.a

Eſt tamen philoſophi, nō tam glorioſa, quàm uera quærentis, &c. ut reliqua non illa quidem nulla, ſed ita parua ſint, &c. de Fin.

In iſs autem in quib. ſapientia perfecta non eſt, ipſum illud quidem perfectū honeſtū nullo modo eſſe poteſt. Tertio de Offic.

alteraeſt res, ut cū ita ſis affectus animo, ut ſu-

prà di-

prædixi,res geras magnas illas quidem, & maximè utiles. Primo Off.
Ita totum animal mouebatur illud quidem, sed immoderatè, & fortuitu. de Vniu.
Is quidem eodem modo quo ille quidem.
Antonius cum una legione, & ea quidem uacillante, L. fratrem expectat. in Ant. 159 a
Plurimis nostris exemplis usus es, & ijs quidem illustribus. de D. 110 a
Illa enim quæ sunt à nobis bona corporis numerata, complent ea quidem beatissimam uitam. de Fin.
Illa autem altera ratio & oratio, quæ simul & opinionē falsam tollit, & ægritudinē detrahit, est ea quidē utilior, sed rarò pficit. Tus.
Quædam autem sunt ægritudines, quas &c. propter mala is quidem angatur: sed alia quædā ad eū sit admouēda curatio. Tus. 5.
QVIN. Varijs modis usi sunt ueteres hac uoce, quos uulgus pene omnes ignorare uidetur: iccirco eos maximè q negligūtur, ex Cicerone indicabimus. Apud quē hoc imprimis obseruauimus plerūq, Quin pro Vt non, cōse qui in oratione uoces negandi aut dubitandi. Imperiti pro Quin, dicunt semper Quod non, rarò Vt non: quod idem ualet nonnunquam quod Quin.
Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus. Attic. 180 a
Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit, qui improbos probet, probos improbare. Orat. 220. a

tur iudicem, qua deniꝗ digitum proferat non habet. pro Cec. 298. a
Prædico uobis eum, quà possit, habiturum. I. A. 206. b
Omnia cōuestiuit edera, quà basim uillæ, quà intercolumnia ambulationis. Qu. Fr. 310. a
Mihi licet uagari quà uolo. de Or. 91. a
Omnes introitus, quà adiri poterat in eum fundum. pro Cæcin. 288. b
Ipse in templum nescio quà per cuniculum ascendit. At. 187. b
Quà autem & quò, nihil scimus. At. 120. b

QVADRARE *orationem*, aut, *in quadrum redigere*, pro Explere & perficere numeris, Cicero dixit. ut,
Coniunctionem uerborum sicuti uersum numerosè cadere, & quadrare, & perfici uolumus. de Or. 159. a. &
Sic minimè animaduertetur delectationis aucupium, & quadrandæ orationis industria. 216. a
Redigere sentētias in quadrum numerumꝗ. Or. 217. a
Si alicuius inconditi arripias dissipatā aliquā sententiam, eamꝗ ordine uerborū paulum commutato in quadrum redigas. Or. 220. a

QVAERO. Significatur hoc uerbo à Latinis actio ea, qua iudex inquirat aut de facto, aut de personis quæ commiserunt, siue disceptando, siue uerbis, aut tormentis urgendo & premendo aliquem. ut,
Senatus censuit, ut de ijs qui ob iudicandam pecuniam

pecuniam accepissent, quæreretur. At.15.a
Quærere de pecunijs repetundis. in V.71.a
Quærere de morte alicuius. pro S.R.58.a.&
In dominos quæri de seruis iniquũ est. ibidẽ.
More maiorum de seruis in dominum ne tormentis quidẽ quæri licet. pro Deiot.144.a.b
Cuius de morte tanquam de ceremonijs uiolatis queritur. pro Mil.112.b
Maiores nostri in dominum de seruis quæri noluerunt. ibid.
Scæuola Tribun. pleb. tulit ad plebem, uellent ne de ea re quæri, quæ plebiscito decreta à Senatu est consuli quæstio Cn. Scipioni. de Fin.75.b

Inde *Quæsitor* is qui quæstioni præest, uocatur. ut,

Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusq; regit quæsitor. pro Syl.182.a
Hunc quæsitorem & iudicem fugiebant. pro S.R.52.b
Sapiẽs iudex, æquus quæsitor. pro Fon.278.b
Consilium uarium, quæsitor grauis & firmus. Quin. Fra.525.b
Etsi quæstor edẽdus fuisset, quem potius. pro Plan.267.b

Sic *Quæstio*.

Construitur quæstio de furto. pro Clu.56.a
Quo tempore à quæstione ad nullum aliud munus reip. abduci licebat, eo tempore ad quæstionem ipse abreptus est. ibid.
Postulare seruos in quæstionem de morte paterna. pro S.R.51.a.&

Mortis

Mortis paternæ de seruis paternis quæstionē habere filij non licet.31.b.&

Dare seruos in quæstionem.38.b

Sassia quæstionem habere de uiri morte constituit.pro Clu.54.b

C.Viselius iudex quæstionis.de Clar.189.a

C.Iuni9 huic quæstioni præfuerat.pro Cluen. 35 a

Cum prætor quæstionem inter sicarios exercuisset,aperte cœpit pecunias ob rem iudicandam.de Fin.75.b

Quæstio ueneficij.pro Clu.18.a

Quæstus peculatus,ex altera parte lachrymæ, ex altera cathenæ.pro Mur.134.a

Socios illa die quæstione fuisse liberatos. de Cla.172.b

QVAM. Quoniam uulgus ferè semper hærent in hac uoce Quàm, cum alijs nominibus tribuatur, quàm quæ sunt Compáratiui gradus & ea sæpe etiam ablatiuum præpositum habent.exemplis usum declarabimus.

Numa magnus uir habendus est,cum eam sapientiam constituendæ ciuitatis duobus propè seculis antè cognouit,quā eam Græci notam esse senserunt.de Or.122.b.&

Seculis multis antè gymnasia inuēta sunt,quā in ijs philosophi garrire cœperunt.110.b

Postero die quàm illa acta erāt,Catulus uenit. de Or.109.b

Vndecimo die postquam à te discesseram,hæc scripsit.Att.185.b

Tertio die postquam in curia floruisset. pro (Cæl.50.a

Postridie ueni quàm apud Catulum fui. Ac.5.b
Eam mihi Philotimus postridie quàm acceperat, reddit. At.127.a
Antè tenentur astricti, quàm quod esset optimum iudicare potuerunt. Ac.5.a
Tabellarij uenerūt post diem quadragesimum & sextum, quàm à nobis discesserāt. Epistol. 264.a

QVAMOBREM. Nostri homines hac uoce in oratione cum causam notare uelint, non utūtur, ūt ij qui optimè latinè sunt locuti. Quis enim nunc est de uulgo qui sic loquitur?
Nihil tibi committēdum est, quamobrem eorum quos laudas, non te similem præbeas. Ep.89.b
Iste multa signa dederat, quamobrem aliquibus responsurus non uideretur. I. V.272.b
Verum illud est quamobrem hæc cōmemoratim, quod &c. I. V.231.b
Si nulla uel minima res reperietur, quāobrem &c. pro S. R.19 b
Multa mihi ueniebāt in mentem, quamobrem ita fore putarem. Ep 40.a.&
Vnō utār argumento, quamobrem.133.b
Nihil rationis affers, quamobrem si libertas adimi nullo modo posit, ciuitas posit. pro Cæc.303.b
Quid est quamobrem quisq; nostrum cēsorias subscriptiones omnes fixas & in perpetuū ratas putet esse oportere. pro Clu.41.b
Quæ fuit enim causa, quamobrem uenenum isti mulieri uellet dare Cælius. pro Cæl.

QVAMPRIDEM, *Quamdudum*, *Quammox.*
Vulgo omnino ignoratur harum uocũ usus. Quem itaque discamus licet ex ijs quæ de ijs accuratè obseruauit uir doctissimus Hadrianus Cardinalis. Sic enim de his uocibus tradidit: Nemo (nisi fallor) nemo, &c.

QVANDO. Elegãtissimè ueteres hac uoce & præsertim in oratione causam, aut idẽ quod uerbo Cum, significarunt: Quod cum iam de cõsuetudine sublatum sit, restituendum omnino optimorũ autorum exẽplo uidebatur. ut,
Magna enim se & inueterata inuidia, nec turpi iactura, quando erat ædilis, nec maxima liberauit. Off.45.b
Ego tamen adscripsisse mallem, quando te id uideo desiderare. Ep.76.a
Eam facultatem habes maximã: quam, quando complexus es & tenes, perfice. Ep.151.b
Rationem haberi absentis non tam pugnaui ut liceret, quàm, ut, quãdo ipso Consule pugnã te populus iusserat, haberetur. Ep.83.b
Omnes deniq; (quãdo unam societatem hominũ esse uolumus) propter se expetẽdi sunt. de Fin.141.a
Quid ergo? Aius iste, quãdo nemo eum norat, aiebat & loquebatur. de D.123.a
Vt quãdo ea loca uideam9, in quib. de Fi.124.b

QVEMADMODVM. Propria uis huius uerbi uulgo nescitur. nam ea cum eadem sit quæ uerbi Quomodo, pauci sunt qui pro eo usurpant. quod tamen latini tam elegantèr quàm crebrò fecerunt. ut,

Velim exquiras quemadmodũ illi nunc se gerant. At.127.a
Prætor te quemadmodũ restituat, non habebit: pro Cec.291.b
Magnificẽtius est dicere, quemadmodũ gesserimus consulatum, quàm quemadmodum ceperimus. I.P.80.a
Semper uigilaui & prouidi, quemadmodũ salui esse posſimus. I.C.111.a.b
Mihi maiori curæ erit, quemadmodũ quidem uobis gratiam referã, quàm quẽadmodum inimicorũ iniurias ꝓsequar. Postquã.202.b
Sed isti qui Clodij leges timuerũt, quemadmodum cæteras obseruarunt: pro Dom.225.a
Id est omnium sermone celebratum, quemadmodũ iste omnia præposteris uerbis pronunciarit. pro Dom.241.b
Solus ille cognouit, quemadmodũ istum uinci oporteret de Ar.245.a
Si nõ reliquit, quemadmodum ab eo exegisti. pro Q.R.54.a
Vt posſis uidere quemadmodum. de Cl.195.b
Valerius mihi scripsit, quod ego maximo cũ fletu legi, quemadmodũ à Vestæ ad Tabulam Valeriam ducta esses. Ep.233.b

QVEROR. Quid hoc uerbo significetur, notius est, quàm quemadmodum latini semper utantur: nam non solum dixerunt, Queri de aliquo apud aliquem: sed etiam Queri aliquam rem, & Queri cum aliquo. ut,
Accedebat ut hæc tu pro rep. queri existimare. de Or.126.b

Non enim omnia quæ dolemus, eadem iurè queri possumus. pro Flac. 158. a
Multa nos quidem questi sumus. Ep. 31. b
Drusus multa de Philippo questus est. de Or. 145. a
Audiui Milonem meum queri per literas iniuriam meam. At. 71. b
Quæ si queri uelim præterita, nil agam. Q. Fr. 304. a
Quererer tecum atque expostularem, nisi, &c. Epist. 41. b
Quid est quòd aut illa cum fortuna hoc nomine queri posſitis. Ep. 50. b
Quererer cum dea. Acad. 20. b
QVID. Varijs modis usi sunt latini hoc uocabulo, qui ferè omnes uulgo negliguntur: ut cũ contendẽdi sit uox, cũ aliquid grauiore interrogatione proferendũ est, latini id faciebãt per Quid, coniuncto signo interrogandi. ut,
Quid? tu nec hoc tibi mãdasse existimas. Ep. 22. a
Quid Theodorum. &c. nõne miramur? Tusc. 170. b
Quid, ille signa ænea in insidijs posuerat? pro Deiot. 147. a
Quid? eundem in septemuiratu nõne destituisti? I. A. 179. a
Quid est Catilina? quid? attẽdis? quid? animaduertis horum silentium? I. C. 161. a
Sic *Quid enim*, eodem modo in contentionibus Cicero est usus:
Quid enim? isthuc si Consul esses, minus facere potuisses? I. A. 175. b
Quid

Quid enim ad amicos ne confugiam? Ep.71.a
Quid enim tu solus aperta nō uidebas? Epist. 20.b
Quid enim censes, si L. Mummius uideret? Parad.125 a

Item & *Quid ergo*, eandem ferè rationem habet, & proferendi modum.

Quid ergo? istam uoluptatem Epicurus ignorat? de Fin.65.a
Quid ergo? ad hæc mediocri opus est prudentia? an & ingenio præstāti & eruditione perfecta? de D.155.b.
Quid ergo? ut M. Arullum ut Cæsarem etiam à repub. remoueremus?
At lætatus sum, quid ergo? in tāta lætitia cunctæ ciuitatis me unum tristem esse oportebat? in Ant.164.b

Quid ad te, quid mihi tecum, aut cum aliqua re, dixerunt Latini: quod Barbari nunc dicūt, Quid habeo tecum faciendum.

Quid mihi cum ista summa sanctimonia? pro Quin.10.b
Quid huic cum habitu? nihil pro Clu.
Cum Illyrico uerò, & cum Vatinij legionibus quid erat Antonio?

Quid quod. Modus loquēdi usitatus, cum Romæ Latina lingua floreret, nunc uerò obscuratus barbarie. sic enim uulgus loquitur, Quid tibi uidetur, Quid dicis?

Quid, quòd eadē illa ars quasi Penelope telam texēs, tollit ad extremum superiora, utrum ea uestra, an nostra culpa est? Acad.23.b

Quid? quòd si ista uera sunt, ratio omnis tollitur? ibid.
Quid, quòd Theseus exegit promissum à Neptuno? Off.71.a
Quid, quòd sapientissimus quisq; animo æquissimo moritur? de Sen.
Quid, quòd salus sociorum summum in periculum ac discrimen uocatur? pro Pomp.6.a
Quid, quòd dixisti, inquit, Crasse, si hic hodie apud te maneremus, te morem nobis esse gesturum, nihilne ad fidem tuam putas pertinere? de Or.95.b
Quid quòd eiusdem hominis in meum aliæ, aliæ in tuum? quid, quòd, earũ rerum quæ nunquam omnino fuerant, neq; esse poterant, ut Scyllæ, ut Chimæræ? quid, quod hominũ, locorũ, urbium earum quas nusquã uidimus? quid, quod simul ac mihi collibitũ est, præsto est imago? quid, quod etiam ad dormientem ueniunt inuocatæ? de N.22.b
Quid, quũ ipse Antiochus dissẽtit quibusdã in rebus ab his quos amat Stoicis, nonne iudicat nõ posse illa probãda esse sapienti? Aca.
Quid fiet illi, aut quid faciam illi, dicebant ueteres: quod noui nostri Latini nunc suo more sic proferunt, Quid fiet cum illo, quid fiet de illo, quid faciemus cum illo.
Etsi nos premet eadem fortuna, quid puero misero fiet? Ep.
Quid fiet porrò populo Vlubrano, si tu statueris πολιτεύεσθαι non oportere? Ep.101.b
Sed quid ijs fiet, si huc Paulus uenerit? At.
Quid

Quid illi fiet quem reliquero? eidem.
Quero si qui uolũt uendere, non fuerint, quid pecuniæ fiet? idem in Rul.
Occurrebat illi ratio, quid Cleomeni fiet? idem in Ver.
Si comprehẽsio perceptioq; nulla sit, quid fiet artibus? in Acad.
Quid multa? pro, Quid opus est multis uerbis? aut, Vt paucis dicam.
Grauatè ille, primo, quid multa? impetrat. Off. 63.b
Quid multa? uereor ne hæc iniecta bonis à defensio, magnorũ reip. malorũ causa sit. A.8.a
Quid commemorem, quid dicam, quid proferam, quid loquar, dicebant latini in enarrandis rebus plurimis isto modo loquendi exaggerabant orationem.
Quid ergo irrigationes? quid agri fossiones repastinationesq; proferam? de Sen. 88.a
Quid ego uitium satus, ortus, incremẽta commemorem? ibid.
Quid de pratorũ uiriditate dicam? de Senect. 89.a
Quid de utilitate loquar stercorandi? de Sen. 88.a
Sed quid ego argumentor? quid plura disputo? &c. pro Mil. 110.a
Nam quid Accium memorem? de Leg. 175.a
Quid est cur, aut quamobrem, aut quòd, &c. pro, Quænam est causa cur aut quamobrem. ualde tritum Romano olim sermone, sed eorum qui hodie latinè loquuntur, non item.

Quid enim est, quamobrem abs te Q. Hortēsi factū clarissimi atq; ornatissimi uiri non reprehēdatur, reprehendatur meum. pro Syl.
Quid enim est, quamobrem ciui Gaditano in hanc ciuitatem uenire non liceat. pro Bal.
Quid est, quamobrem putes te tuam culpam non modò deriuare in aliquem, sed communicare cum aliquo posse? in Ver. 118.b
Quid est Naso, cur tu in hoc loco sexto sedeas? pro Clu.
Quid est, quòd tu alios accuses? in Ver.

QVIDEM. Sunt & huius uocis quidam modi loquēdi quasi Ciceronis proprij. ut. Ille quidem. Is quidem, Quidem certè negligentia optimorū autorum nunc ab omni usu remoti. Sed in Ille & Is quidem. obseruandū hoc est, ferè semper secundo loco poni Quidem.

Ille quidem.

Quod ab tuis familiaribus optimis illis quidē uiris, sed in rep. rudibus non probatur. ad Brutum. 285.b
Atq; hoc loco philosophi quidam, minimè mali illi quidem, sed non satis acuti, factam & commentitiam fabulam dicunt prolatam à Platone. Off. 59.a
Est tamen philosophi, nō tam gloriosa, quàm uera quærentis, &c. ut reliqua non illa quidem nulla, sed ita parua sint, &c. de Fin.
In ijs autem in quib. sapientia perfecta non est, ipsum illud quidem perfectū honestū nullo modò esse potest. Tertio de Offic.
altera est res, ut cū ita sis affectus animo, ut su-

prà di-

prà dixi, res geras magnas illas quidem, & maximè utiles. Primo Off.

Ita totum animal mouebatur illud quidem, sed immoderatè, & fortuitu. de Vniu.

Is quidem eodem modo quo ille quidem.

Antonius cum una legione, & ea quidem uacillante, L. fratrem expectat. in Ant. 189 a

Plurimis nostris exemplis usus es, & ijs quidem illustribus. de D. 110. a

Illa enim quæ sunt à nobis bona corporis numerata, complent ea quidem beatissimam uitam. de Fin.

Illa autem altera ratio & oratio, quæ simul & opinionē falsam tollit, & ægritudinē detrahit, est ea quidē utilior, sed rarò ꝓficit. Tus.

Quædam autem sunt ægritudines, quas &c. propter mala is quidem angatur: sed alia quædā ad eū sit admouēda curatio. Tus. 5.

QVIN. Varijs modis usi sunt ueteres hac uoce, quos uulgus penè omnes ignorare uidetur: iccirco eos maximè ꝙ negligūtur, ex Cicerone indicabimus. Apud quē hoc imprimis obseruauimus plerūq;, Quin pro Vt non, cōse qui in oratione uoces negandi aut dubitandi. Imperiti pro Quin dicunt semper Quod non, rarò Vt non: quod idem ualet nonnunquam quod Quin.

Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus. Attic. 180. a

Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit, qui improbos probet, probos improbare. Orat. 220. a

Prætores autem cum &c. abierit non longè, quin hoc à me decerni uelit. At.143.b
Non quòd dubitaretis, qui n ab isto nihil iure esset actum. pro Dom.227.a
Non recusauit quin acciperetis &c. p Qu.11.b
Quis ignorat? quin tria genera Græcorum sint pro Flac.159.b
Nullus locus est, quo in loco reipub. nomen sit, quin eodem perscriptum hoc iudicium peruenerit. pro Syl.175.a
Non prætermittã quin prosim &c. Octa.529.b
Teneri non potui, quin tibi apertius declararem. At.245.a
Nõ dubitabat Zeno, quin ab Areopagitis inuito Mẽmio impetrari non posset. At.74.a.&
Dionysius nõ dubitabat, quin ei crederemus. 90.a
Dubitabis quin hunc uindices? pro Flac.154.b
Hortensius non dubitauit, quin P. Syllam defenderet pro Syl.167.b
Sin omnia in unum locum contrahenda sunt, non dubito, quin ad te statim ueniam. Attic. 126.b
Tamen facere nõ possum, quin ad te mittam. At.195.a
Non possum, quin exclamem, &c. de Or.111.a
Dubium est, faciamus. de Fin.82.a
Non, quin dissentiam, sed quod. Ep.52.
Non, quin rectum esset: sed quia &c. At.177.a
Quin, personis aut rebus tribuitur pro Qui aut Quæ non ut,
Nemo est, quin existimet &c. Ep.4.b
Nemo

Nemo esset, quin hoc se audisse diceret. in Ver. 178.a
Nemo est, quin malit. Ep.78.a.&
Nemo nostrum est, quin fecerit.85.a
Vt ne quis à me dies intermittatur, quin dem ad te literas. At.128.b.&
Nullum intermisi diem, quin.112.a
Nego ullã gemmam aut margaritã fuisse, quin quæsierit, inspexerit, abstulerit. I.V.200.a
Quis musicis penitus se dedidit, quin comprehenderit. de Or.85.b
Dies ferè nullus est, quin hic Satrius domum meam uentitet. At.1.b
Quin pro cur non, post negandi uocem.
Cum in altera re causæ nihil esset quin secus iudicaret ipse de se. pro Quin.5.b
Nonis Februarij si Romæ fuit, causæ nihil dicimus, quin tibi uadimonium promiserit. pro Quin.10.b
Initio, sine negatione antecedenti.
Quin prodis, mi Spuri, ut quotiescunque gradum facias, toties tibi tuarum uirtutum ueniat in mentem. de Or.151.a
Quin tu aspicias ad te uenientem patrem Paulum? de Som.127.b
Quid moror in terris? quin huc ad uos uenire propero. ibid.
Quin tu urges occasionem istam. Ep.99.a
Quin continetis uocem iudicem stultitiæ uestræ. pro Rab. Post.94.a
Quin tu huc aduolas, & inuisis illius nostræ reip. germane. At.66.a

Quin in sententijs quibus exaggeratur oratio pro Imò aut quin potius sæpe idem Cicero ponit.ur.

Quid enim simile habet epistola aut iudicio, aut concioni, quin ipsa iudicia non solemus omnia, tractare uno modo. Ep.139.

Ego uerò iam te nec hortor, nec rogo ut domum redeas: quin hinc ipse euolare cupio, & aliquò peruenire. Ep.109.a

Quin nisi ego successorem, te antea quàm tibi successum esset, decessurum fuisse. Ep.54.a

Quin tu me uides. qui &c. Pomp.92.b

Quin hoc tempore ipso. pro Mil.120.b

Quin mihi nunc deest. &c. At.14.b

Quin ea ipsa quæ antè commemorantur, secus ab eo in me ipsum facta esse non memini. Att.142.b

Quin ego cum fauerem ei, &c. mihi uisus sum captus esse. Ep.112.b

Arbitrabantur non dubitaturũ fortem. quin cum suo periculo salutem reipub. afferret. pro Mil.113.a

Quin etiam, exaggerat multo uehementius: quòd penè contrarium antecedenti cõstituat.

Epistolamq; meam quòd peruulgatam scribis esse, non fero molestè, quin etiam ipse dedi multis describendam. At.125.a

Equidem credibile non est, quantum scribam dic, quin etiam noctibus: nihil est enim somni. At.215.a

Delectatio nulla extitit. quin etiam misericordia consecuta est. Ep.95.a

Horum

Horum ego sermone non mouebar, quin etiam leuari me putabam. Ep.54.b

Neq; uerò hac in causa modò, sed constanter sæpe in senatu, quin etiam Marcello & Philippo Confs. &c. Ep.11.a & 96.b

Quid autem absurdius, hoc metuere, alterum in metu non ponere? quin etiam hoc tempore multa ἀνωφελῆ. At.236.a.

Quin etiam si, &c. tamen. At.286.b

Nec uerò somnia grauiora, si quæ ad remp. pertinere uisa sunt, à summis consilio neglecta sunt, quin etiã memoria nostra templum Iunonis refecit &c. de D.80.b

Nõ enim tam autoritates in disputãdo, quàm rationis momẽta quærẽda sunt: quin obest plerunq; ijs qui discere uolunt, autoritas eorum qui se docere profitentur. de N.4 a.

Tãta uis uirtutis atq; ingenij peregrinata abfuit ab oculis & fori & curiæ, quin etiã cùm uictor, à Mithridatico bello reuertisset, inimicorum calumnia triẽnio tardius, quàm debuerat, triumphauit. Acad.1.b

QVOMODO prò Sicut, Vt, Quemadmodum peruulgatum iam non est.

Et sua concio risit hominem, quomodo ipse gloriari solet ducentis confixum senatus consultis. de Ar.245.a

Postulatio breuis (& quomodo mihi persuadeo) aliquanto æquior. pro S R.19.b

Sed ita me consulem fecistis, quomodo pauci in hac ciuitate facti sunt. contra Rul.76.a

Quem quomodo nunc intẽdit, ne uiuum quidem

dem tum putabat.pro Quint.16.b
Cum id petitur, quod honestè promittere nõ possumus, quomodo si quis roget. Qu.de Pet.212.a
Nam quomodo nunc est.pedem ubi ponat in suo non habet. At.204.b
Multa præclara in eo uiro cognoui, sed nihil est admirabilius, quàm quomodo illè mortem filij tulit de Sen.97.
Illud ad uos Cotta & Sulpiti, quomodo nunc se istorum artes habent, pertimescenda est multitudo causarum.de Or.121.a

R

RECENS. Tribuitur hoc nomen quibusdam rebus ueteribus, quibus nũquam à recentioribus nostris Latinis.dixerũt enim illi, Recentes literæ, Recẽs sermo, Recentia, & eius generis alia, quæ ab imperitis alijs barbaris modis obscurantur.
In altera epistola, quæ mihi recentior uidebatur.Ep.45.a
Recentissima tua epistola Cal.data, in qua &c. At.133.a
Recentissima queq; sunt emendata & correcta maximè. Acad.41.b
Itaq; non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium uetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ.pro Mur.127.b
Quocirca Segulium negligamus, qui res nouas quærit, non quo ueterẽ comederit nullam enim habuit, sed hanc ipsam recentem nouam deuorauit. Ep.177.b

Recenti

Recenti illo tempore,tu omnia.ad Bru.91.b
Expecto recẽs aliquid.id est,nouum. At.208.b
Datam inter omnes recenti negotio constabat.in V.97.a
Inuidiaq; non recenti, sed uetere ac diuturna flagraret.Ep.73.a
Quanquam recentiora audiebam ex ijs qui ad me ueniebant.At.
Homerus,qui recens ab illorum ætate fuit.de Na.62.a
Cum è prouincia recens esset.in V.67.b
Rhegyni quidam uenerunt ut Roma sanè recentes.At.256.a
Recentes quoq; uocant Latini, quos Neotericos multi,nescio qua ratione appellant.
Attulisti aliud humanius horum recẽtiorum, nunquam dictum ab ipso illo, quod sciam. de Fin.82.a
Non modò Curij illi,&c. sed hi recentes Marij. pro Mur.

REDIGO. Hoc uerbo Latini protulerũt, quod nunc multi, non rectè Terentium imitantes,pro Corradere pecuniam.nam cum significatione, tum usu etiam differt Corrado à Redigo. Est enim Redigere pecuniam ex aliqua re, ferè idem quod Conficere, aut quod Germanicè dicimus, *Gelt loesen, Gelt auffbringen, Zuo gelt machen.*
Redigere pecuniam ex bonis uẽditis.I.V.63.b
Redigere pecuniam ex uectigalibus. contra Rul.86.a
De pecunia ex bonis redigẽda. pro R.P.118.b

Scripsi

Scripsi ad eum, me quicquid posset nummorum ad apparatum sperati triumphi ad te redacturum. At.99.b

Redigere in memoriam Latinè significat, q̃d uulgò dicitur, Fac me meminisse, aut recordari.

Quidq̃ sibi de me recepisset, in memoriam redegit. Ep.11.b

Quid autem tibi uenit in mentem, redigere in memoriam nostram &c. in Acad.163.b

REDIMO. Maximæ tenebræ offusæ sunt huic uerbo. nã quis est de uulgo, qui pro Conduco aliquid faciendum, aut curandũ utitur? quod cum nesciant imperiti significari uerbo Redimo, dicunt, Recipere aliquid faciendum, aut curandum. Pro precio aliquid aut administrandum, aut colendum suscipere.

Qui pecuaria de P. Cornelio L. Mummio censorio redemisset. de Clar. 172.a

Redimere fundum. At.178.b

Publica malè redempta. Q.F.296.b

Redimere hostias. de In.74.a

Rem illam redemptam esse à iudicibus confitentur. Att.12.b

Roscius societatis, non suas lites redemit, cum, &c. pro Q.R.50.b

Redemptio in eadem significatione.

Publicanos temeritate redemptionis penè esse euersos. de Pro.71.a

Redemptor eodem modo. (Fr.309.a

Redemptori tuo dimidiũ pecuniæ curaui. Q.

Redemptor qui columnam illam de Torquato conduxerat faciendam.

Nisi

Nisi ad sacrificium quoddam redemptor ho-
stias præbuisset. de In. 74. a

REDVNDO. Hoc uerbo exprimitur à Cicerone. quod nunc recentiores per Superfluum esse. ut,

Verba efferuescentia, & paulo nimium redun-
dantia. de Or. 116. a

In uerborũ definitionib. neq; abesse quicquã
debet, neq; redundare. ibid.

Vt nihil neq; prætermittatur, neq; redundet.
Or. 207. b

Neque in Antonio defuit hic ornatus oratio-
nis, neq; in Crasso redundauit. de Or. 144. a

Cum pituita redũdet aut bilis in corpore. Tus.
213. b

Redundantiam idem quod superfluitatem barbari.

Ipsa illa pro Roscio iuuenilis redundãtia mul-
ta habet attenuata, quædã etiam paulo hila-
riora. Or. 106. b

REFERO. Quia uarijs rebus hoc uerbũ, uaria etiam eo significãtur. ut, Referre animũ, oculos ad aliquid, pro aduertere animũ, oculos.

Age nunc refer animũ sis ad ueritatem & con-
dera. pro. S. R. 6. a

Referre nunc animum ad hominum figuram,
de Or. 159. b. &

Referre animum ad studia. 85. a

Referre oculos & animũ ad aliquem. pro Qu.
8. b

Referre se ad studia literarum. Ep. 9. a

Referre aspectum aliquò.de Pro.77.a
Vt simul ac posita sit causa, habeant quò se referant.de Or.119.a

Referre aliquid in commentarium, uolumen tabulas, codicem, pro eo quod uulgo dicitur, Annotare, Ascribere.

Illa quæ in cōmentarium meum retuli. de Or. 102.b
Referre epistolas in uolumina. Ep.265.a
Referre nomina in codicem accepti & expensi. pro Q. R.45.b
Cum scirem ita iudicium in tabulas publicas relatum.pro Syl.175.a
Nisi fortè si quid memoriæ causa retulit in libellum, id numerabitur in actis.I.A.156.b
Referre in tabulas, quodcunque cōmodum est, & inferre rationes falsas.pro Flac.150.a

Inde *Referre acceptum*, aut *in acceptum*, *Referre datum*, quod uulgus dicit, Scribere in libro Recepti aut receptorum, aut datorum, uel expensorum.

Ego amplius HS ducēties acceptum hæreditatibus retuli.I.A.168.a
Negabat opus in acceptum referre posse. in Ver.106.b
Cum illam pecuniā nominatim Flacco datam referrent.pro Q.R.45.b
Cum operi publico referūt, & in ædem sacram faciendam perscribunt.ibid.
Expēsa Chrysogono HS sexcenta.accepta pupillo Malleolo retulit.I.V.95.a
Quas pecunias ferebat ijs expēsas, quibus cū contra-

contrahebat, eas ipsi isti referebat acceptas. in V.143.a.b

Se habere ait argentarij tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit, acceptaq; relata. pro Cec.288.a

Referre rationem: nos potius per Rationem dare: quod quidē à Cicerone usurpatur, sed alijs potius rebus, quàm pecuniarijs tribuitur.

Rationes ad ærarium retuli continuò. I. V.96.a

Quid relatum, quid residuum sit. I. P.92.b

Horum erit nullum iudicium quantæ cuiusq; manubiæ fuerunt, quid relatū, quid residuū sit. contra Rul.78.a

Ne quis corona donaretur in magistratu, priusquam rationes retulisset. de Op.244.b

Referre aliquid ad Senatum, aut *de aliqua re* Consul dicebatur, qui Senatui quæ uidebātur proponebat. Nunc uulgo Proponere aliquid Senatui dicitur.

Referre & deferre ad senatum. pro Dom.239.b

Qui cum ei perscriptū esset, ne quid sine Sestij nostri sentētia ageret, neq; ad ullum, neq; ad quenquam nostrum retulit. At.2[illegible]5.a

P. Lentulus de solenni religione retulit. Postquam.200.b

Si tuis placuisset de his literis referri. ad Brutum.91.b

Pluribus de rebus uno [illegible] retulisti. pro Domo.225.b

Rem omnem ad P.C[illegible]culi.f.C.107.a

Ad alios quoq; referimus, qui explicēt aliquid ut interpretes.

Quæsiuitq́, qua de re ad Crassum retulisset. ad Brut. 288. b
Ad sapientes hæc, non ad diuinos referri solēt. de D. 110. b. &
De rebus obscuris & incertis ad Apollinē censeo referendum. 105. b
Cum uicini omnes ad unum de rebus suis referrent, erat in magno honore & gloria. de Diu. 87. a
Referre & deferre aliquid ad interpretem. de D. 138. a
REFICIO, idem ualere quod Recreo, obscurum non est: sed quoniam pro illo à multis Refocillare sumitur, quod recentiorū est, monere lectorem uolui, Ciceronem, & omnem antiquitatem, Reficere dixisse.
Tantum cibi & potionis adhibendum ut reficiantur, non opprimantur. de Sen. 84. a
Tironis reficiēdi spes est in M. Curio. At. 103. b
Ego hic cogito cōmorari, quoad me reficiam. Ep. 167. b
Conspectus cōsessusq́ uester reficit & recreat mentem meam.
Ego in Arpinati summa cum amœnitate fluminis me refeci. Q. Fr. 317. b
REFVTO. Omniū ferè opinio est, uerbū hoc solū disputationibus tribui, idemq́ ualere quod Diluere, & argumenta adducta infirmare: sed grauioribus cōtentionibus, ut bellicis & hostilibus & inimicitijs, is etiam attributū inueniet, qui iudicio & diligētia in autoribus optimis uersatur. Sic enim Cicero loquitur de illis

de illis, quibus bello resistendum & reprimendum esse uoluit.
Semper illas gẽtes nostri imperatores refutandas potius, quàm bello lacessandas putauerunt. de Prc 57.a
Et ut magis appareat Reprimere & Coercere significare, quàm Redarguere, plura exempla afferam,
Obsoleuit ista oratio, re multo magis quàm uerbis refutata. pro Pomp. 15.b
Si in me impetum facere conabitur, resistam, & eius conatum refutabo. de Ar. 245.a
In primisq́ refutetur ac reijciatur Philocteius ille clamor. Tusc. 187.a
Libidinem tuam libertas mea refutabit, de Or. 143.a
Quam quidem fortunã non modò non aspernari & refutare, sed etiam complecti atq; augere debetis. pro. R. P. 120.b
REGIFICE. Quod alij Regaliter.
Auro, ebore instructam regificè. Tusc. 200.a
REGNVM, latinè significat, quod multi nunc græcè Monarchiam, Tyrannidem. ut,
Ad Lupercalia C. Cæsaris Dictatori perpetuo M. Antonius Cõsul populi iussu regnum detulit. I. A. 177.a
Qui sunt Romæ regnũ occupare conati. pro Syl. 172.a
Qui regnum occupare uoluerunt. I. A. 197.b
M. Manlius regnũ appetisse est iudicatus. pro Dom. 235.b 115.a
Incidere in suspicionẽ regni eppetẽdi. pro Mil.

C.Seru.Hala Sp.Melium regnum appetentem & occupantem interemit.de Sen.89.a
Non regno,ſed rege liberati ſumus: interfecto enim rege.regios omnes nutus tuemur.Ep. 183.a
Quidam propter ſuſpicionem regni appetēdi ſunt necati.I.A.182 a
Tib. Graccus regnū occupare conatus eſt, uel regnauit is quidem paucos mēſes.de Amic. 104.a
Multi iniqui atq; infideles regno. pauci boni ſunt.Off.69.a.&
Nulla ſancta ſocietas,nec fides regni eſt.6.a
Niſi eos timere putas, ne ſub regno ſint.Attic. 106.a

RELATIONEM.*Relatiua*,uocarūt recentiores barbarè, quam Cicero Cōparationem. Collationem; Quæ cum aliquo conferuntur, Quæ ſub eandem rationem cadunt.

RELAXO,cōtrarium ei eſt Aſtringo.nobis nō tam notum, quàm olim fuit Romanis.
Aluus tum aſtringitur,tum relaxatur. de Nat. 55.b.&
Cibi reliquiæ depellentur tum aſtringentibus, tum relaxantibus ſe inteſtinis.54.b
Quicquid ego aſtrinxi,ille relaxat.At.159.a
Si tu à contentionibus,quibus ſummis uti ſolebas,quotidie relaxes aliquid.de Leg.158.a
Animus ſomno relaxatus, ſolutè mouetur & liberè.de D.129.a
Cum ſe planè corporis uinculis relaxauerint. de Sen 94.a

Conſtru-

Constructio uerborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur. Par.251.b
Idem cõtingit insanis, ut & incipientes furere sentiant, &c. cum relaxantur, sentiant. Acad. 14.a

RELEVO. nõ ita tritum est ut Leuo, cum idem ualeat.
Cibi satietas atq; fastidiũ aut sub amara aliqua re releuatur, aut dulci mitigatur. de In.47.b
Vt animus molestijs potissimum releuaretur. de D.109.b
Ad breue quoddam tempus cura & metu releuari. in C.105.b

REMITTO. Ignotum in uulgus est. hoc uerbo significari id cui Intendo, Ingrauesco, & eius generis alia contraria sunt. ut,
Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimũtur: simillime animus intentione sua pressum depellit omne ponderum, remissione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere. Tusc.187.a
Oculi sunt, quorum intentione, tum remissione, tum coniectu, tum hilaritate uirtus animorum significatur. de Or.165.a
Oculorum obtutus, superciliorũ remissio aut contractio. Off.29.b
Demosthenes una continuatione uerborum binas cõtentiones uocis & remissiones continebat. de Or.128.a
Iste ardet furore, nec remittit aliquid, sed in dies ingrauescit. At.156.b

Ad infirmitatem laterum perſcienter conten-tionem remittere.de Clar.182.b
Contenta uox)(Remiſſa uox.Or.202.a
Adducere habenas) (Remittere habenas. Amic.104.b
Varius canendi ſonus tum remittit animos, tum contrahit.de Leg.177.b
Reſpondit in agro ambulanti ramum adductum cum remiſſus eſſet, in oculum recidiſſe.de D.195.b
Remittere Latinè etiã id ſignificat, quod Germanicè Nachlaſſen: quod cum magis per Condonare uulgus proferat, animaduertat quomodo Cicero id ſit ſolitus exprimere.
Illum uiris fortiſsimis iudicarunt Patres Cõſ. dimittere de ſumma nõ potuiſſe. te mulieri teterrimæ rectè remiſiſſe Senatores iudicabunt.in Ver.165.b
Nec enim fuit Gabinij, remittere tãtum de ſuo. pro R.P.127.a
Remiſit D.Bruto C X.milia.in V.106.b
Remiſiſti quod nõ oportebat, accepiſti quod non licebat.in V.247.b
Nauem imperare ex fœdere debuiſti, remiſiſti in triennium.in V.204.a
Menſes mihi tres cum eripuiſſetis ad agẽdum maximè appoſitos, reliquum omne tẽpus huius anni me uobis remiſſurum putaſtis. in V.82.a
Te rogo, ut procuratoribus Flauij remittas de diminuendo &c.Q.Fr.501.a
Meam animaduerſionem & ſupplicium, quo

uſurus

usurus eram in eum quem cepissem, remitto tibi & condono. in V.197.a
Noli putare id omnino à me esse omissum, si quid est tibi remissum, atque concessum, pro Syll.176.a.&
Sed etiam si quid mihi conceditur, id reddo ac remitto.183.a
Tibi remitto atq; concedo, ut eum defendas. pro Plan.275.a (225.a
Ego uerò tibi isthuc mi Antoni remitto. At.
REMVNERO, & Remuneror. Peruulgatū satis hoc uerbū non est, neq; usus notus. nā accusatiuum ei adiūgūt latini: imperiti uerò datiuū.
Quibus officijs T. Annij beneficia remunerabo? Postquam.210.b
Considerandum est, quó nam te remunerer genere. Ep.20.a
Vt à te ipso sumerem aliquid ad me reficiendum, teq; remunerandū, si non pari, at grato tamen munere. de Cla.166.a
Tu si tibi eadem causa est, me remunerere sanè uelim. At.118.a
Et quoniam nullum aliud tempus futurum sit, ubi tibi referant gratiam, hoc te officio remunerent. Q. de Pet. 210.b
RENVNCIO, pro Nuncio sæpe usurpari. aut Nuncium referre, notum fortasse satis est. Sed significari Latinè hoc uerbo, quod nostra lingua diceremus *Auffsagen*, diuulgatum omnino non uidetur.
Itaq; renūciat Rabonius illam decisionem tutoribus, accurrūt tamen ad tēpus tutores:
 digitum

digitum tollit Iunius Patruus. in Ver.104.b
Renunciare hoſpitium alicui, & domo emigrare.in V.126.b

REPONO. *Reponere aliquem in numero, aut numerum*, modus loquēdi olim omnium Romanorum ſermone tritus: nunc pleriſq; ignotus.
Quos equidem in deum immortalium cœtu ac numerò repono, pro Seſt.27.b
Tamen hunc in numero non repono.de Opt. 244.a
Reponere ſtellas in numero deorum.de Nat. 36.b
Reponi in numero proborum hominum. in V.195.b
Reponi in locum alterius.Brut.At.285.a
Reponere aliquid in numerum fabularum.de In 51.a
Homines mortuos reponere in deos.deN.9.b
Reponere aliquem in ſuis.At.162.a
Si placuerit, uos hanc defenſionem in aliquo artis loco reponeretis.de Or.126.b
Nam, ſi alij propterea laudantur, quòd pro libertate arma ceperunt, cur non M.Brutus in eadem cauſa reponatur? in A.227.a

REPRAESENTO. Sublatū prorſus de lingua Latina hoc uerbū uidetur, adeò pauci ſunt qui eo utūtur. ignoratione enim eius, uulgus dicit, Prōpta pecunia ſoluere, Cum pecunia rompta emere. Latini uerò, Repræſentare, aut Repræſentatione emere, explicare.
Reliquæ pecuniæ uſuram Sillio pendemus dum à Faberio repræſentabimus. At.194.b

Si qua

Si qua etiam iactura facienda sit in repræsen/ tando. At.196.a
Dies promissionum adest, quem etiam repræ sentabo, si adueneris. Ep.262.b
Repræsentatio, onis.
Si Faberianum uéderem, explicare uel repræ/ sentatione non dubitarem. At.196.b
Nomen Dolabellæ iam expeditum uidetur, ut etiam repræsentatione concludam. ad At- tic.214.b
RESCINDO. Vis propria huius uerbi non satis nota est: pauci enim sunt qui utũtur, cum significare uelint, Irritum facere aliquid. Acta Antonij rescidistis, leges refixistis. I. An/ ton.246.b
Rescindere constituta ab alio. I. V.157.a
Rescindere iniurias alterius, & irritas facere. in V.121.b
Rescindere iudicium) (Ratum habere iudi/ cium. pro Plan.261.a
RESIDEO. Propriam uim huius uerbi i/ gnorant qui dicunt, Ponere se ad sedendum. nam hoc per Residere latini protulerunt. ut. Sed resideamus, inquit, si placet, itaq; fecimus. de Fin.91.b
Residere, deinde spaciari. pro S.R.28.a
In oppido aliquo mallem resedisse. At.173.a
Omnia quæ commota fuerant, pace & otio re/ sederunt. in Salust.275.b
Marcelli impetus resederunt. Ep.112.b
Cur nõ antè occurrit, ne in uilla resideret. pro Mil.111.a
Inde

Inde translatè, *Aliquid residere in aliqua re.*

Periculum autem residebit, & erit inclusum penitus in uenis atq; uisceribus reipublicæ. in C.103.b

Cuius non in sententia solum, sed etiam in nutu residebat autoritas. de Sen.90.a

Res gestæ in quibus nulla potest residere inertiæ suspicio. Q.Fr.292.b

Cum timor animo resedisset. Tus.196.a

RESPECTVS, mutato dicendi genere (inquit doctiss. uir Adrianus Cardinalis) dici cœptus est hoc modo &c.

Feci amicitiæ respectu.

Feci respectu iusticiæ. quo loco diceretur latinius, Feci amicitiæ causa uel ratione.

Feci ratione iusticiæ. Respectus nomen est à Respicio ueniens, ut Conspectus à Conspicio. Perspectus à Perspicio, Alio dicēdi modo à Cicerone eloquētiæ principe usitato: qui de Diuinatione remigem inquit quendā ex quinqueremi Rhodiorum uaticinatum &c. fugientibus miserabilem respectum incēdiorum fore. In Philippica quinta: Itaq; cum respectum ad senatum &c. haberet.

RESTAVRO recentiorū uocabulū est. Veteres Instauro, Reficio, Resarcio, Restituo.

RESTO, pro Maneo & Consisto propriè à Latinis usurpatum esse, omnibus notū non esse puto. (74.a

Ita incolumis in patria Regulus restitisset. Off.

Ligarius post aduentum Vari in Africa restitit. pro Lig.137.b

At si restitero, idem fecero quod L. Flaccus, id est, si non discedam. At.120.b
Qui ab illo in speculis relicti, in ceruicibus nostris restiterunt. pro Mur 145.a
REVELLO. Diuulgatū non est, hoc uerbo significari id quod fixum est, tollere: & in præterito non Reuulsi, sed Reuelli, ut cætera uerba à Vello apud Ciceronem habere.
Nec prius illam crucem quæ fixa est ad portam, reuellistis. in V.205.b
Honorificisq; uerbis omnes iniurias reuellimus superiores. At.79.a
Reuelli claustra, effringi fores. I.V.211.b
Ianua quæ effracta & euulsa tota pateret prouincia. pro Mur.132.a
Id autem templū sublato aditu, reuulsis gradibus, armis tenebatur. I.P.84.b
Nisi septis reuulsis introiri potest. in A.196.a
De corpore alicuius tela reuellere. I.P 85.a
Tabulam in qua nomina ciuium incisa erant, reuelli iussit. Ep.219.b
Qui ius ciuile contemnendum putat, is uincula iudiciorum reuellit. pro Cæc.298.a
REVIVISCO. Vis uerbi satis manifesta. Sed recētiores Resurgo pro Reuiuisco usurparūt. Sed nos optimos autores sequimur, qui sic sunt locuti.
Is ubi galli cantum audiuit, auum suum reuixisse putat. I.P.94.a
Si reuixissent hi, q hæc penè delerūt. Postquā. 204.b (Br.285.b
Sed ne patri meo, si reuiuiscat, concesserim. ad
Si reui-

Si reuiuiſcant illi. de Fin. 119. b
Vt facilius reuiuiſcat, Pompeianorum cauſa totiens iugulata. I. A. 255. b
Qui ſi eadem lege reuiuiſcere poſſet, lex data nunquam eſſet. pro Mil. 117. a
Vt ſpeciem aliquam uidear uidere, quaſi reuiuiſcentis reip. Ep. 49. a
Vt iam ſimul cũ repub. neceſſariò reuiuiſcat, atque recreetur. Ep. 88. a
Cum autem ſol illuxiſſet, tum reuixiſſe ſibi uiderentur. de N. 45. a
Cum ex illorum metu mortis, quaſi luce libertatis recreatus reuixiſſet. in V. 268. b
Aduentu noſtro reuiuiſcunt iuſticia, abſtinentià tui Ciceronis. At. 76. b
Ciuitates ſuis legibus ſuetæ, αὐτονομίαν adeptæ reuixerunt. At. 90. b
Senatus ad autoritatis priſtinæ ſpem reuiuiſcit. in A. 209. b
Reuiuiſcere, reſpirare à metu cædis, emergere à fluctibus ſeruitutis. de Ar. 255. a
Res erat & cauſa noſtra eo loci, ut erigere oculos, & uiuere uideretur. pro Seſt. 18. b
Reuiuiſcat M. Curius, &c. Parad. 125. a
Templa in quibus reuiuiſcente iam libertate deinde rurſus oppreſſa, Senatus nihil conſulitur. Octa. 529. a

ROGARE *legem. prouinciam*, dicebant Latini, quòd populum rogarẽt, placeret ne ferri, aut decerni quod propoſuerant.

Cum lex abrogatur, illud ipſum rogatur, quo modo eam abrogari oporteat. At. 50. b

Leges

Leges, quæ de ciuium rerum supplicio rogatæ sunt. in C.103.a

Hæc lex rogata est iure. pro Dom.223.a

Si quid ius non esset rogari, eius ea lege nihilum rogatum. pro Cecin.305 b

Illo die mihi pernicies, Gabinio, & Pisoni prouincia rogata est. pro Sest.15.a

Cedò illum legitima, quæ Consules populum rogauerunt. hoc enim à maioribus accepimus ius rogandi, populus quæ iure sciuerit in Acad.157.b

Inde *Rogatio*.

Rogatio quæ de Pompeio à Gellio lata est. pro Cor.61.b

Sylla illam rogationem de se ferri non uult. pro Syl.179.b

Promulgatur ab eodem rogatio de mea pernicie. pro Sest.8.a

Rogatio & huic finitima percontatio. de Orat. 182.a

Promulgare rationem. At.40.b.& 8.a

Tribuni ex templo pulsi, cum rogationi intercedere uellent. de Or.126.b

Rogator.

Qui rogator centuriæ fuisset. de D.87.b

Aruspices responderunt, non iustum fuisse comitiorum rogatorem. de N.28.a

S

SALTO Latinè id est, quod alij Ducere choreas dicunt: Cicero etiã Versare orbem saltatorium, cum circuli instar saltent dixit.

Cum collegæ tui domus cãtu & cymbalis personaret,

sonaret, cumq; ipse nudus in conuiuio sal-
taret, in quo ne tum quidē, cum illum suum
saltatorium uersaret orbē, fortunæ rotam
pertimescebat. in P.84.a
Negarem posse eū satisfacere in gestu, nisi pa-
læstram, nisi saltare didicisset. Or 150.b
Qui in conuiuijs nudi saltare consueuerunt.
in C.109.b
Nemo enim ferè saltat sobrius. pro Mur.127.a
Deiotarum in cōuiuio nudum saltauisse. pro
Deiot.148.a
Saltatio, quam Choream uocant.
Intempestiui conuiuij, multarum deliciarum
comes est extrema saltatio. pro Mur.127.a
Sex. Tytius tam mollis & solutus in gestu, ut
saltatio quædam nasceretur, cui saltationi
Titius nomen esset. de Clar.185.& 152.a
Actio histrionis est, saltatio saltatoris. de Fin.
95.a
Saltator, Saltatrix. Barbari Chorizatorē, Cho-
rizatricem appellant.
Adde his, si placet, unguentarios, saltatores.
Offic.30.b
Si saltatorem auum habuisses. pro Deiot.149.a
Cum illa saltatrice tonsa. in P.83.a
SALVEO. Quod nūc omnium sermone
tritum est, in cōgressibus familiares inter se sa
lutare his uerbis, Bon9 dies, Bonus uesper, aut
istiusmodi modis alijs: ueteres fecerūt per Sal-
ue & Vale: exēpla apud comicos inuenies. Ci-
cero coniungit etiam Vale & Salue, cū scribit
ad familiares. Ex quo discemus Salue nō solū
uocabu-

uocabulum esse, quo se inter se salutāt congredientes, aut occurrētes: sed modum quasi proprium Romanis esse, quo etiam absentes salutabāt. Inde separatim saluere iubere aliquem, quod inepté dicunt pleriq;, Valedicere alicui alicuius nomine.

Valebis igitur, & ualere Piliam & Cæciliam nostram iubebis, & saluebis à meo Cicerone. Attic.91.a

Vale, salue Ep.260.a

Dionysium iube saluere. At 62.a.&

Dionysium uelim saluere iubeas.63 a.&

Alexim humanissimum puerum uelim saluere iubeas 106.a

SALVTARIS, Salubris, quod poetæ Salutiferum uocant.

Salutare remedium. Octau 329.a

Accessus ad res salutares, à pestiferis recessus. de Nat.32.b

Res utiles & salutares, deorum esse uocabulis nuncupatas de N.9.b

Cultura agrorū hominum generi uniuerso est salutaris de Sen.89.a

Tractatio literarū mihi salutaris fuit. de Clar. 166.a

Salutaris seueritas uincit inanem speciem clementiæ. At 274.a

Salutaris & uitalis calor. de N.51.b

Nec amœnu m, nec salubrem locum censeo. de Or.135 b

Gratulor Baiis nostris, siquidem, ut scribis, salubreis factæ sunt Ep.132.b

O Salu,

Salubris ne,an pestilēs annus futurus sit.de D. 107.b
Sunt partes agrorum aliæ pestilētes, aliæ salubres.de D.97.a
Qui salubri & moderato cultu atq; uictu quieti se tradiderit.de D.93.b
SARTVM *tectum*,aut *Sarta tecta*,dicebantur in ædificijs quæ integra & perfecta essent, ut nihil desideraret locator à redemptoribus.ut,
Cū L. Octauius, C. Aurelius Coss. ædes sacras locauissent, neq; potuissent omnia sarta tecta exigere, neq; ij prætores quibus erat negotium datum C. Sacerdos & M. Cæsius.factū est Senatuscōsultum,quibus de sartis tectis cognitū & iudicatum nō esset. I.V 103.a
Quæsiuit quis ædem Castoris sartam tectā deberet tradere.Post.
Monumēta illa ne amplitudine, illo opere quā uis sartū tectum integrumq; esset,&c.ibid.
Quod explicatur eadē pagina alijs uerbis. ut,
Venit ipse in ædem Castoris:cōsiderat tēplum. uidet undiq; tectū, pulcherrimè laqueatū, præterea cætera noua atq; integra.ibid.
In sartis tectis dominari aliquem.I.V.104.a
Quorum quidem omnia commoda, omnesq; facultates, quibus & sacra conficere, & sarta tecta ædium sacrarum, locorumq; communium,tueri possit,consistunt in his uectigalibus;quæ,&c.Ep.208.b
Translatè hoc modo est usus Cicero.
Debetis quoq; mihi prospicere, qui hoc imperij domiciliū numini deorum cōsecratū sartum te-

tum tectum ab omni periculo conseruabit.
Antequam.
Hec mihi da, ut M. Curium sartum tectum, ut aiunt, ab omni detrimēto cōserues. Ep.222.b
SCIBILIS. Barbarum est. Cicero, Quod scientia comprehenditur, Quod sciri aut intelligi potest.
SCIO. Latinè, græcè scire, dixerunt latini, nostri uerò noui latini ignorant omnino hos modos loquendi: quos, si uelint, à Cicerone licet discant.
Non tam præclarè est scire latinè, quàm turpè nescire. de Clar. 177. a
Omnes qui latinè sciunt. de Fin. 76. b. &
Cum græcè ut uideor luculenter sciam. 67. a
SCITE, non pulchre aut uenustè, sed idem ferè quod sciēter significat. Sed quoniam neutrum in uulgari usu est, utrumque exemplis illustrabimus.
Statua scitè facta & uenustè. I. V. 126. a
Et ille cui mandaui, satis scitè & cōmodè, tempus ad te cæpit adeundi. Ep. 175. a
Hæ rationes, quæ satis scitè nobis instructæ & compositæ uidentur. de Leg. 163. b
Rationes ad ærariū retuli, ita perscriptas scitè & literatè, ut scriba. I. P. 92. b
Scite dicere aliquid. At. 235. b. &
Satis scitè hoc quidem. 250. b
Satis enim scite me nostri sermonis principiū esse uoluisti. de Fin. 126. a
Scienter, intelligenter. Sciens)(Inscienter.
Iis quæ habeas, modicè ac sciēter uti. de Or. 96 a

Scienter ac peritè dicere.de Or.109.a.&
Scienter uersari in aliqua re.214.a.&
Scienter interpretari aliquid de D.99.b
Iis quibuscunq; cōgregamur, uti moderatè & scienter.Off.36.b

scitus,a,um,Ingeniosus,Doctus,Acutus.

Scito sermone & Attico loqui.de N.19.b
Ego autem id quod mihi scitum esse uideatur, non aspernor.pro Plan.266.b
Scitum est enim quod Carneades dicere solebat Clitomachum,&c.Or.201.b
Vetus autem illud Catonis admodum scitum est,qui dicebat se,&c.de N.119.a
Scitum est enim,causam conferre in tempus. &c.de Or.164.b

SCOPVS,quoniam Græcum est, operæprecium uidetur, discere quemadmodum Latinè dicatur, uno uerbo uero, per finem. propositum,ultimum reddi puto.

Quid est igitur propositum his reipub. gubernatoribus,quò intueri,& quò cursum suum dirigere debeant?&c.pro Sest.23.b
Ac mihi quidē uidetur huc omnia esse referenda ab ijs qui præsunt, ut ij eorū in imperio sunt,sint quàm beatissimi.Qu.Fr 294.a.b
Nihil nisi sempiternum spectat.pro.Rab.96.a
Hoc spectant leges,hoc uolūt. incolumem esse ciuium coniunctionem.Off.56.b
Cicero eò tendit,id agit,ad eum exitum properat.&c.At.288.a
Nondum ad propositum mihi finem honoris perueni.pro Dom.169.a

Nihil

Nihil prodest studium perueniẽdi aliquò, nisi illud quod eò quò intendas, ferat deducatq; cognoris. de Or. 96 a

Cõmouere aliquem quo quidq; referat. ibid.

Cũ omnes actiones, omnes sentẽtiæ meæ peruenerint ad eum exitũ, qui mihi propositus est in A. 245. b

Nihil aliud eis, præter officiũ fortis & magni uiri propositum fuit. Parad 117. b

Quid egit Brutus in patria liberanda? quid reliqui item eiusdem cõsilij socij? quid spectarũt? quid secuti sunt? ibid.

Quem barbari Scrupulosum aut Consientiosum hominem appellãt, latini Iustum, Sanctum, Rectum uocant.

SCRIBERE, *mea, aut alterius manu.* Latini dixerunt (inquit Cardinalis) nõ propria manu: idq; his exemplis declarat.

Anteaquam aliquo loco cõsedero. neq; lõgas à me, neque semper mea manu literas expectabis Att.

Obsignaram iam epistolam meam, quàm puto te modo perlegisse, scriptam mea manu.

Ipse in Tusculano me referre in cõmentarium mea manu uoluit, quod idem in Asia mihi sua manu scriptum dedit. Eidem.

Noli putare pigritia facere me, quod non mea manu scribam. Eid.

Alteram tibi eodem die epistolã dictaui, & pridie dederam mea manu longiorem.

Cum scripsissem hæc infima, quæ sunt mea manu. Qu. Fr.

Hæc inter cœnam dictaui Tironi, ne mirere alia manu esse. ibid.
Legimus literas & scriptum ipsius manu. in C.
Ad te statim manu mea scriptas literas misi.
Testamento facto manu sua cauit.
Significentur ipsi libello manu sua subscripto.
SCRIPTVRA quid proprie significet, notũ est: sed quid præterea Scripturã uocabãt Latini, ex his Asconij uerbis facilè intelligetur. Ex Card.
Magister scripturæ & portus quidã L. Carpinacius. Cic. At.
Mirandum uerò est, homines eos quibus odio sunt nostræ secures, nomen acerbitati, scripturæ decumæ, portorium morti, libenter arripere facultatem lædendi. pro Lucio Flac.
Portũ autem & scripturas eadem societas habebat.
In scriptura Siciliæ pro Magistro est. in Ver.
SECVNDVM. Præpositionis hic usus & uis multos fugit, quare generatim eos modos maxime, quos iampridem latere putauimus, in lucem proferemus. Primũ idem ualet quod Post: usu tamen loquendi differentia obseruari debet, quam alio libro indicabimus. quibus rebus tribuatur, exempla ipsa ostendent.
Tres hi homines ex Calend. Ianuarij non iudicabunt. I. V. 71. b
Tua ratio est, ut secundum binos mihi responderе incipias, mea ut ante primos ludos cõperendinem. 71. b
Sed opinor secundum hunc diem: nam satis
mult

multa hodie dicta sunt de Or.108.b
Duo uulnera accepit: unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem. ep.56.a
In actione secundum uocem uultus ualet. de Or.164.b
Vultus secũdum uocem plurimum ualet. Or.202.a
Lepidus secundũ fratrem affines habet, quos odit proximos. ad Brut.90.b
Secundum te nihil est mihi amicitius solitudine. At.190.a
Si secundum principium, confirmatione utamur. ad Her.18.a
Secundum ea quæro an.&c. in Vat.31.b
Cæsar mihi secũdum liberos nostros ita est, ut sit penè par. Q.F.321.a
Spem ostendis secundum comitia. At.44.a.&
Coss. de consilij sententia decreuerunt secundum Buthrotios.265.b
Proximè & secundum deos, homines hominibus maximè utiles esse possunt. Off.35.a
Deinde Pro quoq; significat.
Quisque eorum multa secundum causam nostram iudicauit. At.54.b.&
Prætor secundum me decreuit. ibid.&
Vt ea quæ Coss. decreuerunt secundum Cæsaris decreta comprobes.274.b
Qui sententiam secundũ Plotium se dicturum ostendit. pro Flac.157.a
Secũdum tabulas alicuius litem dare, & secundum aliquem iudicare. pro Q.R.45.b.&
Secundum nos iudicari uolũmus.47.a

Qui domum secundum fratrem suum iudicatam esse dicebat. de At.251 a

Secundũ arbitrium tuum testes dabo. in Ver. 269.b.&

Quod iudicium secũdum Heraclitum de compromissis factum erat.122.a.&

Iudicare de absente secundũ præsentẽ. 177.a.&

Ita secundum eum possessio daretur.99.b

SENTENTIA. *Ex sententia aliquid fieri*, dixerunt latini, quod nostræ uernaculæ aut Græcæ linguæ similitudine potius, quàm Romanorum illorum ueterum consuetudine nunc pleriq; proferunt per Secundum. Quemadmodum etiam in alijs docuimus fieri quæ Græci per κατὰ, Latini uero per Ex exprimũt. de quibus uide præpositionem Ex.

Quoniam sanè feliciter, & ex mea sentẽtia rem pub. gessimus. Ep.21.b

Omnia sunt ex sententia. At.49.a

Itinere ex sententia confecto. At.62.a.&

Omnia ex sententia succedunt.278.a

Ex sententia gerere aliquam rem. Ep.7 a.&

Ex sententia conficere negotium. 153.b

Nonnunquam summis oratoribus non satis ex sententia dicendi euentum procedere. de Or.95.a

Te ex sententia nauigasse gaudeo. At.80.b

Ex animi tui sentẽtia uxorẽ habere. de Or.135.b

De sententia alicuius aliquid facere Latinè, quod uulgo ineptè dicitur, secundũ alicuius aliquid facere. Facere quod aliquis suadet, aut cõsulit, ut imperiti loquuntur.

De sententia alicuius scribere aliquid. Ep. 6. b
Facere aliquid de sententia atque autoritate alicuius. pro Cæl. 52. a
Nihil faciam, nisi de sententia tua. At. 104. b
C. Memmius, cuius de sententia tota res gesta est. pro Syl. 177. a
Capere consilium de sententia alicuius. At. 40. a
Cum ei perscriptum esset, ne quid sine Sestij sententia ageret. At. 255. b
De amicorum sententia non defert ad senatum. pro Mil. 114. a

SERMO. Hoc nomine significarunt Latini, quod Græci Dialogo: sed quoniam tritum magis est quàm Latinum, Latinè discamus ab ipso Cicerone oportet, qui sermones à uarijs personis habitos, scriptis mandauit.
Hac me mente fuisse, tu in nostris sermonibus collocutionibusque ipse sæpe uidisti. Ep. 10. a. &
Feci sermonem habitũ in Cumano inter nos. 130. a
Omnem autem sermonem tribuimus M. Catoni seni, quo maiorem autoritatem haberet oratio. de Sen. 77. b
Quasi enim ipsos induxi loquentes, ne Inquã & Inquit sæpius interponeretur, atque ideo feci, ut tanquam à præsentibus coràm haberi sermo uidetur. de Am. 96. a. &
Is exposuit nobis sermonem de amicitia habitum ab illo secum, & cum altero genero Scæuola. 95. b
Incidere in sermonem alicuius. ibid.
Quo citius quod suscepimus, non mediocre mu-

nus,cōficere,possumꝰ,omissa nostra adhortatione,ad eorū quos proposuimus,sermonem disputationēq; ueniamus. de Or.109.b
Habentur autem plerūq; sermones de domesticis negotijs. Off.27.b
Curandum ut eos, quibuscum sermonē conferimus,& uereri & diligere uideamur. ib.&
Habere quibuscum familiares posis conferre sermones.40.b

Dare,excitare sermonem,in sermonem uenire, incidere.
Latini modi loquendi: quos cum indoctiores ignorēt,dicunt,Facere ut omnes de se loquantur,Aperire omnibus os.
Sed nunc ij uarios sermones exitarunt. Epist. 120.b
In sermonem hominum atq; in magnam uituperationem uenirem in V.202.b
Etsi uide quæso satis ne rectum sit nos hoc tanto incendio ciuitatis in istis locis esse. dabimus sermonem ijs,qui nesciūt,nobis, quocunq; in loco simus, eundem cultum, eundem uictum esse.quid reffert? tamen in sermonem incidimus.Ep.127.b
SERVIO. Vis satis nota est. Sed tribui id etiā fundis & prædijs,quæ uectigalia sunt,puulgatū nō est.iccirco uulgus ꝓ Seruire alios barbaros modos in ore habet: quos omnes recēsere,lōgum esset.corrigemus uerò, si obseruemus, quemadmodum latini id protulerunt.
Cum Marius ædes Auratæ uēdidisset,neq; seruire quandam partem ædium in mancipij lege dixisset.de Or.99.b

Aedes

Aedes Sergio feruiebant. fed hoc in mancipio, Marius non dixerat.Off.65.a
Quæ optima cõditione funt,libera,meliore iure funt,quàm ferua:capite hoc omnia quæ feruiębãt,non feruiẽt.foluta meliore in caufa funt,quàm obligata. eodẽ capite obligata omnia,fi modò Syllana funt, liberantur. immunia cõmodiore cõditione funt,quàm illa quæ penfitant.contra Rul.89.a

Hinc *Seruitus* eifdem attribuitur eodem modo.ut,
Aquæ iure conftituto & feruitute illi fundo impofita.Qu.Fr.318.b

Seruus,a,um, eodem modo. Vide exemplum in uerbo Seruire.

SEXCENTI,æ,a. Hoc nomine infinitũ numerum Latini fignificabãt,quod recentes Latini potius per Mille faciunt.
Cn.Sextium mille modiũ,fexcentos præterea alios.in V.132.b
Belli periculum,militum improbitas,fexcenta præterea alia.At.94.a
Sexcenta licet eiufmodi proferri.de D.115.a
Et fexcenta funt.At.55.b.&
Ad annos fexcentos.52.b
Venio ad epiftolas tuas, quas ego fexcentas uno tempore accepi.At.100.a
Quod populari illi facerdoti fexcentos ad beftias amicos fociosq; mififtis.in Pif.98.b

SICCVS latinè dicitur,qui non eft replètus:cui Vinolentus opponitur.Quod nomen cum uulgus ignoret,alia inepta fingunt.

Vinolen-

Vinolentorum & furiosorum uisa imbecillio-ra esse dicebas, quàm siccorum & sanorum. Acad 22.a

Hæc per deos immortales utrũ esse uoles con-silia siccorum, an uinolentorũ somnia. &c.

Vtrum cogitata sapientum, an optata furio-sorum. contra Rul. 61.a

SIGNIFICATVM, Barbarũ est. Latinè Significatio, Notatio, Notio, Vis, Potestas.

SIGNVM, non tam uulgatum est, quàm Sigillum: cum idem tamen significent.

Tum ostendi tabulas Lentulo, & quæsiui, co-gnoscerẽt ne signũ, annuit. est uerò inquam notum signum, imago aui tui. in C. 115.a

Literæ omnes integris signis prætoribus tra-duntur. in C. 112 a

Nec signum tuum in epistola, nec dies apposi-tus est. ad Brut. 91. a

Tabulæ testamẽti obsignatæ non minus mul-tis signis, quàm è lege oporteat. in V. 100.a

Obsignare literas publico signo. in V. 282. b

Signum publicum. pro Flac. 155. b

Signum in creta, quo epistola obsignata erat. in V. 215. a

Signum & manum meam requirent At. 171. b

Librum tuum habeo sub signo, seruoq́ dili-gentissimè. At. 145. a

Horreum belli sub signo claustrisq́ positum. contra Rul 64. b

Signum æneũ, marmoreũ eburneũ. I. V 200. a

Signa ac tabulas propalàm collocare. de Ora-tat. 93. a

SIMILITER. Notus omnibus non est usus huiꝰ aduerbij, præsertim quæ uoces cũ eo coniunguntur. Comparatur enim nonnunquam cum Vt, aliquando cum Atq;, etiam cum Ac.

Qui similiter faciunt, ut si &c. Offic.17.b

Similiter facit, ut si quis &c. Tus.217.b

Cum Atq;.

Nec illum similiter atq; ego eram, commotum esse uidi in A.154.b

Hic excipit Pomp. simillimè ut mihi uidetur, atq; in illa lege qua peregrini Roma eijciuntur, excipitur Claucippus. contra Rul.63.a

Similiter à nobis commemorari de antiquis philosophis atq; seditiosi ciues. Acad.18.b

Cum Ac.

Tu autem qui id quæris, similiter facis, ac si me roges, cur &c. de N.61.b

Similiter consequitur nonnunquam Vt, secundamq; partem comparationis occupat.

Onera contentis corporibus, facilius ferũtur: remissis opprimunt: simillimè animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum &c. Tus.187.a

SIMPLICITER *aliquid dicere, & coniunctè aut comparatè, aut cum adiunctione opponũtur.* Imperiti longè aliter, Simpliciter & cum adiunctione, absolutè & conditionaliter, aut cum cõditione, absolutè & relatiuè, absolutè & respectiuè, aut respectu alterius: quam barbariem hac incorrupta loquendi consuetudine emendemus, sic enim Cicero est locutus:

Omne quod eloquimur, fit ut id aut esse dicamus,

mus,aut non esse,& comparatè. Simpliciter dictum sit,suscipiunt. Dialectici ut iudicent, uerum ne sit an falsum:& si coniunctè sit elatum, & adiuncta sint alia, iudicent recte ne adiuncta sint.&c.de Or.123.a

Cum autem quæritur quale quid sit? aut simpliciter quæritur,aut cōparatè. Simpliciter, Expetenda ne sit gloria? Comparatè, Præponenda ne sit diuitijs gloria. Top.228.a

Homines mortales necesse est interire sine adiunctione: ut cibo utantur, non necesse est: nisi cum illa exceptione, extra quam si nolint fame perire. de Inuen.83.b

Atque etiam hoc mihi uideor uidere,esse quasdam cum adiunctione necessitudines: quasdam simplices & absolutas. ibidem plura & proxima pagina.

SIMVL, *Simulac, Simul ut, Simul atq;*, idem ualet quod Quamprimum, Cum: sed minus nostris hominibus cognitum.

Simul ac.

Vt simul ac posita sit causa, habeant quò se referant. de Or.119.a

Quod simul ac mihi collibitum est, præstò est imago. de N.22.b.& Ep.255.a

Simul ac primum ei occasio uisa est. in Ver.85.& 104.a &

Simul ac potestas primum data est.118.a

Simul ac seipsa commouit. Acad.13.b

Simul ut.

Omnes,eodem animo Lāpsaceni simul ut hoc audiuerunt,ad ædes conuenerunt. I. V.89.b

Facilè

Facilè apparet nostros omnia consequi po- tuisse, simul ut uelle cœpissent. Tus.210.a
Ego scribam simul ut uidero Curionem. Attic. 158.b
simulatq; commodè, cum.
Alij simul atque hoc nostrum legerunt, nesció quo pacto retardantur. At.20.b
Qui simulatq; uenit, statim &c. in V.112.a
Simulatq; adeptus eris. Ep.39.b
Simul atq; aliquid audiero, scribam ad te. de Orat.128.b
Is quotidie simulatq; luceret. &c. in A.219.b
SINGVLI, æ a Notum uix satis, opponi V- niuersum: quare terendum id est exemplis op timi autoris.
Itaque me non singulæ uoces præconum, sed una uoce uniuersus populus consulem de- clarauit. in C.121.a
Honestius eum agrum uos uniuersi, quàm sin guli posſideretis. contra Rul.85.a
Beneficia, quæ singulis priuatimq; dantur) (u- niuersis Antequam.
Modi præterea sunt quidam loquendi, quibus nostri non ita utuntur ut ueteres. uti Singulis ætatibus uix singuli fuerunt: Singulis in ciuitatibus uix singulos inuenias, dixerunt Latini. Recentes uerò nostri Latini, Vix in unà tota ætate, ciuitate, unum inuenias. Quod ut emendemus Ciceronis exemplo, sic posthac loquamur.
Vix singulis ætatibus boni oratores laudabi- les constiterunt. de Cla.196.b
Vix

Vix autem singulis ætatibus singuli oratores tolerabiles inuenti sunt. de Or. 85. b
Etenim in singulis rebus eiusmodi materies est, ut singulos dies posſis consumere. pro S. Rof. 35. a
Hoc ferre ciuitas poteſt: ut singuli ciues singulis uersiculis è ciuitate tollantur. p Dō. 222. a
Ego singulos eius uersus, singula eius testimonia puto. Ep. 259. a
Singula singulis addere. de Fin. 96 b
Plures deorum omnium, singuli singulorum sacerdotes sunt de Leg. 175. b
Et singulos adiunxit ad singula. de Vn. 202. b
SISTERE *se, aut aliquem, aut aliquid*, ignotum in uulgus: nam pro Sisto in ore habet Compareo, quod idem ualet quod Appareo.
Fac ut te ante Cal. Ian. ubicunque erimus, sistas. At. 52. a
Te uegetum nobis in Græcia siste. At. 169. b
Rempub. sistere non posse in V. 193. a
Vas factus est alter eius sistendi, ut si ille non reuertisset ad diem, moriendum esset sibi ipsi. Off. 61. a
Ita tamen discedunt, ut Idibus Septemb. P. Quintium sisti Sex. Alphenus promitteret. pro Qu. 5. a. &
Venit Romam Quintius. uadimonium sistit. ibidem. &
Alphenus promittit Neuio sisti Quintiū. 12. a
SOLATIVM. Vulgò putat hoc nomine significari recreationem & oblectationem: sed idem ferè ualere quod Consolationē, ex his Ci-
ceronis

ceronis exemplis facile intelligi potest. Multis enim Solamen quàm Solatium usitatius & notius est. Sed Solamen poetarum magis, quàm oratorum uerbum uidetur.
Cuius luctus nullo solatio leuari potest. in Anton. 225. a
Sed nón egeo medicina, me ipse cōsolor, & maxime illo solatio, quod. &c. de Am. 97. a
Nos malo solatio, sed non multo tamen cōsolamur, quòd ipsius uicem minimè dolemus. At. 58. a
In maximo meo dolore hoc solatio utor, q̄d, &c. Ep. 179. a
Sed fruatur sanè hoc solatio. de Pro. 72. a
Vos & præsentem me cura leuatis, & absenti solatia magna dedistis de Clar. 165. b
Multa mihi dans solatia. At. 65. a
Hæ sunt solatia, hæc fomēta summorum dolorum. Tusc. 188. a
Hæc studia rebus aduersis perfugium ac solatium præbent. pro Arch. 188. b
SOLITVDO. Non locorū solum est, ut uulgus putat, sed etiam hominum, qui aut deserti sunt, aut soli. ut,
Ebutius iste, qui iam diu Cæsenniæ uiduitate & solitudine alitur. pro Cæc. 287. a
Quod si tu iudex nullo præsidio fuisse uidebere cōtra uim & gratiam, solitudini atq; inopiæ. pro Q. 1. b
Neque satis peruulgatū est. Celebritatem opponi Solitudini: locisq; ijs attribui quæ frequentia deseruntur.

Solitudo loci)(Celebritas loci.de In·10.b
Tum erat ab oratoribus quædam in foro solitudo.de Clar.155.a
Vt ista ab solitudine domum meam nindicárem.de Or.101.b
Cùm Crassus se de turba & à subsellijs in ociũ solitudinemq́ contulerit.de Or.121.b
Ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo. Off.28.a.&
Si solitudo tanta sit,ut hominem uidere non posis,excedas è uita.31.a

SOLVMMODO. barbarum est. Latini Tantummodò,Duntaxat,Solum.

SOMNICVLOSVS latinè significat, quod barbarè dicitur Somnolentus.
Iners,ignaua & somniculosa senectus. de Sen. 84.a

SOMNORVS.Poeticũ est.Alij Canorus.

SPACIVM.Cum interuallum aut temporis aut loci notetur hoc nomine, notum satis est, sed Latini etiam locum illum quo ambulare aut spaciari animi aut colloquẽdi causa,aut etiam quò currere & se exercere soleant, Spacium aut Spacia uocarunt.
Ciceronem oratorẽ non ex rhetorũ officinis. sed ex Academiæ spacijs extitisse.Or.198.a
Qui ex cõstituto spacio defensionis in semihoræ curriculum coegisti.pro Rab.91.b
Nostræ spes in medio sæpe spacio franguntur. de Or.143.a
In syluestribus spacijs.de Leg.159.a
Postero autem die cum illis maiores natu satis

quiessent.

quiescent, in ambulationem uetum esse dicebat. tum Scæuolā duobus spacijs tribusue factis dixisse. Cur non, &c. de Or 87.a
Si interdum ad forum deducimur: si uno basilicæ spacio honestamur, diligenter obseruari uidemur. pro Mur. 141.a
Visne igitur, ut ille Crete cum Clinia: & cum Lacedæmonio Megillo. æstiuo quemadmodū describit die, in cupressetis Gnosiorū & spacijs syluestribus crebrò insistens, interdum acquiescens. de Leg. 159.a

SPECIATIM, Latini aut nominatim aut præcipuè uocarūt. quod barbari Specialiter. Sic quod Speciale imperitum uulgus dialecticorum appellat, Latini Præcipuum aut Singulare nominarunt.

SPECIES. Quare Cicero Formas potius uocari uelit, quas Species dialectici appellant, ex ipsius uerbis planè satis perspicitur. Sic enim in Top. scribit. In diuisione formæ sunt, quas Græci ἰδέας uocāt: nostri si qui qui fortè hæc tractant, species appellāt: non pessimè id quidē, sed inutiliter ad mutādos casus in dicendo. nolim enim ne si latine quidem dici possit, specierū & speciebus dicere; & sæpe his casibus utendum est: at formis & formarū, uelim. Cum autē utroque uerbo idē significetur, cōmoditatem in dicendo non arbitror negligendam.

SPONTANEVS. barbarum est, Latini Voluntarium uocarunt.

STATIM ut, quemadmodum Simul ut, de quo suprà, peruulgatum non est.

Literas scripsi statim, ut tuas legerem. At.29.b

Malè se res habet, quæ statim ut dici cœpta est, non melior fieri uidetur. de Or.137.b

Quæsiuit à te statim, ut Romã rediji. pro Qu. 10.b

De Vatinio autem reditus intercesserat in gratiam per Pompeium. statim ut ille Prætor factus est. Ep.14.b.&

Meq; ab eo diligi statim cœptum esse, ut simultatem deposuimus.24.b

Philippus ut me salutauit, statim Romã profectus est. At.97.b

STO. Propria uis obscura non est. Sed collocatur hoc uerbũ cum quibusdã uocibus ab illis optimis linguæ latinæ autoribus à nostris tam rarò, ut interijsse uideãtur istiusmodi modi loquẽdi. Stare enim ab aliquo, aut cum aliquo, cui opponitur contra aliquem, dixerunt qui Romanam illam ueterẽ puritatem sunt secuti. Recẽtiores uerò, Esse cum aliquo, cum aliqua parte, aut contra aliquem esse.

Nemo contra perditos ciues à Senatu & à bonorum causa stetit. de Cl.190.a

Stare à mendacio contra uerum. de In.59.a

A se potius quàm ab aduersarijs stare. ibid.

Probare rationem aliquam, quòd ab ea steterint uiri probatissimi ad Her.24.b

Non stare cum ijs qui, &c. de Fin.116.b

Quemadmodũ ei dicebamus, qui à scripto diceret, hoc fore utilissimũ, si quid de æquitate ea quæ cum aduersario staret, derogasset. sic hũc qui cõtrà scriptũ diceret, &c. de In.80.a

Stare,

Stare, pro Certũ & ratum esse. uulgus iam rarò utitur.

Modò nobis stet illud, unà uiuere in studijs. Ep.127.a

Neq; adhuc stabat quo potissimum. At.45.b

Stare conuentis, iudicio alicuius, cum ablatiuo id significat, quod recentiores dixerũt, Acquiescere alicuius iudicio, Seruare, Tenere, Sequi.

Stare conuentis. Off.71.a

Qui his rebus iudicatis standum putat. pro Clu.57.b

Extra quam si ita negotium gestum est, ut daturum negauit, re iudicata stari non oporteat. At.87.b.&

Meo iudicio multo stare malo, quàm omnium reliquorum.193.a

Censores ipsi sæpe superiorum cẽsorum iudicij non stant. pro Clu.42.b

Si statuimus uestro nobis iudicio stãdum esse de nobis. pro Flac.160.a

Non enim Regulus suo iudicio stetit, sed suscepit causam ut esset iudiciũ Senatus. Off.74.a

Nec L. Gellij iudicio stetit Lentulus, neq; Lentuli existimatione contentus fuit Gellius, & uterq; censoris opinione standum non putauit. pro Clu.45.a

Promissis standum esse. Off.7.b

Omnes cupiebant Cæsarem stare conditionibus ijs quas tulisset. At.112.a

Stare in eo quod sit iudicatum. de Fin.58.a

C. Marius dedit fidẽ, sed in fide non stetit. pro Rab.96.b

Vinolentorum & furiosorum uisa imbecillio-ra esse dicebas, quàm siccorum & sanorum. Acad 22.a

Hæc per deos immortales utrũ esse uoles con-silia siccorum, an uinolentorũ somnia. &c.

Vtrum cogitata sapientum, an optata furio-sorum. contra Rul. 61.a

SIGNIFICATVM, Barbarũ est. Latinè Significatio, Notatio, Notio, Vis, Potestas.

SIGNVM, non tam uulgatum est, quàm Sigillum: cum idem tamen significent.

Tum ostendi tabulas Lentulo, & quæsiui, co-gnosceret ne signũ, annuit. est uerò inquam notum signum, imago aui tui. in C. 115.a

Literæ omnes integris signis prætoribus tra-duntur. in C. 112 a

Nec signum tuum in epistola, nec dies apposi-tus est. ad Brut. 91. a

Tabulæ testamẽti obsignatæ non minus mul-tis signis, quàm è lege oporteat. in V. 100.a

Obsignare literas publico signo. in V. 282.b

Signum publicum. pro Flac. 153.b

Signum in creta, quo epistola obsignata erat. in V. 215.a

Signum & manum meam requirent At. 171.b

Librum tuum habeo sub signo, seruoq; dili-gentissimè. At. 145.a

Horreum belli sub signo claustrisq; positum. contra Rul 64.b

Signum æneũ, marmoreũ eburneũ I. V 200.a

Signa ac tabulas propalàm collocare. de O-rat. 98.a

SIMI-

SIMILITER. Notus omnibus non est usus huiꝰ aduerbij, præsertim quæ uoces cũ eo coniunguntur. Comparatur enim nonnunquam cum Vt, aliquando cum Atq;, etiam cum Ac.

Qui similiter faciunt, ut si &c. Offic. 17. b

Similiter facit, ut si quis &c. Tus. 217. b

Cum Atq;.

Nec illum similiter atq; ego eram, commotum esse uidi in A. 154. b

Hic excipit Pomp. simillimè ut mihi uidetur, atq; in illa lege qua peregrini Roma eijciuntur, excipitur Glaucippus. contra Rul. 63. a

Similiter à nobis commemorari de antiquis philosophis atq; seditiosi ciues. Acad. 18. b

Cum Ac.

Tu autem qui id quæris, similiter facis, ac si me roges, cur &c. de N. 61. b

Similiter consequitur nonnunquam Vt, secundamq; partem comparationis occupat.

Onera contentis corporibus, facilius ferũtur: remissis opprimunt: simillimè animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum &c. Tus. 187. a

SIMPLICITER *aliquid dicere, & coniunctè aut comparatè, aut cum adiunctione opponũtur.* Imperiti longè aliter, Simpliciter & cum adiunctione, absolutè & conditionaliter, aut cum cõditione, absolutè & relatiuè, absolutè & respectiuè, aut respectu alterius: quam barbariem hac incorrupta loquendi consuetudine emendemus: sic enim Cicero est locutus:

Omne quod eloquimur, fit ut id aut esse dicamus,

mus, aut non esse, & comparatè. Simpliciter dictum sit, suscipiunt. Dialectici ut iudicent, uerum ne sit an falsum: & si coniunctè sit elatum, & adiuncta sint alia, iudicent recte ne adiuncta sint. &c. de Or. 125. a

Cum autem quæritur quale quid sit? aut simpliciter quæritur, aut cōparatè. Simpliciter, Expetenda ne sit gloria? Comparatè, Præponenda ne sit diuitijs gloria. Top. 228. a

Homines mortales necesse est interire sine adiunctione: ut cibo utantur, non necesse est: nisi cum illa exceptione, extra quam si nolint fame perire. de Inuen. 85. b

Atque etiam hoc mihi uideor uidere, esse quasdam cum adiunctione necessitudines: quasdam simplices & absolutas. ibidem plura & proxima pagina.

SIMVL, *Simulac, Simul ut, Simul atq;*, idem ualet quod Quamprimum, Cum: sed minus nostris hominibus cognitum.

Simul ac.

Vt simul ac posita sit causa, habeant quò se referant. de Or. 119. a

Quod simul ac mihi collibitum est, præstò est imago. de N. 22. b. & Ep. 253. a

Simul ac primum ei occasio uisa est. in Ver. 85. & 104. a &

Simul ac potestas primum data est. 118. a

Simul ac seipsa commouit. Acad. 13. b

Simul ut.

Omnes, eodem animo Lāpsaceni simul ut hoc audiuerunt, ad ædes conuenerunt. I. V. 89. b

Facilè

Facilè apparet nostros omnia consequi potuisse, simul ut uelle cœpissent. Tus. 210. a

Ego scribam simul ut uidero Curionem. Attic. 158 b

simulatque commodè, cum.

Alij simul atque hoc nostrum legerunt, nescio quo pacto retardantur. At. 20. b

Qui simulatque uenit, statim &c. in V. 112. a

Simulatque adeptus eris. Ep. 39. b

Simul atque aliquid audiero, scribam ad te. de Orat. 128. b

Is quotidie simulatque luceret. &c. in A. 219. b

SINGVLI, *æ a*. Notum uix satis, opponi Vniuersum: quare terendum id est exemplis optimi autoris.

Itaque me non singulæ uoces præconum, sed una uoce uniuersus populus consulem declarauit. in C. 121. a

Honestius cum agrum uos uniuersi, quàm singuli posideretis. contra Rul. 85. a

Beneficia, quæ singulis priuatimque dantur) (uniuersis Antequam.

Modi præterea sunt quidam loquendi, quibus nostri non ita utuntur ut ueteres. uti Singulis ætatibus uix singuli fuerunt: Singulis in ciuitatibus uix singulos inuenias, dixerunt Latini. Recentes uerò nostri Latini, Vix in unã tota ætate, ciuitate, unum inuenias. Quod ut emendemus Ciceronis exemplo, sic posthac loquamur.

Vix singulis ætatibus boni oratores laudabiles constiterunt de Cla. 196. b

Vix

Vix autem singulis ætatibus singuli oratores tolerabiles inuenti sunt. de Or. 85.b

Etenim in singulis rebus eiusmodi materies est, ut singulos dies posis consumere. pro S. Ros. 35.a

Hoc ferre ciuitas potest: ut singuli ciues singulis uersiculis è ciuitate tollantur. p Dō. 222.a

Ego singulos eius uersus, singula eius testimonia puto. Ep. 259.a

Singula singulis addere. de Fin. 96 b

Plures deorum omnium, singuli singulorum sacerdotes sunt de Leg. 175.b

Et singulos adiunxit ad singula. de Vn. 202.b

SISTERE *se, aut aliquem, aut aliquid*, ignotum in uulgus: nam pro Sisto in ore habet Compareo, quod idem ualet quod Appareo.

Fac ut te ante Cal. Ian. ubicunque erimus, sistas. At. 52.a

Te uegetum nobis in Græcia siste. At. 169.b

Rempub. sistere non posse in V. 193.a

Vas factus est alter eius sistendi, ut si ille non reuertisset ad diem, moriendum esset sibi ipsi. Off. 61.a

Ita tamen discedunt, ut Idibus Septemb. P. Quintium sisti Sex. Alphenus promitteret. pro Qu. 5.a. &

Venit Romam Quintius, uadimonium sistit. ibidem. &

Alphenus promittit Neuio sisti Quintiū. 12.a

SOLATIVM. Vulgo putat hoc nomine significari recreationem & oblectationem: sed idem ferè ualere quod Consolationē, ex his Ciceronis

ceronis exemplis facile intelligi potest. Multis enim Solamen quàm Solatium usitatius & notius est. Sed Solamen poetarum magis, quàm oratorum uerbum uidetur.

Cuius luctus nullo solatio leuari potest. In Anton. 223.a

Sed nón egeo medicina, me ipse cõsolor, & maximè illo solatio, quod. &c. de Am. 97.a

Nos malo solatio, sed non multo tamen cõsolamur, quòd ipsius uicem minimè dolemus. At. 58.a

In maximo meo dolore hoc solatio utor, q̃d, &c. Ep. 179.a

Sed fruatur sanè hoc solatio. de Pro. 72.a

Vos & præsentem me cura leuatis, & absenti solatia magna dedistis de Clar. 165.b

Multa mihi dans solatia. At. 65.a

Hæ sunt solatia, hæc fomẽta summorum dolorum. Tusc. 188.a

Hæc studia rebus aduersis perfugium ac solatium præbent. pro Arch. 188.b

SOLITVDO. Non locorũ solùm est, ut uulgus putat, sed etiam hominum, qui aut deserti sunt, aut soli. ut,

Ebutius iste, qui iam diu Cæsenniæ uiduitate & solitudine alitur. pro Cæc. 287.a

Quod si tu iudex nullo præsidio fuisse uidebere cõtra uim & gratiam, solitudini atq; inopiæ. pro Q. 1.b

Neque satis peruulgatũ est, Celebritatem opponi Solitudini: locisq; ijs attribui quæ frequentia deseruntur.

Solitudo loci)(Celebritas loci.de In.10.b
Tum erat ab oratoribus quædam in foro solitudo.de Clar.155.a
Vt ista ab solitudine domum meam nindicarem.de Or.101.b
Cum Crassus se de turba & à subsellijs in ociũ solitudinemq́ contulerit.de Or.121.b
Ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo.Off.28.a.&
Si solitudo tanta sit,ut hominem uidere non posis,excedas è uita.51.a

SOLVMMODO. barbarum est. Latini Tantummodò,Duntaxat,Solum.

SOMNICVLOSVS latinè significat, quod barbarè dicitur Somnolentus.

Iners,ignaua & somniculosa senectus. de Sen. 84.a

SOMNORVS.Poeticũ est. Alij Canorus.

SPACIVM.Cum interuallum aut tempo ris aut loci notetur hoc nomine, notum satis est, sed Latini etiam locum illum quo ambulare aut spaciari animi aut colloquẽdi causa,aut etiam quò currere & se exercere soleant, Spacium aut Spacia uocarunt.

Ciceronem oratorẽ non ex rhetorũ officinis. sed ex Academiæ spacijs extitisse.Or.198.a
Qui ex cõstituto spacio defensionis in semihoræ curriculum coegisti.pro Rab.91.b
Nostræ spes in medio sæpe spacio franguntur. de Or.143.a
In syluestribus spacijs.de Leg.159.a
Postero autem die cum illis maiores natu satis quiessent,

quiescent, in ambulationem uerum esse dicebat. tum Scæuolã duobus spacijs tribusue factis dixisse. Cur non, &c. de Or 87.a

Si interdum ad forum deducimur: si uno basilicæ spacio honestamur, diligenter obseruari uidemur. pro Mur. 141.a

Visne igitur, ut ille Crete cum Clinia: & cum Lacedæmonio Megillo. æstiuo quemadmodũ describit die, in cupressetis Gnosiorũ & spacijs syluestribus crebrò insistens, interdum acquiescens. de Leg. 159.a

SPECIATIM, Latini aut nominatim aut præcipuè uocarũt. quod barbari Specialiter. Sic quod Speciale imperitum uulgus dialecticorum appellat, Latini Præcipuum aut Singulare nominarunt.

SPECIES. Quare Cicero Formas potius uocari uelit, quas Species dialectici appellant, ex ipsius uerbis planè satis perspicitur. Sic enim in Top. scribit. In diuisione formæ sunt, quas Græci ἰδέας uocãt: nostri si qui hæc fortè hæc tractant, species appellãt: non pessimè id quidẽ, sed inutiliter ad mutãdos casus in dicendo. nolim enim ne si latine quidem dici possit, specierũ & speciebus dicere; & sæpe his casibus utendum est: at formis & formarũ, uelim. Cum autẽ utroq; uerbo idẽ significetur, cõmoditatem in dicendo non arbitror negligendam.

SPONTANEVS. barbarum est, Latini Voluntarium uocarunt.

STATIM ut, quemadmodum Simul ut, de quo suprà, peruulgatum non est.

Literas scripsi statim, ut tuas legerem. At.29.b

Male se res habet, quæ statim ut dici cœpta est, non melior fieri uidetur. de Or.157.b

Quæsiuit à te statim, ut Romã redijt. pro Qu. 10.b

De Vatinio autem reditus intercesserat in gratiam per Pompeium. statim ut ille Prætor factus est. Ep.14.b.&

Meq; ab eo diligi statim cœptum esse, ut simultatem deposuimus.24.b

Philippus ut me salutauit, statim Romã profectus est. At.97.b

STO Propria uis obscura non est. Sed collocatur hoc uerbũ cum quibusdã uocibus ab illis optimis linguæ latinæ autoribus à nostris tam raro, ut interijsse uideãtur istiusmodi modi loquẽdi. Stare enim ab aliquo, aut cum aliquo, cui opponitur contra aliquem, dixerunt qui Romanam illam ueterẽ puritatem sunt secuti. Recẽtiores uerò, Esse cum aliquo, cum aliqua parte, aut contra aliquem esse.

Nemo contra perditos ciues à Senatu & à bonorum causa stetit. de Cl.190.a

Stare à mendacio contra uerum. de In.59.a

A se potius quàm ab aduersarijs stare. ibid.

Probare rationem aliquam, quòd ab ea steterint uiri probatissimi ad Her.24.b

Non stare cum ijs qui, &c. de Fin.116.b

Quemadmodũ ei dicebamus, qui à scripto diceret, hoc fore utilissimũ, si quid de æquitate ea quæ cum aduersario staret, derogasset. sic hũc qui cõtrà scriptũ diceret, &c. de In. 80.a

Stare,

Stare, pro Certū & ratum esse. uulgus iam raro utitur.
Modò nobis stet illud, unà uiuere in studijs. Ep.127.a
Neq; adhuc stabat quo potissimum. At.45.b
Stare conuentis, iudicio alicuius, cum ablatiuo id significat, quod recentiores dixerūt, Acquiescere alicuius iudicio, Seruare, Tenere, Sequi.
Stare conuentis. Off.71.a
Qui his rebus iudicatis standum putat. pro Clu.57.b
Extra quam si ita negotium gestum est, ut daturum negauit, re iudicata stari non oporteat. At.87.b.&
Meo iudicio multo stare malo, quàm omnium reliquorum. 193.a
Censores ipsi sæpe superiorum cēsorum iudicij non stant. pro Clu.42.b
Si statuimus uestro nobis iudicio stādum esse de nobis. pro Flac.160.a
Non enim Regulus suo iudicio stetit, sed suscepit causam ut esset iudiciū Senatus. Off.74.a
Nec L. Gellij iudicio stetit Lentulus, neq; Lentuli existimatione contentus fuit Gellius, & uterq; censoris opinione standum non putauit. pro Clu.45.a
Promissis standum esse. Off.7.b
Omnes cupiebant Cæsarem stare conditionibus ijs quas tulisset. At.112.a
Stare in eo quod sit iudicatum. de Fin.58.a
C.Marius dedit fidē, sed in fide non stetit. pro Rab.96.b

Si in eo quod ostenderat non stat, mihi placet, ea que malè empta sunt reddi. At.24.b
Vt illi planè suo iudicio stare non liceret. in Pa 96.a
STOMACHVS pro bile, aut ira & indignatione sæpe usurpauit Cicero.
Epistola plena stomachi & querelarũ. Quint. Fr.326.a
Ne in me stomachum erumpant, cum sint tibi irati. At.252.b
Hæc mihi maiore stomacho. quàm ipsi Quintio fuerunt. At.68.b.
Homo exarsit iracũdia & stomacho. I. V.118.b
Si mihi homini uehementer occupato stomachum moueritis. pro Mur.130.b
Nosti stomachi mei fastidium in dignitate hominum insolentium. Ep.26.b
Ridere in stomacho. Ep.27.b.
STVDEO *homini alicui, & studiosum esse alicuius.* pro Operam dare, Fauere, Adesse, percrebuisse sermone uulgari apud studiosos linguæ Latinæ non uidetur: cum fuerim tamen nihil penè tritius olim Romano sermone.
Si partes quibus illi student lædantur. ad Her. 14.a
Cur quenquam ut studeat tibi, ut te adiuuet, rogas. pro Mur.142.b
Nemo Arpinas non Plãcio studuit. pro Plan. 265.b
Multi boni adolescẽtes illi homini nequam atque improbo studuerunt pro Cæl.39.a. & b
Cælius studuit Catilinæ iterum petenti.
Pompeius

Pompeius Scauro studet, utrum frōte an men te dubitatur. At.62.b

Studiosus alicuius hominis.

Ego mei studiosus habeo Dyrrhachinos in V. 50.a
Habet enim certos sui studiosos, &c. de Cl.170.a
Democritus studiosus nobilitatis. Acad.31.a
Attici nostri te ualde studiosum esse cognoui. item.
Eques Romanus, uetus amicus suus, studiosus, amans, obseruans sui, pro Rab. Post. 129.b

Eodem modo & *Studium alicuius*, pro Fauore, amore erga aliquem.

Pro meo studio quod in uos habui semper. de In.75.a
Tua erga me officia plena tui suauissimi studij. At.115.b
Cognoui tua studia in amicos, etiam in te amicorum. At.264.b
Tibi polliceor eximiū & singulare meum studium. Ep.64.b
Studium erga me tuum multis in rebus perspexi. Ep.60.b
Hæc amicorū studia debilitant. pro Mur.134.b
Te rogo, ut omnia tua studia in eum cōferas. Qu.Fr.315.b
Pompeius signficat studium erga me non mediocre. At.

Studere, pro Vehemēter cupere, Operā dare.

Ego semper ocio studui. in Ac.16.a
Cum serò sentiunt frustra se aut pecuniæ studuisse

duisse, aut imperijs, aut opibus, aut gloriæ. de Fin.61.a
Cælius studuit Præturæ. pro Cæl.42.b
Scire igitur studeo, quid egeritis. At.210.a
Studeo ex te audire. Top.229.b
Studeo facere aliquid. pro S.R.42.b
Ars demonstrat ubi sit illud, quod studeas inuenire. de Or.122.a
Ego uerò, inquit, istis obsequi studeo. de Orat. 93 b.
Quos ego non tam ulcisci studeo, quàm sanare. I.C.108.a
Gradus tuos, & quasi processus dicēdi studeo cognoscere. de Cl.186.a
Nostri imperatores ex hac una re maxima laudem capere student. Off.58.a

Quem barbari studētem uocāt, latini semper studiosum, aut deditum doctrinæ literis.

SVADEO. Vis & usus huius uerbi tritus satis est. Sed Consulo tibi, crebrò etiam uulgus pro Suadeo usurpat. quòd ab optimis autoribus nō sit profectū, discamus à Latinis, quēadmodum Consilium dare alicui protulerunt.

Gaudeo te id mihi suadere, quod ego mea spōte pridie feceram. At.249.b
Hæc eò spectant, ut te horter & suadeam, &c. Ep.204.a
Nemo est qui sapiētius tibi suadere possit teipso. Ep.21.a
De obuiam itione faciam, ut suades. At.180.a

SVB. Cur dixerūt latini, Subijcere aliquid sub aspectum, & sub sensus, Cadere sub sensus, & non

& non sub sensibus, cõsuetudine, non ratione factum puta. Ea enim potissima pars non huius tantum linquæ, sed omnium æstimatur. Itaq; uideatur in quibus Sub ablatiuo, in quibus accusatiuo iungatur.

Nullo posito sub oculis simulacro. de Vn. 201. b

Subijcere aliquam rem sub aspectũ omnium. ad Her. 39. a

Quod sub ea causa subiectum est. Top. 225. b

Vt Cyprius rex sub præcone subijceretur. pro Dom. 223. a

Res subiectæ sensibus, & subiectæ sub sensus. Acad. 19. a

Sub cum locum significet, & situm, accusatiuo iungitur.

Vaporarium ex quo ignis erumpit, est sub tectum cubiculi. Q. F. 318. a

Negotiũq; transegisses, nisi se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset. in Ant. 164. a

sub cum tempus significat, accusandi casui præponitur.

Senatus fuit frequentior, quàm putabamus, esse posse mense Decembri, sub dies festos. Q. Fr. 306. a

sub pro Post, de ordine.

Sed non statim sub mentionem & conuicium obtrectatorum. Ep. 114. a. &

Sub eas tuæ statim recitatæ sunt. 153. a

sub signis habere legiones, aut milites, est quod uernaculo sermone dicitur, *Gemonsterte Knecht haben.*

Legiones habeo quinque sub signis & sua fide

 uirtuteq;

uirtuteq; reip. coniunctißimas. Ep. 148. b

SVBDITVS. Latinæ linguæ imperiti, hiq; præsertim qui optimorũ autorũ non sunt studiosi, hoc nomine significant eos qui subiecti sunt dominis, aut principibus: sed quàm inscitè, illi sciunt, qui intelligunt id non notari eo nomine, sed alijs, quæ omnino uulgus ignorat. Vocarũt enim eos Latini non uno nomine, sed pluribus, Qui alicui subiecti sunt, Qui in potestate aut imperio alterius sunt. Qui sub regno sunt, Qui in ditione alicuius sunt, Quibus aliquis preest, Vectigales, Stipendiarij. Clientes etiam. Qua nam ratione quodq; dicatur, in differentijs ostendemus.

SVBDVCO *aliquid*, pro Tollere, Auferre. uulgatum non est.

Subduc cibum athletæ: ferre non poterit. Tus. 183. b

Subducere id quod nititur aduersariorũ causa. de In. 80. a

Ne sciunt se illarum rerum fundamenta subducere. de Fin. 150. b

subducere ratiocinatorum est.

Subducamus summam. At. 83. a

Asident, subducũt ad nũmum, cõuenit. ibidẽ.

Hoc quid intersit, si tuos digitos noui, certè habes subductum. At. 83. b

Subducere rationes. Ep. 12. a

Rationibusq; subductis summam feci cogitationum mearum. item,

Voluptatum ne calculis subductis prælium ineunt. de Fin. 77. a

SVBI-

SVBIICERE. Vsus huius uerbi uulgò ignoratur, quare exempla omnia subijciam, ut eum commodius discamus.

Cum omnes à suis inimicis faces inuidiæ meæ subijciantur. pro Mil. 120. b

Tamen huic ordini ignem nouum subijci non siuisti. pro R. P 120. a

Tectis omnibus subiectos prope iam ignes circundatosq; restrinximus. in C. iii. a

Orator, qui scelus fraudemq; nocentis possit dicendo subijcere odio ciuium. de Or. 102. a

Subijcere fortunas innocentium ficto sermoni. pro Plan. 271.

Sæpe rem dicendo subijciet oculis. Or. 200. b

Subijcere rẽ aliquã sub aspectũ. ad Heren. 59. a

Ne ipsi quæ contraria sunt taciti cogitationi uestræ subijciatis. pro Clu. 19. a

Subijcere se imperio ac potestati alicuius. Offic. 57. a

Omnia esse subiecta libidini Tribunitiæ. pro Dom. 254. b

Subijcere sub potestatem alicuius. ad Her. 15. b

Vt Cyprius rex cum bonis omnibus sub præcone subijceretur. pro Dom. 225. a

Quæ comprehenduntur sub aliquo, subijci dicuntur.

Omnes huic uerbo duas res subijciunt. de Fin. 66. b

Subijcere rationes omnibus partibus. ad Her. 36. b

Neque uidet sub hac uoce honestatis, quæ sit subijcienda sententia. de Fin. 74. b

Formæ

Formæ quæ cuiq; generi subijciuntur. Top. 225.b
Orbis extimus, cui subiecti sunt septem. de Som.128.b
Quæ subijciuntur sub uocabulo recti. ad Her. 17.b
Quod sub ea causa subiectum est. 225.b
Suppono quoq;, aut Pono, uel Addo significat.
Mutata in quibus pro uerbo proprio subijcitur aliud, quod idem significet. Or. 205.b
Subijcere & supponere rationem. de In. 71.a
Et quidem cur sic opinetur, rationem subijcit. de D. 130.a
Iam uerò quod subijcit, &c. pro Syl. 178.b
Subijcere alicui aliquid, dicuntur ij, qui docētes & orationem habentes admonent quæ meminisse & dicere debent.
Hic mihi quasi ministrator aderat, subijciens quid in suos ciues dicerem. pro Flac. 157.a
Cupio mihi ab illo subijci, si quid prætereo. in V. 240.b
SVBLIME & humi opponi pauci sciunt, propterea multi pro In alto dicunt.
Eaq; scuta quæ fuerant sublimè fixa, sunt humi inuenta. de D. 122.b
Nihil mea interest, humi ne an sublimè putrescam. Tus. 170.b
SVBSCRIBERE dicentur ij in iudicijs qui accusatoribus & unà rei nomen deferebant: non quod uulgus putat, Obsignare aut signare literas significat.
Gabinium

Gabinium de ambitu reum fecit P. Sylla, subscribente priuigno Memmio. Q.Fr.323.b.
Inde *Subscriptio* & *Subscriptores*.
Iugerum subscriptio ac professio in V.172.a
Subscriptiones censorum pro Clu.41.b
Qui subscriptionem sibi postularunt, cuicũq; uos delationem dedissetis. in V.62.b
At uenit paratus cum subscriptoribus exercitatis. in V.62.a
Ille nouitius Ligur uenalis, ascriptor & subscriptor tuus pro Dom.225.a
Causam subscribere, aut *in aliquem subscribere*, est iudicium aliquod sua sententia approbare.
Video cẽsores animaduertisse in iudices quosdam illius consilij Iuniani, cum istam ipsam causam subscriberent pro Clu.42.a.&
L. Gellius in P. Popilium subscripsit, quód is pecuniam accepisset.45.a
Quia parricidij causa subscripta esset. de In. 69.a
SVBESSE, pro Nõ procul, aut nõ diu abesse, loco & tẽpori tributũ, peruulgatũ nõ est.
Præsertim cum dies comitiorum subesset. pro Milon.109.b
Subesse propinquis locis. Ep.156.a
SVBSTANTIA. Quomodo Latinè Cicero οὐσίαν & τὸ ὂν reddiderit, Perionius diligentissimus obseruator eorũ quæ apud optimos autores sint in lucẽ primus protulit. Sic enim ille scribit in libro de Optimo genere interpretandi: Quoniam hoc loco quædã prædicamenta, quæ uocant, nominat, uolo quid eorũ nominibus

nibus sentiã dicere. Prima categoria est (malò enim sic dicere quàm prædicamẽtũ) quod hic appellat τί ἐστιν, & quod paulò pòst οὐσίαν. Hanc omnes sustantiam hodie, Quintilianus essentiàm, de sentẽtia Flauij uocat tertio lib. cap. 7. quo nomina imponit his decẽ de quibus agimus elemẽtis. Ac primum Aristot. elemẽta decẽ cõstituit, circa quæ uersari uideatur omnis quæstio οὐσίαν, quam Flauius essentiã uocat, nec sanè aliud est eius nomẽ Latinũ: sed ea quæritur an sit. Qualitatẽ, cuius apertus intellectus est. Quantitatem, quæ dupliciter à posterioribus diuisa est, quàm magnũ, & quàm multum sit. Ad aliquid, unde ductæ translatio & cõparatio. Post hæc, ubi & quãdo: deinde facere pati, habere, quod est quasi armatũ esse, & uestitum esse, nouisse συγκεῖσθαι, quod est cõpositum esse quodãmodo, ut calefacere, stare, irasci. Miror equidem quid uenerit in mentem Quintiliano, nullum aliud esse nomẽ Latinum, quod οὐσίαν exprimat, præsertim cum multis id locis à Cicerone dici naturam animaduerterit.

/nouissime

Aristoteles his omnibus (Platonem semper excipio) præstans & ingenio & diligentia, cum quatuor nota illa genera principiorum esset complexus, è quibus omnia orirentur, quintam naturam censet esse, è qua sit mens. primo Tuscul.

Omnem enim naturã necesse est, quæ non solitaria neq; simplex &c. unde oriantur rerũ appetitus. 2. de Natura. Et paulo post. Atq; ex hoc quoq; intelligi poterit in eo inesse intelligentiam.

telligentiam. quòd est mūdus certè melior quàm ulla natura.

SVCCINCTVS. Recentiores Accinctus.
Ser. Galbam eodem pugione succinctum uidetis. in A.254.a
Gladio succinctus. ad Her. 40.a

SVFFICIENTER barbarum est. Latini Abundè, Satis, Commodè. Item Sufficientia Latini, Quod satis est, Quod sufficit.

SVMMA. *Ad summam* dixerunt Latini, quod cum ignoret uulgus, Summa summarum pro eo usurpauit.
Ad summam dic M. Tulli, &c. At. 222.a
Ad summam ne àgam de singulis. Off. 50.a
Ad summam forti animo sitis. Ep. 238 a
Deinde ad summā, arbitrum me statuebat, &c. At. 137.b

Summa reipub. rerum, consilij, ordinis, iudicij, in quo tota resp. ordo. consilium iudicium positū est.
Illud certè caui, ne reipub. summa fallatur. Epist. 155.a
Voluntas mea de summa reip. semper eadem fuit, quæ tua. ad Br. 91.a
Qui summam rerum administrabat. id est, Imperator. pro S. R. 33.b
Equites qui uobis summam ordinis consilijq; concedunt. I. C. 121.b
In hoc summa iudicij, totaq; causa consistit. pro Qu. 5.b

SVMO. Hoc uerbo Latini proferūt, quod barbari per Præsumo.
Sed hoc mihi sumo, ut te consoler. Ep. 81.a

Tantum

Tantum mihi non sumo, ut meum consilium ualere debuerit, secutus sum tuum. At. 127. b
Mihi non sumo tantum iudices, neque arrogo, &c. pro Planc. 259. a
Quid ergo? hoc tibi sumis, dicet fortasse quispiam. pro Syl. 183. b
Vide quid mihi sumpserim. Ep. 98. a
Sumpsi hoc mihi, ut scriberem. Ep. 222. b
Cum mihi tātum sumpserim, ut gubernacula reipub. prehenderem. ad Brut. 90. b

SVPERO. pro Supersum ignotum est in uulgus.
Cum emisses, quanti esset quod superaret pecuniæ retulisses. in V. 192. b
In diuisione generum & deesse aliquam partem, & superare, mendosum est. de Or. 116. a
Quæ arma superabunt, &c. At. 129. b
De eo quod ipsis superat, aliis gratificari uolunt. de Fin. 134. a. & 135. a
Quintum delegabo, si quid æri meo alieno superabit. de Fin. 220. a
Vter igitur est ditior, cui deest, an qui superatur? Par. 125. b
Altera pari numero præstans extremis, pariq; numero superata. de Vn. 199. a

SVPERVACANEVS. *Superuacaneum*, quod recentiores Superfluum uocarunt.

SVPPEDITO. pro satis esse, Sufficere, quotidiano usu non satis tritū est: præsertim nullum casum consequi in ea significatione.
Quocunq; loco bona suppeditant, ibi beate possumus uiuere. Tus. 249. a

Si unquam

Si unquam mihi ἐπιχειρήματα suppeditarunt illo tempore. At.9.a
Parare ea quæ suppeditēt ad cultum & ad uictum & sibi & liberis. Off.5.a
Cui si uita suppeditauisset, Consul factus esset. de Cla.187.a
Carbo quod uita suppeditauit, in multis iudicijs est cognitus. de Cla.174.a
Cuius pater, si uita suppeditauisset, Consul factus esset. I. A.186.a

SVPPETIT. idem quod Suppeditat, & eodem modo.

Mihi ad remunerādum nihil suppetit, præter uoluntatem. Ep.250.b
Ex quibus ad augendum permulta suppetūt. Part.234.b
Vereor ne mihi uerba non suppetāt. I. V.82.a
Inscitia illius, cui res non suppetit, uerba non desunt. de Or.186.
Benefica uoluntate beneuolentia mouetur, etiamsi res fortè non suppetit. Off.39.b
Sed tamen cui hæc suppetūt, adiuuāt aliquantulum ad cætera. Off.36.a
Sibi suppetunt nobis multo labore quærentibus. de Fin.88.a
Vt ambitioni & quotidianis sumptibus copiæ suppetant. Tusc.246.a
Namq; regnum suppetebat mihi, ut scias, &c. Tusc.200.a
Etsi tibi omnia suppetunt, quæ, consequi ingenio aut usu homines, aut diligētia possunt. Q. de Pet.205.a

Non poteſt fari hæc tantum dictis, quantum factis ſuppetit laboris. Tuſc.183.b

An tu exiſtimas, ſuppetere nobis poſſe, quod quotidie dicamus in tāta uarietate rerum? pro Arch.157.b

Si uita ſuppetet. de Fin.51.a

Illis ad largiendum ſuppetunt copiæ. Off.9.b

SVPPONERE, barbari dialectici dicūt, quod latini Ponere. uide Pono.

SVPRA, cum Quàm cōſequitur, uſitatū non multis eſt. pro Cōparatiuo poni uidetur.

Homines ſua terra habitātes, qui nūquam exiſſent ſupra terram. de N.53.a

Sæpe ſuprà feret, quàm fieri poſſit. Or.209.b

Hoc eſt ſuprà quàm illud. Top.224.a

Hoc eſt infrà quàm illud de N.53.a

SVSCIPERE, pro Creare, Suſcipi, Naſci, ſignificare peruulgatum non eſt.

Sempiternam pœnam ſuſtinerem mea uoluntate ſuſceptam. Poſtquam.198.a

Animo aut ſpe maiora ſuſcipere. de Am.115.b

Qui à parentibus ſuſcepti educatiq; ſunt. I. Ver.260.a

Cum beatiſsimi ſint qui liberos non ſuſceperunt. Ep.72.a

Atq; utinam ſuſcepturus non eſſem. At.196.b

In lucem ſuſcipi id eſt naſci. de Art.257.b

Si remp. cui ſuſceptus es, reſpicis. Vrt.281.

SVSTINEO idem ualere quod Fero, Suſtēto, perſpicuum eſt. Sed Suſtinere currum, ſe aut aliquid quod feratur. aut agatur, reprimere, aut retinere ne labatur, peruulgatū non eſt.

Non enim uulgus dicit, Sustinere equum, curi rum: sed tenere. retinere.

Ego enim ut agitator callidus, priusquam ad finem ueniam, equos sustinebo: eoque magis, si locus is quò ferentur equi præceps erit, Academ.23.b

Nec melius est quicquam. quàm ut Lucullus sustineat currū. equosque: ut bonus sæpe agitator. At.210.b

Sustinere se ab omni assensu. Ac.13.a

Cum se à respondendo. ut aut approbet quid, aut improbet, sustineat. Ac.26.a

Qui de omnibus contineat se ab assentiendo, ibidem.

Sed arbitrabar sustineri remos, cum inhibere essent remiges iussi. At.210.a

Sustinenda est solutio nominis Cereliani: dum de Faberio sciamus. At.205.a.b

Qui modum uitio quærit, similiter facit, ut si posse putet eum qui se è Leucade præcipitauerit, sustinere se, cum uelit. Tusc.217.b

Expectabā omnino iamdiu, meque sustinebam ne ad te prius ipse quid scriberē, quam, &c. Ep.129.b

Sustento in eadem significatione: aut pro Differre.

Noster autem testis, ut seipse sustētat, ut omnia uerba moderatur. pro Flac.148.b

Aedificationem Arcani ad tuum aduētum sustentari placebat. Q.Fr.310.a

T

TABERNA. Locum ubi aliquid ueditur. significatū esse hoc nomine ignorat uulgus, iccirco officinas uocat, quæ sunt opificum, non uenditorum.

Tabernam illi instructā & ornatam Latini medicinæ exercendæ causa dedit. pro Clu. 55. b

Taberna libraria. Acad. 164. a

Cum ambo in quandā tabernam diuertissent, simul cœnare uoluerunt. de In. 63. b

Cum edictis tuis tabernas claudi iubebas, pro Dom. 224. b

Occludi tabernas iubes. Ac. 36. a

Leno quidam Lentuli cōcursat circum tabernas, precio sperans solicitare posse animos egentium. I. C. 122. a

Occlusis tabernis quæstus minui solet. ibid.

Tabernarius, qui aliquid uendit in tabernis.

Opifices & tabernarios, atque illam omnem fecem ciuitatū quid est negocij concitare? pro Flac. 149. b

Clodius cōcitator tabernariorum. pro Dom. 215. b

Nisi ego cum tabernarijs & aquarijs pugnarem ueternus ciuitatem occupasset. Ep. 115. b

TACITVS. Ratione nulla, sed cōsuetudine tātum inductū est, ut Latini hoc nomine significarint, & cū qui tacet, & id quod tacetur. Quare quemadmodum usi sint à Cicerone discamus.

Qui tacet.

Qui expectas autoritatē loquentiū? quorum uoluntatem

uoluntatem tacitorum perſpicis? I.C.101.b
De dignitate Cælius notis tacitus facilè ipſe re/ſpondet.pro Cæl.38.a
Hoc tacitus nullo modo præterire poſſum. pro Mar.151.b
Quod tacetur, Quod mutũ eſt, Occultus,a,um.
Sed hæc tacita mihi quodãmodo relinquenda ſunt. Ep.36.b
Tacito ipſo ſtudio quod habebat erga pro/pinquum ſuum, quamuis cõmoueret. pro Qu.14.a
Illud etiam ſi eſt uerisſimũ, tacitum tamen tan quam myſterium teneant. de Or.148.b
Cætera ſi reprehenderis, non feres tacitum. At. 24.a
Nihil me mutum delectat, nihil tacitum. in C. 116.b
Si uoluntas tacitis uerbis intelligi poſſet, uer/bis non uteremur. pro Cecin.295.
Tamẽ uocat me aliò iamdudum tacita ueſtra expectatio. pro Clu.50.b
Quo minus ſæpe interpeller à nõnullis, aut ta/cita exiſtimatione reprehendar. de Pro.77.a
TANDEN *aliquando*, genus loquẽdi uerè Ro manum nobis planè ignotum. ſic enim illi ſunt locuti.
Tandem aliquando Romæ eſſe cœpimus. Ep. 181.a
Spes eſt & hunc miſerũ atq; infelicem aliquan do tandem poſſe conſiſtere. pro Quint.17.b
Sin falſus, ut tãdem aliquãdo timere deſinam. in C.191.a

Tandem aliquando Quirites L. Catilinam ex urbe eiecimus. in C.104.b

TANTVMMODO, quod Barbari Solũmodo.

Arbores tantũmodo per stirpes aluntur suas. de N.41.a

Neq; eum oratorem tantummodo, sed hominem non putant. de Or.147.b

Quæ omnia suppressa uoce dixit, tantũmodo ut uos qui ea probabatis, possetis exaudire. pro Syl.172.b

TEMPERATIO. Hoc nomine Cicero id quod Græci ἀκρασίαν, quàm recentiores Temperiem appellarunt.

Commutationes temporum quadripartitas, ad maturitatem frugum, & ad temperationem corporum aptas. Tusc.215.a

Corporum temperatio. Tusc.164.b

Cœli temperatio, fœcunditas rerum. de N.28.b

Hoc temperatio lunæ cœliq; moderatio efficit. de D.128.a

Quæ à luna cæterisq; sideribus cœli, tẽperatio fiat. ibid. (de N.31.a

Semina tẽperatione caloris oriri & augescere.

Sol mens mundi & temperatio. de Som.128.b

Deinde ad temperationem superiorem reuertit, in qua omnem animum uniuersæ naturæ temperans permiscebat. de Vn.202.a

Tu illius æris temperationem tu operũ lineamenta solus perspicis. in V.223.a

Eodem ære, & eadem temperatione facere signum. Acad.21.a

Sic

Sic *Temperare*, & *Temperatus*, & *Temperatè.*

TEMPESTAS. Non solum quod uulgus putat, hoc nomine notatur cœli intemperies, sed etiam tẽperatio: ex quo apparet, quãcunque cœli affectionem significare.

Ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneæ. At.26.a

Tu uelim quàmprimum bona & certa tempestate conscendas. Q.Fr.307.b

Dummodo idonea, tempestas sit, ne omiseris. Q.Fr.310.b

Tempestates, ac temporum uarietates, cœlique mutationes. de N.1.b

Alia Romæ, alia Tusculani euenit sæpe tempestas. de D.128.a

Pridie quinquatrijs fuit egregia tẽpestas. Att. 149.a

TEMPESTIVVM *conuiuium* quid sit. Cardinalis his uerbis docet. Hoc certè liquet non esse id quod simpliciter uerba ostẽduntur sit cõuiuium tempestiuum, quod cõuiuium in tempore paratum. nam ut patet ex ijs, quas infrà posui autoritatibus, aliquid præcipuè in eo erat conuiuio, quod non erat item in alijs.

Audio à bonis uiris, qui & nunc, & sæpe antea magno præsidio reipub. fuerũt, hanc cũctationem nostram non probari, multaque mihi & seuerè in conuiuijs tempestiuis disputari. Cicero Attico.

Quantum alij tribuunt tempestiuis conuiuijs, quantum aleæ. pro Syl.

Ego uerò propter sermonis delectationẽ tem-

pestiuis quoque cõuiuijs delector. & subdit. Me uerò & magisteria delectãt à maioribus instituta. & is sermo, qui more maiorum à summo magistro adhibetur in poculo.
Quas enim cœnas & facere & obire scripsit ad me Sextius? quàm lautas? quàm tempestiuas? Attico.
TEMPVS. Plurali numero crebrius usi sunt ueteres, cum aut tẽpus quoduis, aut memoriam, aut ætatem aliquam significabant, quam uulgus nunc faciat.
Non obliuione amicitiæ nostræ, neq; intermissione consuetudinis meæ superioribus temporibus ad te nullas literas misi. Ep.72.b
Ego te P. Sexti & primis temporibus illis, quibus in inuidiam absens & in crimen uocabare, defendi.
Tẽpora priora & prima) (Posteriora & proxima. Ep.75.a
Quis Thebanum oratorem sic fuisse temporibus illis? de Clar.159.a. & 175.a
Erat tẽporibus illis iucundus Q. Metello. pro Arch.186.b
Vt mihi tẽporibus illis multum in animo uersabatur Marius. de D.137.a
Tẽporibus illis difficillimis solutione. pro Cecin.287.a
In grauissimis tẽporibus ciuitatis. pro Sest.5.b
Optimis hercle temporibus, &c. pro Clu.37.a
In periculis & asperis temporibus. pro Corn. 59.a. &
Duris quondam temporibus.16.b

Meum

Meum, tuum, aut alicuius tempus, significat, cum quis in periculis uersatur.

Tuorum tristissimo meo tēpore meritorum erga me memoriam conseruabo. Ep. 57. b

Ego si ab improbis & perditis ciuibus rēpub. teneri uiderem, sicut & meis temporibus scimus, & nonnullis alijs accidisse. Ep. 12. a

Heratini me ad sua tempora duxerunt, ut agerem causam. At 62. a

A nullius unquam tempore aut commodum, aut ocium meum abstraxit. pro Arch. 188. a

Nisi fortè eam pecuniam in reipub. magnum aliquod tempus contulerit. Off. 71. a

Summo & difficillimo reip. tempore. in A. 205. a in V. 66. b

TENEO. Cum animi affectionib9 tribuitur, notum & peruulgatum non est.

Quæ te tenuit tanta dementia. in Vat. 35. b

Vt aliquando nos memoria mei, misericordia, desideriumq́ꝫ teneret. Postquam. 198. a

Me mirum desiderium tenet urbis incredibile meorum, atque in primis satietas actæ prouinciæ. Ep. 24. a

Teneri studio alicuius rei. Acad. 39. a

Si deus nulla gratia, nulla hominum charitate tenetur, ualeat. de N. 25. b

Tenere se domesticis finibus. At. 100. b

Neqꝫ ira, neqꝫ gratia teneri. de N. 11. a

Me tantum odium urbis tenet, ut foràs euolare cupiam. in V. 80. b

Teneri aliqua re, pro eo quod recentiores dicunt, Obnoxium esse, uulgò notum non est.

Ebutius hoc interdicto non tenetur. pro Cecin.292.b
Si Senator iudicio quenquam circumuenerit, legibus eum teneri: si Eques Rom. hoc idem fecerit, non teneri. pro Clu.48.a
Ciuitatem legibus teneri ibid.
Lege de ui aliquem teneri. de Ar.247.a
Teneri ea pœna quæ est de ui. Qu.Fr.309.a
Iureiurando teneri Off.72.a
Teneri pro depræhēdi, palàm argui, patere.
Manifestò teneri in rebus turpissimis. & teneri in manifesto furto. I.V.79.b
Quod nō licet, id hoc tenetur, si arguitur non licere Párad.119.b
Dolum malū Aquilius tum teneri putat, cum aliud simulatum sit, aliud actum. de N.75.a
Iam tenetur uenisse cum maximis copijs Pacorum Parthum. Att.225.b
Fingi hæc putatis quæ patent? quæ nota omnibus? quæ tenentur. pro Mil.116.a
TENTO. *Manu, pede aliquid tentare* latine significat, quod barbari dicunt Palpare manu.
Vt res propè manu tentari posit. ad Herenn. 39.b
Hoc flumen ita frigidum est, ut uix pede tentare id posim. de Leg.170.b
Tentari morbo dicimur, cum morbi quædam initia & signa sentimus.
Animi ualentes morbo tentari non possunt, corpora possunt. Tus.215.b
Scripseras te quodam ualetudinis genere tentari. Attic.

Tentatio in eadem significatione.

Valetudinem tuam iam confirmatam esse,& à uetere morbo,& à nouis tẽtationibus gaudeo. Att.169.b

Tentare aliquid, pro experiri si capi aut infringi potest, uulgare non est.

Vt exul potius tentare, quàm consul uexare remp. posses. I. C.102.b

Iudicium pecunia tentatum esse non à Cluentio, sed contra Cluentium. pro Clu 19.b

Itaq; Milonis Consulatus, qui uiuo Clodio labefactari non poterant, mortuo denique tentari cœptus est. pro Mil.108.a

Summa reipub. in huius periculo tentatur. pro Sest.43.a

Nationes, quas nũquam populus Rom. neq; lacessendas bello, neq; tentandas putauit. pro Pomp.8.b

Domus illa, quæ tentata scelere isto nefario dicitur, plena est integritatis. pro Cæl.49.a

TESTOR *deum, aut aliquem*, id significat, quod barbari dicunt, Accipere, implorare Deum testem.

Deos testor integro me animo ac libero P. Syllæ causam defendere. pro Syl.183.b

Ego omnes homines deosq; testor. pro Cæcin. 301.a

Preces illius & uota cognoscimus, quibus illa deos de suo scelere testatur. pro Clu.197.a

Is me potissimum testatus est, &c. I. A.164.a

Ipsum meum fratrem testatus est se egisse. Epist.11.b

Atq;

Atq; hoc uos iudices testor.&c.pro Syl.173.b
Mentem alicuius testari. Antequam.197.a
Stuprata per uim Lucretia à regis filio, testata ciues, seipsam interemit. de Fin.78.b

TIBI, explet sæpe orationem, nihilq; signi ficat: sed mirandi plerunq; uox est.
Ecce tibi è transuerso. Acad.30.b
Hic tibi strepitus. Ep.112.&
Nunc tibi milites. Ep.124.&
At tibi repentè.126.b
Ecce tibi III. Non. Feb. manè accepi. At.114.b
Alter tibi descēdit de Palatio & ædib9 suis, &c. pro S.R.40.b
Eos tibi & rē de qua misi uelim curæ habeas. Ep.119.a.118.b
Mihi eodem modo positum quo tibi. I.V.95.a
Item de Pantheris ut eos accersas, curesq; mihi ut uehantur. Ep.114.b
Hic tibi rostra Cato aduolat. At.9.b
Ecce tibi nūcius, pueros uenisse Roma. At.27.b
Ecce tibi, qui rex populi Rom. esse concupierit. Off.68.b

TINCTOREM Barbari, Latini appellant Infectorem.

TOTIDEM. Barbari quia ignorant hoc nomen, pro eo in ore habēt, Aequè multum, Aequè tot, Aequè tantum, Aequè tam multū.
Patrocl9 & Euristhenes gemini fratres fuerūt, at hi nec totidē annos uixerunt, anno enim uita Procli breuior fuit. In.82.a.de D.127.a
Istum ego locum totidem uerbis à Dicæarcho transtuli. At.90.b

Hoc

Hoc totidem uerbis trãslatum caput est. pro R.P.124.a
Epistola, quàm modò totidem uerbis interpretatus sum.de Fin.85.b
Totidem, quot dixit, ut aiunt, scripta uerbis oratio.de Clar.196.a

TORTVRA Barbarorum uocabulum, Latini Tormentum.

TRADVCO. Cum orationi tribuatur, qua animos mouemus, peruulgatum non est.
Tum omnem orationem traduxi & conuerti in increpandam Cepionis figuram.de Orator.127.a
Et animos ad nostram defensionem conor traducere.de Or.136.b
Quæ animos à minore cura ad summum timorem traduceret.Ep.5.a
Vt mihi uiderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere.Ep.3.b
Iudices à seueritate ad hilaritatem traducere. de Clar.195.a
Traducere eos qui audiunt, in magnam admirationem. Or.216.a
Is traduxit me ad suam sentẽtiam.pro Cluen. 48.a

Tempus traducere.

Traducere tempus.Ep.52.a
Vt antè commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus.
Vitam ociosam & quietam sine ullo labore & contentione traducere.de Sen.94.a

O adole-

O adoleſcentiã traductã elegãter. pro Pl. 265. b
Traducere uitam egregijs factis. ad Brut. 285. b
TRAIICIO & Trãſmitto. Vſum utriuſq; uerbi diſcamus à Cicerone: quod multi eum ignorent: qui, Traijcio nullũ caſum, Trãſmitto uerò accuſatiuũ adiungunt. Sed contra factum à Latinis, Traijcere exercitum, aliquẽ dixerunt: Exercitus, aliquis tranſmittit.
Exercitum Rhodanum traieci. Ep. 149. c. &
Cum Rhodanum copias traieciſſem. 150. a
Si quo caſu Hiſaram ſe traijcerint. Ep. 174. a
Et ſi terra quidem, qui poſsim: ſi mari, quò traijciam. At. 116. a
Marius cum parua nauicula traiectus eſt in Africam. Poſt. 202. b
Cum exercitus noſtri Brũduſio tranſmiſerũt. pro Pomp. 10. a
Cæſar in Africam tranſmiſit. de D. 119. b
Lentulum antè puto tranſmiſſurum, quàm potuerit conueniri. At. 125. b
Aiebant prima nauigatione tranſmiſſurum. Q. Frat. 312. a
TRIBVO. pro Diſtribuo, paucis notũ eſt.
Eam didicit artem, quæ doceret rem uniuerſam tribuere in partes. de Cla. 178. a
Sine philoſophorum diſciplina genus in partes tribuere non poſſumus. Or. 198. a
TVRBO. Verbum hoc ſatis tritum non eſt, ſignificabant enim eo Latini idẽ ferè quod uerbo Confundere & Commouere.
Ariſtoteles multa turbat à Magiſtro Platone diſſentiens. de N. 8. b

Et simul ne quid ille turbet,uide. Q.Fr.322.a
Omnia infirma summis paria fecit, turbauit, miscuit.de Leg.188.a
At id ne feræ quidem faciunt,ut ita ruant atq; turbētur,ut earū motus atq; impetus quò pertineant,non intelligamus.de Fin.56.a
Mare quod sua natura trāquillum est, uentorum ui agitatur atq; turbatur.pro Clu.56.a
Miscere & turbare omnia.de Art.254.a
Ad te ne hæc quidē scribo, quæ palàm in rep. turbantur. Qu.Fr.328.a
Non modò illa permiscuit,sed etiam in his turbauit.in V.133.b
Si in Hispania turbatum esset.pro Syl.178.a

V

VACATIO. Ea huius nominis uis est, quam imperiti tribuunt barbaræ uoci Vacantiæ.pro qua Vacatio dicendum Latinè posthac erit.
Vacationem augures, quo minus iudicijs operam dent,non habere.de Clar.175.a
Me neq; rerum gestarum uacatio, neq; ætatis excusatio uendicat à labore.pro Syl.172.a
Nos uitam beatam in uacatione omnium rerum ponimus.de N.12.a.I.V.147.b
Vacationes quoq; dicūtur Immunitates munerum,quam Libertatem multi uocant.
His liberisq; eorum militiæ uacationem esse placet.Acad.204.b.&
Delectum haberi sublatis uacationibus.200.b
Pro hisce reb9 uacatio data est laboris & sumptus,& militiæ & rerum omnium.I.V.204.b

Quæ

Quæ studia habent uacationem publici mu-
neris. Ep.129.a

VACILLO. Vis uerbi non adeò obscura est. Sed Vacillare literas dixerũt Latini, quod barbari Curuè scriptum esse, Curuas esse.

Accepi tuam epistolam uacillantibus literis. Ep.262.a

VACO. Obseruandũ est in usu huius uerbi, dici & Vaco & Vacet, idemq́ prorsus significari, ut,

Quamuis enim occupatus sis, ocij tamen plus habes: aut si ne tu quidem uacas, noli mihi molestiam exhibere. Ep.201.a

Scribes aliquid, si uacabis. At.199.a

Tantum huic studio relinquendũ, quantum uacabit à publico officio & munere. de Diuin.109.b

Vacare, pro uacuum esse, crebro Cicero est usus, ut,

Villa ita completa militibus erat, ut uix triclinium, ubi cœnaturus ipse Cæsar esset, uacaret. 221.b

Tota domus superior uacat. At.188.b

Nihil est quod uacet corpore, corporibus omnis obsidetur locus. de N.14.b

VALENS. Ad uires & robur corporis referri, notum omnibus non est. Sic enim uulgus non loquitur.

Cum ualentioribus uiribus non est certandum. Ep.136.a

Lictores ualentissimi, & ad pulsandos uerberãdosq́ homines exercitatissimi. I. V.264.b

Semel

Semel circumſeſſus lectis ualētiſsimorum hominum uiribus cecidi ſciens. in A.244.a
Statius quidā:Colonus homo ualēs. pro Clu. 54.b
Robuſtus & ualens, & audax ſatelles. contra Rul.83.a
Cum homo imbecillus à ualētiſsima beſtia laniatur. Ep.95.a
Quanquam in Lyſia ſunt ſæpe lacerti,ſicut fieri nihil poſsit ualentius. de Cla.170.a
VALETVDO. Medium uocabulum eſt, quo tā bona quàm mala corporis affectio ſignificatur. Sed quoniā barbari Infirmitatem uocant,quam latini infirmam,ægram.incommodam ualetudinem aut infirmitatē,imbecillitatem grauitatemq́ uletudinis,corrigēdum id quoq; eſt puriore cōſuetudine loquendi.ut,
Is ſemper infirma atq; etiam ægra ualetudine fuit. de Clar.180.b
In eius infirmiſsima ualetudine affectaq; iam ætate. de Or.101.a
Iſthinc ne te moueas tam infirma ualetudine. Ep.77.b
Erat infirma ualetudine habitus. Pro Clu.24.a
Me incōmoda ualetudo quia iam emerſeram, tenebat iam duodecimum diem Brunduſij. Att.71.b
Grauitate ualetudinis rarius ſcribere,& paulu lum leuari. Ep.79.b
Tu modò iſtam imbecillitatē ualetudinis tuæ tuere,ut facis. Ep.95.b
Si te dolor aliquis corporis aut infirmitas ua-

R letudinis

letudinis tuæ tenuit, quo minus ad ludos uenires,&c.Ep.94.b
Propter infirmitatem ualetudinis non potuit similis esse patri.de Off.
Valetudinem istam infirmam (si me amas) noli uexare.Ep.ad Tir.
VALOR.barbarum.Latini Precium.
VBI *terrarum, gentium*, Latinæ linguæ proprij modi: quos nulla alia uia nisi diligenti obseruatione discimus.
Nunc uerò quid agitur? ubi terrarum sumus? pro Rab.128.b
O dij immortales, ubinam gentium sumus? in Catil.
Etsi mihi nihil propositum ad scribēdum, quia quid ageres, ubi terrarum esses, ne suspicabar quidem.At.
Neque adest isthuc, neque ubi terrarū sit scio. ibidem.
Fortunæ cedendum, ex Italia migrādum Rhodum, aut aliquò terrarum arbitror.D.Brut. Cass.& Brut.
Qui ubi terrarum sit, quid agat, uiuat denique an mortuus sit, quis aut scit, aut curat?.A.
Vbicunque terrarum sint, ibi est omne reip. præsidium.ibid.
VBIQVE apud Ciceronem non est. Sed omnibus locis dixit pro ubique. Sic enim in Tuscul.inquit.
Vt omnibus locis à Platone disseritur.Tuscul. 160.b
VECTORES eos qui uehūtur, significari hoc

hoc uerbo, uulgo notum non est.
Malè uehi malo alio gubernãte, quàm tam ingratis uectoribus bene gubernare. At.28.b
Summi gubernatores in magnis tẽpestatibus à uectoribus admoneri solent. I.A.214.a
Si id uectores negarent. pro Sest.12.b
Vectores timidi aduersa tempestate. de N.78.à
Naui eius & ipso conuectore me usurum puto. At.169.b

VEHENS passiuè eum qui uehitur significari, peruulgatum non est.
Cuius in adolescẽtiam per medias laudes, quasi quadrigis uehentem, transuersa incurrit misera fortuna reip.

Sic Inuehens.

Triton natantibus inuehens beluis. de N.17.à & de Clar.196.b

VEHEMENTIA recẽtiorum uocabulũ est. Cicero Acrimoniam appellat.

VEL. Eleganter usi sunt ueteres hac uoce, cùm aliquid aut præcipui, aut magni significare uellent, in eodem penè sensu, quo Etiam: neque solum quod multi uolunt, cum Superlatiuo gradu iunxerunt.
Quàm morosi sint qui amant, uel ex hoc potes cognoscere. Ep.102.a
Nam isto modo uel consulatus uituperabilis est. de Leg.188.b
Per me uel stertas licet, nõ modò quiescas. Ac. 23.b
Hæc sunt omnia ingenij uel mediocris, exercitationis uel maximæ. de Or.119.b

Vt ipsis sententijs quibus prolu$e$erũt, uel pu-
gnare possint. id est etiam. de Or.158.b
Vel mori satius est. quàm peccare. ibid.
Hoc mihi uidetur uel maximè Atticũ. de Nat.
58.b
Hoc uno præstamus uel maximè feris. de Or.
87.b
Cum id certè sit uel maximè Atticũ. Or.205.a
VENIA. *Bona uenia, aut Cum bona uenia alicuius aliquid dicere aut facere* dicebant Latini, quod re-
centiores per Sit uenia facto, dicto.
Vos oro, ut attentè bonaq; cum uenia uerba
mea audiatis. pro S.R.20.a
Doleo te (bona uenia audies) in tam leues, ne
dicam ineptas sententias incidisse. de N.13.b
Bona hoc tua uenia dixerim. de D.85.b
An uero (bona uenia huius optimi uiri dixe-
rim Scæuolæ) tu &c. de Or.160.a
Veniam necessitati dare. Off.45.a
Quare frater bona tua uenia dixerim, ista sen-
tentia obest sæpissimè. de Leg.191.a
Veniam dare, petere, idem ualet quod Ignosce-
re: non quod pueri in ludis didicerũt, Potesta-
tẽ ludendi aut abeundi facere, petere, habere.
Hoc si tibi tuus parẽs diceret, posses ab eo ue-
niam petere, posses ut tibi ignosceret postu
lare. I. V.264.a
Voluntario facinori ueniam dari nõ oportet.
de. In.61.a
Mihi errato nulla uenia, rectè facto exigua laus
proponitur. cont. Rul.67.a
Delicti ueniam peto. pro Lig.142.a

Fatetur

Fatetur aliquis se peccasse, & eius delicti ueniam petit, &c. pro Mur. 139. a
Ab aliquo cui te purges, ueniam petere. Orat. 218. b

VENIRE *hæreditatem alicui*, pro morte alicuius aut testamẽto, hæreditatẽ cernere, peruulgatũ non est. quod uernaculo sermone sic reddimus, *Einem etwas ansterben, Erb ansterben*
Hereditatem uenire alicui, & fundum ad aliquem testamento deuenire. pro Cec. 399. a
Cuius filiæ cum à propinquo hæreditas permagna uenisset. in Ver.
Hic Verres hæreditatem sibi uenisse arbitratus est. ibid.
De hæreditate quæ uenit pupillo. ibid.
Quampridem sibi hæreditas uenisset docet. ibidem.

Venire in mentem illius temporis. De hoc modo cum Cardinalis doctißimè scripserit, eius ipsius uerba ascribemus, ne quem laborũ fructibus fraudare uelle uideamur. Dicebant enim, Cum mihi in mentem uenit illius temporis quem multi imitari nescientes, immutant, ut rudi ac uulgato modo dicant, Cum mihi illud tempus uenit in mentem.
Solet uenire in mentem illius temporis, quo proximè fuissemus unà. Cicero Mario.
Cum illius temporis mihi uenit in mentem.
Non dubito quin in tanto tuo periculo tuorum tibi scelerum ueniat in mentem.
Facite ut uobis triennij totius ueniat in mentem.

Venit enim mihi fani, loci, religionis illius in mentem.

VERBVM. *Verbi gratia, aut causa*, Latinis modus est non usitatus ijs qui uulgarem potius cõsuetudinem loquendi sequuntur. exempla enim eo modo notabant.

Si quis uerbi gratia, oriẽte Canicula natus est, is in mari non moreretur. de Fat. 142. b

Eximi iubet non diem ex mense, sed ex anno unum dimidiatumq; mẽsem. hoc modo: Vt quotidie, uerbi causa, esse oporteret Idus Ianuarias eo die Calendas Martias perscriberet. I. V. 134. b

Sin autem usque ad nouem, uerbi gratia, sine dubitatione respondes pauca esse. Academ. 53. b

In nobis autẽ ipsis ne intelligi quidẽ, ut aliam quampiam rem, uerbi gratia, propter uoluptatem nos ememus. de Fin. 131. b

VEREOR *ne* diuulgatum est, sed Vereor ut, pro ne, tam tritũ non est, quàm Vereor ne.

Videris uereri, ut epistolas tuas acceperim. At. 183. a

Vereor ut Dolabella ipse satis nobis prodesse posit. Ep. 238. a

Et tamen uereor ut hoc natura non patiatur. Tuscul. 185. a

Quod uos fœdus non iusseritis, uereor ut satis firmum sit. cont. Rul. 77. b

Sed illa duo Crasse uereor ut tibi posim concedere. de Or. 88. b

Quod uereor tibiipsi ut probem. At. 86. b

Vereor

Vereor ut idem sit interitus animorũ & corporum. de Am. 98. a
Metuo ut eam non possim sustinere. pro Plan. 279. b
Timeo ut possim. pro Dom. 224. a

VERSVRAM *facere*, Latini appellabãt, quod barbari, Pecuniam accipere ad interesse, Finãcias facere, Ad usuram accipere: rectius uerò Fœnori accipere.

Non modò magno, sed iniquissimo fœnore uersurã facere Aurelius coactus est. At. 261. b
A quibus uersuras tantarum pecuniarum factas esse dicunt. pro Fon. 276. a
Is negauit omnino uersuram ullam fecisse Romæ. Tusc. 150. a
Tabulæ societatis quæ significabãt eos homines uersuram à Carpinatio fecisse, qui pecuniam Verri dedissent. I. V. 146. a
Quæ quidem ego uel uersura facta soluĩ uolo. Att. 68. a
Non modò uersura, sed etiam uẽditione, si modò res coget, uindicabis. Att. 251. b
Vereor ne illud quod tecum permutaui, uersura mihi soluendum sit. At. 76. a
Versurã scribis esse faciendam mẽsium quinq;. At. 247. b

VERSVS Latini uocant, quas multi hodie lineas. non enim latinè dicitur, Prima linea orationis. libri, sed Versus.

Primus uersus epistolæ. At. 32. a
Vt cum lex aliqua recitaretur, primũ uersum attenderet. pro R. P. 125. a

Demosthenes multos uersus uno spiritu pronunciabat. de Or. 108. a

VERTENS *annus* Latinis erat, quod nostri recẽtiores & noui Latini dicũt, Totum aut Integrum, uel Perfectum annum.

Cum autẽ ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eãdemq; cœli descriptionem longis interuallis retulerunt, tum ille uerè uertens annus appellari potest. de Somnio Scip. 150. a

Anno uertente sine controuersia. pro Q. 7. a

Mercurij stella anno ferè uertente signiferum lustrat orbem. de N. 36. b

Amnia conficiens uertentia tempora cursu. in Arat.

VERTO. *Vertere solum,* latina locutio, quam neque uulgares latini intelligũt, neque nostra uernacula lingua uerbum ex uerbo exprimimus. Quid enim sit, uel ex hoc uno Ciceronis loco facilè intelligitur.

Nam qui uolunt pœnam aliquam subter fugere aut calamitatem, eò solum uertunt. hoc est, sedem ac locum mutant. pro Cec.

Hanc antè amittere non potuissent, quàm huius solũ ciuitatis mutatione uertissent. pro Cornelio.

Quò uertendi hoc est mutãdi soli causa uenerant. pro Dom. 229. a

Vertere solum exilij causa. pro Qu. 10. a

Verti aliquid cum aliqua re, aut alicubi, pro uersari, peruulgatum non est.

In iure in quo illa causa uertebatur. de Cl. 177. a

Omnia

Omnia in unius potestate ac moderatione uertentur. I. V.70.a

Non in supplicio crimen meum uertitur. in Ver.262.a

Brundusij autem omne certamen uertitur huius primi temporis. I. V.262.a

VIA. Quoniam Latini significarunt hoc nomine, quod Græci μέθοδον, quod nostri pro latino utuntur, docere hic uolui, μέθοδον Viam, Rationem, Artem, Doctrinam etiam latinè dici: ut latini latinè loqui discant.

Primum igitur, inquit, agam sic, ut ipsi autori huius disciplinæ placet. constituam quid, & quale sit id de quo quærimus: non quo ignorare uos arbitrer, sed ut ratione & uia procedat oratio. de Fin.

Alij naturam esse censent uim quandã siue rationem cientẽ motus in corporibus necessarios: alij autem uim participẽ rationis atque ordinis uia progredientem, &c. de N.42.a

Ait Aristoteles artem & præcepta Siculos Coracem & Tisiam conscripsisse.

Aliud enim est poetarum more uerba fundere, aliud ea quæ dicas, ratione & arte distinguere. de Fin.

Cum ad inueniendũ in dicendo hæc tria sunt, acumen, deinde ratio (quam licet, si uolumus appellemus artem) tertium diligentia. de Or.122. a

Sed qui eius rei rationẽ quãdam conati sunt, artemque tradere, sic insulsi extiterunt, ut nihil aliud eorũ nisi insulsitas ipsa uideatur. Quare mihi

re mihi quidē uidetur nullo modo doctrina ista res posse tradi. de Or.128.b

Volo igitur huic summo, omnem quæ ad dicendum trahi posset loquendi rationem esse notam: quæ quidem res duplicem habuit docendi uiam. Or.207.a

VIDEO. Vis uerbi nota satis est, sed usum in omnibus uulgus non nouit. quis enim nisi doctus & uersatus multum in optimis autoribus, sic loquitur? Quàm id rectè faciam uiderint sapientes? Non ne uulgò omnibus in ore est, pro Videro, Curo, Mitto curare? Quæ cum barbara sint, sit integra incorruptaq; consuetudine emendemus.

Quàm id rectè faciam, uiderint sapientes. de Am.97.a

Sed de hoc tu uideris. At.274.a

Sed hoc fortuna uiderit, quoniam consilio uti non licet. At.94.a.&

Sed de illa ambulatione fors uiderit, aut si quis est qui curet Deus.60.b

Quid mihi cum ista summa sanctimonia? uiderint inquit ista officia boni uiri. pro Qu.10.a

Quæ ars quàm sit facilis, illi uiderint, qui & deinde etiam tu uideris. de Or.106.b

Quàm sit simile istud, tu uideris. de N.61.b

Quid concupiscas tu uideris, quid concupiueris certè habebis. in A.201.a

VIDEOR. Dici uix potest, quā hæreāt multi in usu huius uerbi. primis & secūdis personis nunquā ferè coniungunt: sed contra Latinorum morē, tertia persona cum Quòd semper proferunt.

proferunt.sic enim loquuntur, Videtur mihi quòd tu sis doctus, cū secūda psona dicēdum esset, Videris mihi doctus. Cū tertia persona. aut alijs etiam si quando Quòd uernaculo sermone adiungatur, latinè Infinitiuus iūgitur.
Atq; etiam hoc mihi uideor uidere, esse quosdam. de In.83.b
Te uerò Cecili quemadmodum sit clusurus, quàm omni ratione iactaturus, uidere iam uideor. in V.61.b
Obiurgaui Senatum, ut mihi uisus sum, summa cum autoritate. Vt.15.b
Videor mihi hanc urbem uidere subitò uno incendio concidentem. in V.120.b
In qua ego nactus (ut mihi uidebar) locum resecandæ libidinis, uehemens fui. At.16.b
Vt speciem aliquam uiderer uidere, quasi reuiuiscentis reipub. Ep.49.a
Si quid est in me, quod iam sperare, quoniam. de Or.119.b.&
Nunc Catulo audiēte uideor debere non tam pugnare tecum, quàm quid ipse sentiam dicere.112.a
Quia consilijs ut uidemur bonis uti. At.78.a.&
Cuius socius uideor esse debere.132.a
Neq; id facio (ut fortasse quibusdam uideor) simulatione. Ep. 9.a.&
Videor mihi perspicere.57.a
Videor audisse de L.Crasso. de N.13.a
Videor iam te ausurus esse appellare. de Claris orat.166.b
Si uideris tibi me posse consequi. Ep.257.a
Puero

Puero de mancipijs, quæ tibi uidebitur attri/ buas. At.195.b
Tertio si id, quod speciem haberet honesti, pu gnaret cũ eo quod utile uideretur. Off.53.b
Hæc cõsilia M. Bruto reprehẽdenda uisa sunt contra Rul.84.a
Nunc autem mihi uisum, de senectute aliquid ad te scribere. de Sen.77.a

VINDICO *aliquem, aut aliquid ab aliquo*, pro Tueor, Libero, diuulgatum satis non est.
Teq; item ab eo uindico & libero. Q.Fr.319.b
Dubitabitis quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilissimũ ciuẽ uindicetis? pro Flac.154.b
An seruos suppliciorum metu, dominorum benignitas una uindicta liberat, nos à mor/ tis terrore, neq; res gestæ, neq; nostri homi/ nes uindicabunt? pro Rab.95.b
Illum felicitas ipsius ab omnib9 miserijs mor/ te uindicauit. de Cla.196.a
Magnitudo doloris, à qua me breuitas tempo ris uindicabit. Tus.184.b
Sapientia quæ nos à libidinum impetu & for/ midinum terrore uindicet. de Fin 58.b
Laudem aliquorum iam propè senescentem ab obliuione hominum, atq; à silentio uin/ dicare. de Or.109.a
Senectutem à solitudine uindicari iuris ciui/ lis scientia. de Or.107.a.&
Vt ista ab solitudine domum meam uindica/ rem.105.a
Pecunia quæ nos posset à tributis uindicare. in A.178.a

Cn. Carbo morte uoluntaria se à seueritate iudicum uindicabit. de Cla. 173. b

Te innocentia tua, & misericordia hominum uindicat hoc tẽpore à molestia. Q. Fr. 305. a

VIS. Verbis tribui hoc nomen, idemq; ualere quod Significationem & Potestatem uocabulorum peruulgatum non est.

Postremó hæc uis est istius & iuris & uerbi, ut fundi populi beneficio nostro, non suo iure fiant. pro Cor. 59. a

Quæ est quasi alia uis, quæ sententia Ceciliæ legis, nisi hæc, ne populo, &c. pro Dom. 224. a

Quæ uis insit in paucis his uerbis, si attendes, intelliges. Ep. 80.

Aequitate intellecta nihil ad rem pertinet, quæ uerborum uis sit ac nominum. pro Cecin. 296. a

Sine re nulla uis uerbi. Or. 205. b

Sed mihi ad huiusce uerbi uim & interpretationem uehementer opus est uestra prudentia. contra Rul. 67. a

Vim uerbi in aliud atque cæteri accipiant, posse ducere. de Or. 132. a

VISVS. Apud Ciceronem non est, pro ipsa oculorum ui & acie, quam aciem aut uidendi sensum uel aspectum uocat. Visum, aut uisus quæ uidentur, non sensum uidendi eodem autore significant.

Multa probabilia, quæ quanquam non percipiantur, tamen quia uisum habent quendam insignem & illustrem, his sapientis uita regitur. de N. 4. b

Visum

Visum obiectum imprimit. & quasi signat in animo suam speciem. de Fat. 149.
Visum est enim tale obiectum dormienti. de Fa. 137. b
Visa somniantium. de D. 104. b
Si deus ista uisa nobis prouidendi causa dat. &c. de D. 154. b
Sensus iunctos esse censuit è quadam quasi impulsione extrinsecus, quam ille φαντασίαν, nos appellamus. Acad. 46. a
Deinde cum se collegisset, id uisum pro nihilo habendum esse duxit. de D. 92. b
VITIVM, Cum tribuitur ei cui contrarium est uirtus, ad animumque referatur, sermone omnium latinè loquentium satis tritum est: sed alijs rebus inanimis quoque tribuitur ab illis qui purè & emendatè sunt locuti. Quod cum nostri ignorent, aut barbaris, aut quæ ijs rebus minus conueniunt, utuntur. Itaque hoc modo uitiosam consuetudinem corrigant.
Si nihil est in parietibus aut tecto uitij, cætera mihi probabuntur. Ep. 155. a
Si ædes excisæ corruerunt, uitium ue fecerunt. Top. 221. a
Venditorem eius rei quam uendat, uitia narrare. Off. 63. a
Id igitur obuenit uitium, quod tu iam futurum esse prædixeras. I. A. 176. a
Barbari defectum appellant.
Qui fortunæ uitio, non suo decoxisset. in Ant. 169. a
Malè coniecta falsa sunt, non rerum uitio, sed inter

interpretum inscitia.de D.104.b.&
Comitiorum solum uitium est fulmen.117.a.&
Vt P.Claudius, eiusq; collega L.Iunius classes magnas perdiderunt, quod uitio nauigassent.86.a
Consules uitio creatos esse.de N.28.a
Qui ualetudinis uitio furiunt.de D.97.b
Sis *Vitiosus,a,um,*
Collega,quem ipse fecit sua nunciatione uitiosum.in A.196.a
Vitiosus consul)(Saluis auspicijs creatus. Acad.176.a
Is metuens ne uitiosum colligeret, etiam uerum sanguinem deprauabat.de Clar.191.a
Vitiosum & corruptum)(Purum & incorruptum.de Clar.188.b
Itaq; sinistra dum non exquirimus, in dira & uitiosa inquirrimus.de D.86 a

VITVPERATIO. Vis nominis non adeò obscura est,ut declarãda his uerbis fuerit: sed quia uulg9 Vituperiũ triuit pro Vituperatione,aut Opprobrio,Reprehensione,monẽdi lectores fuerũt,ut à Vituperio abstineãt,si Vituparationem doctorũ effugere uelint. nam ueteres & ueri Latini eo nomine non sunt usi.
Quod ad uitandam uituperationem ualet.de Pro.78.b
Cadere in aliquam uituperationem. At.228.a
Eaq; res P. Africano uituperationi fuit. de Clar.173.a.&
Effugere uituperationem. At.256.b
Culpæ repræhensionem, & stultitiæ uituperationem

tionem reprehendere.in Anton.244.a
Meq́ nonnulla uituperatione tarditatis meæ facto suo liberauit.de Ar.255.b
VIVO. *Viuere in diem, in horam*, Latinorum proprij modi, quibus eos notabant qui, ut Barbari dicunt, soliciti non essent de crastino, qui nihil curarent.
Cum latronibus non solum die, sed etiam in diem uiuere.in A.177.a
At hi qui in horam uiuunt, non modò de fortunis & de bonis ciuium, sed ne quidem de utilitatis sua cogitauerunt.in A.199.a
Nos in diem uiuimus: quodcunq́ nostros animos probabilitate percussit, id dicimus. Tusc.234.b
VIX *dum*, pro Vix adhuc, notum & peruulgatum non est.
Vix dum epistolam tuam legeram, cum &c. At.156.a
Hæc ego omnia uix dum iam cœtu nostro dimisso comperi.in C.99.a
Cum tu uix dum triginta dies in Syria fuisses. Ep.185.
VLCISCOR. Vis uerbi nota, sed usus nõ item. Cum accusatiuo personæ pauci iũgunt. ut, Vlcisci aliquem. uulgò enim tritum est pro eo, Vltionem sumere de aliquo: quo modo neque Cicero neq́ ueteres sunt locuti. recentiorum enim uocabulum est Vltio, ueteres Latini Vindictam dixerunt, non Vltionem.
Me ulcisci parentem negant oportuisse.ad Heren.5.b
Odi

Odi hominem, & odero, utinã ulcisci possem, sed illum ulciscentur mores sui. At.148.a
Vt per aliũ teipsum ulciscãtur, laborãt. I. V.58.a
Quos equidem omnibus sententijs ulciscor & persequor. At.274.b
Crassus tum ita Brutũ ultus est. pro Clu.47.b
Quos ego non tam ulcisci studeo, quàm sanare. I. C.108.a
Vlcisci malè meritos oportet. ad Her.17.a

VLTIMVS. Quænã propria uis sit huius nominis, uulgus ignorat: iccirco utitur pro extremo, & id eo significat, quod Germanicè exprimimus per *Letzt*. Sed interuallum & loci spaciũ, & ultrà quàm ordinem significat. ut.
Luna, quæ omnium ultima est. de N.38.b
Cœlum ipsum, quod extremum & ultimum mundi est. de D.127.b
Ab ultimis tẽporibus scribendi exordium capio. de Leg.157.b
Omniũ quicunq; ab ultimo principio huius præceptionis usque ad hoc tempus expositis copijs. de In.62.b (Heren.5.a
Si non ab ultimo initio repetere uolemus. ad
Tẽpus proximũ, mediũ, ultimũ. de Pro Ar.78.a
Pueritiæ memoriã recordari ultimã. p Ar.185.b
Aliquid ex ultimis terris accersitum. de Ar.249
Hæc mihi uidetur Ciceroni ultima esse in malis. At.288.a
Luna ultima cœlo, citima terris. de Sen.128.a
Ab ultimo principio huius præceptionis usq; ad hoc tempus. de In.62.b

VLTRO *citroq;*. Quid Latini his uocibus significabant,

gnificabāt paucis notum est. Idem enim ijs ex-primebāt, quod nostra lingua redderetur per *Hin und uuider*. Nam uicissitudinem, qua eadem uia eatur & redeatur, aut beneficiorū aut uerborum notat.

Qui ultro citroq; nauigant. I·V.271.a

Postea homines cursare ultro citroq; non desisterunt pro S·R.28.a

Vltro citroq; uersari. Ac.44.a

Elementis sursum deorsum, ultro citroq; commeantibus. de N.42.b

Cū ita moueatur illa uis, quā qualitatē esse diximꝰ, & cū sit ultro citroq; uersetur. Ac.44.a

Verba habere ultro citroq;, latinè significat, quod uulgari more dicitur, Ex utraq; parte uerba habere aut loqui.

Multis uerbis ultro citroq; habitis, ille nobis consumptus est dies. de Som.126.b

Implicari ultro citroq;, *Beneficia dare & accipere ultro citroq;*: Barbari, Inter se inuicē, aut etiam, Inter se mutuò.

Nam implicati ultro & citro, uel usu diuturno, uel etiam officijs repentè. de Am.112.a

Beneficia ultro citroq; data & accepta. Off.12.a

VNDE, aut *duo de uiginti, quadraginta*, dixerūt ueteres, pro quibꝰ nos potius Octodecim, Nouēdecim, Triginta octo, nouē &c (Clar.185.b

Is undeuiginti annos natus erat eo tēpore. de Solē amplius duodeuiginti partib. maiorem esse quàm terra. Ac.20.b

Duodequadraginta annos tyrānus Syracusanorum fuit Dionysius. Tusc.239.a

VNIVERSVS, *a, um*. Significari hoc nomine id cui Singuli, æ, a opponitur, ignotum est in uulgus.
Quæ si singula nos fortè non mouent, uniuersa certè mouere debent de N.39.a
Nec uerò uniuerso generi hominũ solũ, sed etiã singulis à dijs immortalib. consuli debet. ib.
Dij separatim ab uniuersis singulos diligũt. ib.
Siue in singulis, siue in uniuerso genere cernatur. de Vn.196.b
Singula)(Vniuersa. Ep.87.b. & de Fin.58.a
Sic *Vniuersè*.
Nam quid ego de cæteris ciuium Romanorũ supplicijs sigillatim potius, quàm generatim atq; uniuersè loquar? in V.265.a
In Cumano cũ esse uenit ad me noster Hortensius, cui deposcẽti mea mãdata, cætera uniuersè mãdaui, illud probè, ne pateretur. At.69.a
Nec tã irruptio pertimescenda, quæ, &c. quàm uniuersè interitus. At.125.a
VNVS *aliquis*, modus loquendi illis ueteribus magis quàm nobis notus.
Cur nũquã tã frequẽs senatus fuit, quòd unus aliquis tuam sententiã secutus sit. I. A.224.b
Vtilitati hominũ plusquã unius alicuius, aut suæ consulit. de Fin.
Vnum aliquem nominare. pro Clu.
Vnum aliquem credo eligent. Acad.50.a
Nobis nõ unũ ꝓposuimus exemplũ. de In.61.b
Vni alicui certò sese addicere. ibid.
Vitia, quæ sint in aliquo iudice uno uel pluribus. de Or.137.a
S 2 Siue

Siue plura sint, siue aliquod unum. Or.156.a

VOCO. *Vocare aliquem in discrimen, inuidiam, & similia*, cōsuetudine uulgari trita non sunt. uulgus potius dicit, Facere alicui inuidiam, periculum, aut ut inuideatur, &c.

Vocari in crimen & inuidiam. in V.262.a

Qui claros uiros in inuidiam aliquam uocauerunt. pro Sest.27.a

Detrahere de aliquo & in inuidiā uocare. pro Rab.94.b

Aucupia uerborū in inuidiam uocāt. pro Cec. (297.b

Vocari in suspicionē coniurationis. in V.257.a

Vocari in periculum & discrimē. pro Clu.56.a

Vocari aliquem in odium aut inuidiam falsis criminibus. Off.17.b

Vocari in eandem conditionem. Ep.119.a

VOLO. *Velle alicuius causa, aut alicui*, dicebant Latini, cum fauorem & beneuolētiam alicuius erga aliquem significarent. Sed genus hoc loquendi adeo neglectum est nunc uulgo, ut sublatum de lingua Latina uideatur.

Velle alicuius causa. Ep.132.b

Volo ipsorum causa. in V.122.b

Velle omnia causa alicuius. At.51.b

Si uellent nostra causa. At.135.a

Omnium causa uelle debeo. Ep.229.b. &

Illud perficies, quo minus tua causa uelim. 36.a

Siquid nostra causa uis. Ep.70.b

Sed planè uolo his magistratibus, quorū uolūtatē in supplicatione sum expertus. At.96.b

Varro eius causa uult omnia. Ep.215.a

Ipsius causa uehemēter omnia uelle. Ep.224.a

Valde

Valde eius causa uolo. Ep.265.b
Regis causa si qui sunt qui uelint. Ep.1.a
VOLVNTARIVS. Latini hoc nomine significant, quod alij barbaro & nouo uocabulo Spontaneus.
Nemo erat uolũtarius laudator præturæ tuæ. in V.235.a
Multi ad te eunt uoluntarij. ad Brut.91.a
Carbo morte uolũtaria se à iudicum seueritate uindicauit. de Clar.173.b
Illa oratio fuit necessaria, hæc erit uoluntaria. Qu.R.47.a
Vt sine ulla spe ad interitum ruerem uoluntarium. pro Mar.135.a
Est etiam Asinius quidam Senator uolũtarius, lectus ipse à se. in A.252.b
Si sunt uoluntarij inimici. Antequam.194.b
Virtutes animi non uoluntariæ)(uoluntariæ. de Fin.135.
Voluntarium facinus. de In.91.a
VOLVTATVS. *Volutatum esse in scriptis, aut autorib.* pro diligẽter uersatũ, peruulgatũ non est.
Ad Platonem & Aristotelem redeo, in quibus te uideo uolutatum. Qu.Fr.314.b
In ueterib. scriptis multum uolutatus. At.74.b
VSQVE. Varijs modis usi sunt ueteres hac uoce in oratione: quorũ uel maxima pars uulgo ignoratur. Et in primis Vsq; dũ, sine eo q̃d nos sẽper cõiũgimus, puulgatũ satis nõ est.
Mihi quidem usque curæ erit quid agas, dum quicquid egeris sciero. Ep.196.b
Duces prædonũ domi tuæ, usq; dum per me

tibi licuit,tenuisti.in Verr.78.b
Quousq; inquies? quo ad erit integrũ,erit autem usq; dum ad nauem.At.248.b
Res tacuit usq; dum inueniretur.pro Qu.12.a
Vsq; mihi temperaui,dum,&c.Ep.147.a
Vsq; eò dum in eadem significatione.
Vsq; eo premere earũ capita mordicus, dum illæ captum amitterent.de N.
Vsq; eò persequi dum,&c.Top.225.a
Vsq; eo quò ad idem.
Vsq; eò se tenuit,quoad,&c.pro Deiot.145.b
Multa facimus usque eò:dum,&c.Ac.6.b
Vsq; eò,ut, quod uulgo dicitur Intantum.ut,
Quod Amerinis usq; eò uisum est indignũ, ut fletus gemitusq; tota urbe fieret.p S.R.22.a
Næuius usq; eò feruet auaritia,ut.pro Q.6.b
Non usq; eò cuperet,ut,&c.pro Q.17.b
Qui usq; eò cuperet,ut,&c.pro Arch.190.b
Vsq; eò non fuit popularis, ut patrimonium solus comesset.pro Sest.24.b
Totũ Sẽproniũ usq; eò perago,ut &c. Ep.116.b
Vsq; à,uel *ab*,tẽpori præterito,aut loco initiũ rei,unde aliqd ducatur notãt,sæpe attribuitur
Tantus ex omnib.spectaculis usq; à Capitolio plausus excitatus est.pro Sest.25.a
Aliquem usq; à mari supero Romã proficisci. pro Clu.58.a
Vsq; ab Diano,quod in Hispania est.I.V.94.a
Quod augures omnes usq; à Romulo decreuerunt.in Vat.35.a
Bona paterna & auita,& usq; à nobis repetita. pro Cæl.44.b

Vsq;

Vsq; ab principe atq; inuẽtore Tisia. de Or. 92. b
Iam usq; ab heroicis temporibus. de D. 80. a
Vsq; à Thalete enumerasti sententias philosophorum, de N. 19. b
Accusatio Pompeij usq; à toga pura. At. 107. a
Vsq; istbinc. aut *inde.* tritum quoq; non est.
Vt eos usq; isthinc exauditos putem. At. 9. a
Inde usque repetens, &c. id est, à pueritia. pro Archia 185. a
Vsq; à nostris hominibus rarius accusatiuo locum significãte præponitur, quàm à ueteribus Latinis. putãt enim solum cõsequi debere, nunquam uerò antecedere.
Sacerdotes usq; Ennã profecti sunt. in V. 225. b
Quintus usq; Puteolos uenit. At. 250. b
Theatrum ita resonans, ut usq; Romam referantur. Qu. Fr. 291. a
Appius profectus est Tarsum usq; Laodiceã. At. 77. a
A Brundusio usq; Romam, uidi, &c. in P. 90. b
Vsquequaq;. Vulgo notum non est, significari hoc uocabulo id cui cõtrarium est Nusquam; uel Vndique, Maxima ex parte.
Hoc non alienũ est, quod ad multa pertineat, ne aut nusquã, aut usquequaq; dicatur, hic admonere. de In. 70. a
Aut undiq; religionem tolle, aut usquequaq; conserua. I. A. 181. a
Nolite usquequaq; quidem quærere. I. V. 237. b
Vsquequaq; sapere oportet. Ep. 102. b
Hic loquebatur, & opinor usquequaq;. At. 60. a
An hoc usquequaq; aliter in una, & nõ ex ma-

xima parte de tota iudicabis. de Fin.146.a

VSVCAPIO. Iurisperitorũ uerbum est, in uulgus planè ignotũ. significabant uerò eo latini acquisitionẽ (ut iam loquũtur iureconsulti) siue adiectionem dominij per continuationem possessionis, temporis lege definiti, ut puta triginta aut quadraginta annorũ, si res mobilis sit. Recẽtiores primam illam Præscriptionem uocant, hanc uerò Vsucapionem.

Esse ea dico, quæ cerni tãgi ue possunt, ut fundum, ædes, pariete, stillicidiũ, mãcipiũ, pecudẽ, supellectilẽ, penꝰ & cætera, quo ex genere quædã interdũ nobis definiẽda sunt. non esse rursus ea dico, quæ tãgi demonstrari ue nõ possunt, cerni tamẽ ánimo atq; intelligi possunt, ut si usucapionẽ, si tutelã, si gentem si agnationẽ definias. quarũ rerũ nullũ subest quasi corpus, est tamẽ quædã cõformatio insignita & impressa in intelligẽtia. To.222.b

Vsucapionum & tutelarum iura. de Or.99.a

Vsu capionem XII. tabulæ inter quinq; pedes esse uoluerunt. de Leg.167.b

Vsucapio fundi, hoc est finis sollicitudinis. pro Cæc.299.a

VSVRA. non satis diuulgatũ est, idem ualere Vsuram, quod Vsum.

Paruam exigui temporis usuram bonæ de me opinionis postulo. cont. Rul.87 b.

Vsurã longi tẽporis, qua caruimus intermissa nostra consuetudine, &c. sartiam. Ep.50.b

Natura dedit usuram uitæ tanquam pecuniæ nulla præstituta die. Tusc.168.b

Stoici

Stoici usuram nobis largiuntur tanquam cornicibus, &c. Tus.164.b
Vos obsecro huic optimo uiro usuram huius lucis ne eripiatis, pro R.P.150.b
Lucis ne hanc usurā eripere uis? pro Syll.184.a
Cur piratis lucis usuram tam diuturnam dedistis? I.V.251.
VSVS *meus, suus*, aut *alicuius*, pro Vtilitate, aut Vt mihi usui sit, tritum consuetudine uulgari nunc non est.
Tironem propter modestiam malo saluum, quàm propter usum meum. At.104.a.b
Consiliare sibi animos hominum, & ad usus suos coniungere. Off.36.a
Vsum esse, pro Opus esse, Necesse esse, pauci nunc usurpant.
De cæteris studijs alio loco dicemus, si usus fuerit. Tus.210.a
Et reip. impartiētis si quādo usus esset. Off.19.a
Vsum esse, aut *intercedere cum aliquo*, pro Familiarem esse. uulgare non est.
Est mihi cum eo domesticus usus & consuetudo. pro S.R.21.a
Nam & inter nosmetipsos uetus usus intercedit, & Atticus noster maiorem etiam mihi cum Cosinio consuetudinem facit. Ep.215.b
Mihi cum eo uicinitas & magnus usus est. pro Clu.27.b
Cum illo summus mihi est usus. Ep.142.a
Coniūctus magno usu familiaritatis. Ep.223.a
Vsu uenire, pro Accidere aliquid alicui, à uulgari consuetudine alienum.

Nunc uenit idem usu mihi, quod tu tibi scibis. At 117.a

Quid quod usu memoria patrum uenit? de Or.100.a

Quid potest miserius aut acerbi9 usu uenire? pro Qu. R.8.b

Dicet enim præmeditatum fuisse, quid sibi esset usu uenturum. ad Her.7.b

Cum præsertim mihi usu uenturum non arbitrarer &c. Ep.38.a

Vt. Variã uim habet in oratione hoc uocabulũ. Sed capitib9 ea tantũ notabim9 & distinguemus, quæ uulgari sermone nostrorũ Latinorũ nõ usurpãtur. Accurati9 enim singula in libro de Particulis ꝑsequemur. Significarũt Latini idem per Vt, quod per Postquã aut Cum: q̃d minimè nunc peruulgatũ esse uidetur. ut,

Vt illos libros de repub. edidisti, nihil à te sanè postea accepimus. de Cla.166.b

Vt ab urbe dicessi, nullum intermisi diem, quin &c. At.112.a

Vt primum in illud oppidũ uenit. in V.220.a

Vt primum è prouincia rediјt. in V.69.a

Vt primum à tuo digressu Romã ueni. At.5.b

Qui simul ut increpuit, philosophorum relinquunt. de Orat.110.b

Simul ut ortum est. de Fin.71.b

Qui simul ut me uiderunt, inquiũt. in V.206.b

Ille continuò ut uidit, non dubitant tollere. in Ver.211.a

Is ut me salutauit, statim Romam profectus est. At.101.a

At ille ut ingressus est, confestim gladium di-
strinxit. Off.74.a
Statim ut Romam rediјt.pro Qu.10.b
Vt semel cōsecutus sum,&c.nō destiti. At.18.b
Vt semel exeunt,omnes peragrant insulas.de
Clar.169.a
Vt primum,&c.statim.Ep.60.
Deinde pro Etsi,Quāuis, Tametsi tritū fuit olim.nūc uix notū.nos potius uulgari more, Posito aut cōcesso aut dato eo.Latini uerò sic:
In quo ut iā sit in ijs culpa,qui me nō defende-
rūt,nō minor est in ijs,q relinquerāt.Ep.13.a
Nam quid de me dicam?cui ut omnia contin-
gant,quæ uolo,leuari non possum.At.193.b
Qui ut summa haberem cætera,temporis qui-
dem certę uix satis habui.pro Qu.1.a
Qui ut rationem non redderet, tamen &c.de
D.93.b
Qui ut nihil aliud, hoc tamen profecit, dedit
illi dolorem.At.110,a
Quod si iā ita esset,ut esse non potest,tamē &c.
pro Cor.62.b
Etenim ut sint auspicia, quæ nulla sunt, hæc
certè.de D.123.a
Vt nihil adiungatur emolumenti.de In.82.b
Vt statim de iure aliquis cōcurrerit.p Q.14.b
Vt respiciamus omnia, quæ populo grata
sunt, nihil tam populare quàm pacem re-
periemus.contra Rul.64.b
Vt excellas etiā pulchritudine&uirib.Off.57.a
In admirandi sentētijs ferè Vt, Quàm, aut Quomodo sunt quoq; usi.

Vt ille

Nunc uenit idem usu mihi, quod tu tibi scibis. At 117.a
Quid quod usu memoria patrum uenit? de Or. 100.a
Quid potest miserius aut acerbiꝰ usu uenire? pro Qu. R. 8.b
Dicet enim præmeditatum fuisse, quid sibi esset usu uenturum. ad Her. 7.b
Cum præsertim mihi usu uenturum non arbitrarer &c. Ep. 38.a

Vt. Variã uim habet in oratione hoc uocabulũ. Sed capitibꝰ ea tantũ notabimꝰ & distinguemus, quæ uulgari sermone nostrorũ Latinorũ nõ usurpãtur. Accuratiꝰ enim singula in libro de Particulis ꝑsequemur. Significarũt Latini idem per Vt, quod per Postquã aut Cum: q̃d minimè nunc peruulgatũ esse uidetur. ut,
Vt illos libros de repub. edidisti, nihil à te sanè postea accepimus. de Cla. 166.b
Vt ab urbe dicessi, nullum intermisi diem, quin &c. At. 112.a
Vt primum in illud oppidũ uenit. in V. 220.a
Vt primum è prouincia rediјt. in V. 69.a
Vt primum à tuo digressu Romã ueni. At. 5.b
Qui simul ut increpuit, philosophorum relinquunt. de Orat. 110.b
Simul ut ortum est. de Fin. 71.b
Qui simul ut me uiderunt, inquiũt. in V. 206.b
Ille continuò ut uidit, non dubitant tollere. in Ver. 211.a
Is ut me salutauit, statim Romam profectus est. At. 101.a

At ille

At ille ut ingressus est, confestim gladium di-strinxit. Off.74.a
Statim ut Romam rediјt.pro Qu.10.b
Vt semel cōsecutus sum,&c.nō destiti. At.18.b
Vt semel exeunt,omnes peragrant insulas.de Clar.169.a
Vt primum,&c.statim.Ep.60.
Deinde pro Etsi.Quāuis, Tametsi tritū fuit olim.nūc uix notū.nos potius uulgari more, Posito aut cōcesso aut dato eo.Latini uerò sic:
In quo ut iā sit.in ijs culpa,qui me nō defende-rūt,nō minor est in ijs,q relinquerāt.Ep.13.a
Nam quid de me dicam?cui ut omnia contin-gant,quæ uolo,leuari non possum.At.193.b
Qui ut summa haberem cætera,temporis qui-dem certè uix satis habui.pro Qu.1.a
Qui ut rationem non redderet, tamen &c.de D.93.b
Qui ut nihil aliud, hoc tamen profecit, dedit illi dolorem.At.110,a
Quod si iā ita esset,ut esse non potest,tamē &c. pro Cor.62.b
Etenim ut sint auspicia, quæ nulla sunt, hæc certè.de D.123.a
Vt nihil adiungatur emolumenti.de In.82.b
Vt statim de iure aliquis cōcurrerit.p Q.14.b
Vt respiciamus omnia, quæ populo grata sunt, nihil tam populare quàm pacem re-periemus.contra Rul.64.b
Vt excellas etiā pulchritudine&uirib.Off.57.a
In admirandi sentētijs ferè Vt, Quàm, aut Quomodo sunt quoq; usi.

Vt ille

Vt ille tum humilis, ut demissus erat. At. 56. a
Noster autem testis, ut se sustentat, ut omnia uerba moderatur. pro Flac. 148. b
Qua superbia cœnum illud amplissimi ordinis lachrymas repudiauit, meipsum ut contempsit. pro Sest. 8. b
Cæsar quomodo exultat uictoria. At. 101. a
Vt illi efferuntur læticia cum uicerint, ut pudet uictos, ut se accusari nolunt, ut cupiunt laudari. de Fin. 159. b

Vt pro Ne, aut queadmodũ uulgus loquitur. Vt non: cum consequitur uerba Metuẽdi.

Vereor ut idem interitus sit animorum & corporum. de Am. 98. a
Timebam ut possem. pro Dom. 224. b
Tamẽ ne uereris, ut possis &c. pro Quin. 14. b
Quoniam tu abfuisti, uereor ut satis diligenter actum sit. At. 94. a
Quod uereor tibi ipsi ut probem. At. 85. b
Vereor ut his ipsis sis contentus. At. 113. a
Quid metuebat? ut oppugnaretur à perditos? an ne accusaretur à cõdẽnato? pro Clu 53. b
Sed cum ita latè pateat eius potestas, quem ueremur, ut terrarũ orbem cõplexa sit &c. Cicero M. Marcel.
Accepi à te literas, quibus uereri uideris, ut epistolas illas acceperim.
Omnes labores te excipere uideo, timeo, ut sustineas. Epist.
Vereor ut Dolabella ipse uobis satis prodesse possit.
Tamen ne uereris ut possint hæc contra Hortensium contendere. pro Quint.

Veretur Hiempsal ut satis firmum sit & ratum. contra Rul.
Ne uerendum quidem est, ut tenere se possit, ut moderari in Anton.
Vt in exemplis subijciendis adhibetur, & id significat, quod nostro more potius per Exempli gratia exprimimus.
Nonnullæ ualetudinis significationes, ut hoc ipsum pleni enecti ue simus, &c. quodam genere somniorum intelligi posse dicuntur. de D. 137. b
Vt amicitia, bona existimatio. de In. 82. a
Quod genus, ut in ius eas, cum uoceris. ad Her. 9. b. & 10. a
Vt ne. Duobus his uerbis latini idem significarũt, quod solo Ne exprimi potest. Sed consuetudo, non ratio magistra in his est putanda: quam ut imitemur, sic loqui à Cicerone dicendi optimo magistro discamus.
Petiui non ut decernatur aliquid noui quod solet esse difficilius, sed ut ne quid noui decernatur. Curioni.
Sed tamẽ ita uelim, ut ne quid properes, eidẽ.
Opera datur, ut iudicia ne fiant. pro Mil.
Impetrant ut ne iurent.
Non tam ut te impediret, quàm ut ne quis propter exercitus cupiditatem, in Alexandriam uellet ire. Lentulo.
Vt eum à magistris ne abducam. ad Brut.
Modò hoc ita faciat, ut ne ipse de se benè existimans &c. Off.
Me obsecrare cœpit, ut ne sese lege defenderẽ. (pro Cluen.

VTIQVE

VTIQVE. Latini hoc nomine quemadmodum usi sint, quidq; eo significarunt, uulgus ignorat. Quotusquisq; est, qui pro Igitur, aut omnino nunc utitur? Ciceronem tamen usurpasse exempla declarabunt.

Quo die uenies, utiq; cum tuis apud me sis. At.57.a

Quæ quidem ego utique uel uersura facta solui uolo. Att.68.a

Minusculam uillam utiq; Quinto traditurus sum. At.228.a

Vtiq; siue hinc abiero, siue hic ero oppressus, ea manet opinio. Antequam.196.a

Id unis literis datis, quæ ad me utiq; perferantur, consequere. At.72.a

Hoc quidem utiq; perficies. At.200.b

Illud utiq; scire cupio. At.207.a

Vtiq; ad me tabellarios mittas. At.89.a

Quid censeas mihi faciendum, utiq; scribito. Attic.151.a

Ego ut constitui adero, atq; utinã tu eadẽ die. siue (quid enim multa?) utiq; postridie. At. (211.b

Romã utiq; statim ueni. At.259.a

VTOR. Vnum hoc uerbũ superest, quod reconditi & alieni aliquid habet à communi consuetudine. Tribuerunt enim id latini non solum ijs quæ in nostra potestate sunt, sed fortunæ etiam bonis aut malis extra nos positis. ut, Vti aduersis uentis. Vulgò Bonam tempestatem, aut bonum uentum habere.

Brundusium uenimus usi tua facilitate nauigandi. At.100.a

Cum

Vti aliquo, pro Familiarē esse alicui, Versari cum aliquo, aut quod Barbari dicūt, Multum habere agere cum aliquo, peruulgatū non est.

FINIS.

BASILEAE, PER Ioannem Heruagium, & Bernardum Brandt. Anno Salutis humanæ M. D. LVII. Mense Iannuario.

